DE

M. T. CICERONE

GRÆCORUM INTERPRETE

ACCEDUNT ETIAM

LOCI GRÆCORUM AUCTORUM CUM M. T. CICERONIS INTERPRETATIONIBUS

ET

CICERONIANUM LEXICON GRÆCO-LATINUM

FECIT

VICTOR CLAVEL

IN SCHOLA NORMALI OLIM ALUMNUS
FACULTATIS LITTERARUM IN ACADEMIA PARISIENSI DOCTOR.

Non converti ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem et earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis : in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum vimque servavi. Non enim ea me annumerare lectori putavi oportere, sed tanquam appendere.
(Cic. *de Opt. gen. orat.*, c. 5.)

PARIS
LIBRAIRIE DE L. HACHETTE ET Cie
BOULEVARD SAINT-GERMAIN, 77

M DCCC LXVIII

DE

M. TULLIO CICERONE

GRÆCORUM INTERPRETE

Paris. — Imprimerie A. Lainé et J. Havard, rue des Saints-Pères, 19.

DE

M. T. CICERONE

GRÆCORUM INTERPRETE

ACCEDUNT ETIAM

LOCI GRÆCORUM AUCTORUM CUM M. T. CICERONIS INTERPRETATIONIBUS

ET

CICERONIANUM LEXICON GRÆCO-LATINUM

FECIT

VICTOR CLAVEL

IN SCHOLA NORMALI OLIM ALUMNUS
FACULTATIS LITTERARUM IN ACADEMIA PARISIENSI DOCTOR.

> Non converti ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem et earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis : in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum vimque servavi. Non enim ea me annumerare lectori putavi oportere, sed tanquam appendere.
>
> (Cic. *de Opt. gen. orat.*, c. 5.)

PARIS

LIBRAIRIE DE L. HACHETTE ET Cie

BOULEVARD SAINT-GERMAIN, 9

M DCCC LXVIII

VIRO SUMMO

GABR. DUTREY

INSPICIENDIS IN OMNI GALLIA FACULTATIBUS LITTERARUM PRÆPOSITO

LIBRUM DEDICAT PIE GRATUS

V.-E. CLAVEL

INDEX RERUM

QUÆ CONTINENTUR IN HOC VOLUMINE.

PARS PRIOR.

DE M. TULLIO CICERONE CARMINIBUS CARMINA GRÆCORUM VERTENTE.

PARS POSTERIOR.

DE M. TULLIO CICERONE PROSARUM SCRIPTORES AUT ETIAM POETAS GRÆCOS ORATIONE SOLUTA IN LATINUM VERTENTE.

PROŒMIUM.

Primum equidem inquirere volui quantum latini scriptores Græca exemplaria interpretando a primis litterarum incunabulis divitias patrii sermonis auxerint : quum vero illa materia mihi in majus crescere videretur, meis non æqua viribus, ideo rei propositæ fines terminosque constitui, et uno contentus sum M. Tullio Cicerone, quem satis constat locupletissimum dicendi magistrum et auctorem exstitisse. Idem multa e principibus Græciæ poetis, multa e Platone aut Aristotele in latinum transtulit : eoque justiorem apud nos gratiam consecuta sunt hæc præsertim M. Tullii fragmenta, quod nullum aliud ejusmodi monumentum florentissima Cæsaris Augusti ætas posteritati tradidit. Quamobrem operæ pretium est perspicere, diligenter comparatis utriusque linguæ locis, quid Cicero poeta aut philosophus interpretationi Græcorum debuerit, et quibus argumentis probari queat ut ille novum sermonem ad philosophiam finxerit illustrandam. Ne lector tot loca, tot verba per varios disseminata libros quærendo otium frustra consumeret, ego omnes Ciceronianæ translationis reliquias in hoc opusculo collegi : quin imo commodi gratia eorum, quibus de pernoscenda utraque lingua curæ erit, indicem adjeci græco-latinum : quippe qui pro certo haberem haud multi esse momenti meas disputationes, neminem autem ita negligentem in grammatica posse reperiri qui non

DE
M. TULLIO CICERONE
GRÆCORUM INTERPRETE

Paris. — Imprimerie A. Lainé et J. Havard, rue des Saints-Pères, 19.

DE

M. T. CICERONE

GRÆCORUM INTERPRETE

ACCEDUNT ETIAM

LOCI GRÆCORUM AUCTORUM CUM M. T. CICERONIS INTERPRETATIONIBUS

ET

CICERONIANUM LEXICON GRÆCO-LATINUM

FECIT

VICTOR CLAVEL

IN SCHOLA NORMALI OLIM ALUMNUS
FACULTATIS LITTERARUM IN ACADEMIA PARISIENSI DOCTOR.

> Non converti ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem et earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis : in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum vimque servavi. Non enim ea me annumerare lectori putavi oportere, sed tanquam appendere.
>
> (Cic. *de Opt. gen. orat.*, c. 5.)

PARIS
LIBRAIRIE DE L. HACHETTE ET CIE
BOULEVARD SAINT-GERMAIN, 9

M DCCC LXVIII

VIRO SUMMO

GABR. DUTREY

INSPICIENDIS IN OMNI GALLIA FACULTATIBUS LITTERARUM PRÆPOSITO

LIBRUM DEDICAT PIE GRATUS

V.-E. CLAVEL

INDEX RERUM

QUÆ CONTINENTUR IN HOC VOLUMINE.

PARS PRIOR.

DE M. TULLIO CICERONE CARMINIBUS CARMINA GRÆCORUM VERTENTE.

PARS POSTERIOR.

DE M. TULLIO CICERONE PROSARUM SCRIPTORES AUT ETIAM POETAS GRÆCOS ORATIONE SOLUTA IN LATINUM VERTENTE.

PROŒMIUM.

Primum equidem inquirere volui quantum latini scriptores Græca exemplaria interpretando a primis litterarum incunabulis divitias patrii sermonis auxerint : quum vero illa materia mihi in majus crescere videretur, meis non æqua viribus, ideo rei propositæ fines terminosque constitui, et uno contentus sum M. Tullio Cicerone, quem satis constat locupletissimum dicendi magistrum et auctorem exstitisse. Idem multa e principibus Græciæ poetis, multa e Platone aut Aristotele in latinum transtulit : eoque justiorem apud nos gratiam consecuta sunt hæc præsertim M. Tullii fragmenta, quod nullum aliud ejusmodi monumentum florentissima Cæsaris Augusti ætas posteritati tradidit. Quamobrem operæ pretium est perspicere, diligenter comparatis utriusque linguæ locis, quid Cicero poeta aut philosophus interpretationi Græcorum debuerit, et quibus argumentis probari queat ut ille novum sermonem ad philosophiam finxerit illustrandam. Ne lector tot loca, tot verba per varios disseminata libros quærendo otium frustra consumeret, ego omnes Ciceronianæ translationis reliquias in hoc opusculo collegi : quin imo commodi gratia eorum, quibus de pernoscenda utraque lingua curæ erit, indicem adjeci græco-latinum : quippe qui pro certo haberem haud multi esse momenti meas disputationes, neminem autem ita negligentem in grammatica posse reperiri qui non

libenter videat qua ratione hanc aut illam Platonis orationem, hoc aut illud nomen perobscurum verterit homo omnium græcis litteris eruditissimus. Illud quidem fecit H. Stephanus, et ob eam causam fortasse erunt, qui meum opus nulli fore usui arbitrabuntur. At primum ipse Lexicon græco-latinum H. Stephani perrarum esse comperi; deinde nova quædam, licet pauca, opibus jam quæsitis addere mihi contigit. Quum denique per tres ætates, grande gentium ævi spatium, tot homines doctissimi plurimos Ciceronis Græcorumque locos emendaverint (1), legentis pace dixerim me scriptum sæpe accuratius attulisse. Illis, non mihi laus est tribuenda. Quapropter illud omissa modestia profiteor.

Quæ quum ita sint, tantum abest ut prudentium reprehensiones verear, ut etiam animo firmissimo hanc thesim judicibus offeram. Hoc tamen illi sciant velim me ea, quæ postea leguntur de M. Tullio Cicerone (quali et quanto viro!) disserentem, solum philologi personam sustinere. Alii profecto, acumine ingenii aut rerum civilium usu præstantes, Ciceronem, Julium Cæsarem et egregios ejusdem temporis in Republica Romanos, quales domi militiæve fuerint, ostenderunt. Alii, incœpto gravissimo non impares, philosophum aut oratorem laudavere. Ego autem, utpote grammaticus, multo « inferiora sequor ».

---

(1) Adde quod multæ M. T. Ciceronis paginæ ab eruditis et maxime ab Angelo Maio repertæ fuerunt.

THESIS ARGUMENTUM

ET PARTITIO.

Si quis Tullii opera et ea præsertim quæ ad mores philosophiamve pertinent, attentius perlegerit, facile intelliget scriptorem illum plurimas sententias plurimaque verba e Græcis in suam transtulisse linguam, ita ut haud immerito eum Antiqui Græculum hominem nominasse videantur. Quippe qui sive admodum adolescentulus (1), sive ætate jam provecta (2), quum debellatas Pompeii partes ac J. Cæsarem rerum omnium dominatorem videret, Platoni ceterisque præstantibus ingenio viris, qui σοφοί nominantur, se totum tradidit. Nec frustra in litteras, velut in tutum asylum, rursus confugisse Ciceronem fatebimur. Illo enim sagacissimo sapientium interprete, et rebus ante incognitis lumen adhibente, apud Romanos tandem pernotuerunt varia doctrinarum genera, novumque (3), ut ita dicam, musis latinis accessit decus.

Quantum valuerint augendis litterarum opibus illa e Græcis a Cicerone conversa aut imitata omnibus compertum est. Profli-

---

(1) A. U. C. 666 ex Orell. *Onomast.* VII, 2, p. 599.— « Sulla consule et Pompeio, quum princeps Academiæ Philo cum Atheniensium optimatibus domo profugisset Romamque venisset, totum ei me tradidi. »

(2) A. U. C. 707 æt. LX. Orell. *Onomast.* p. 610 : « Scito me, posteaquam in Urbem venerim, redisse cum veteribus amicis, id est, cum libris nostris in gratiam. » IX, 1. Cicero M. Varroni S.

(3) Novum dico ; quis enim ante M. Tullium philosophiæ facem Romanis prætulerat ?

gatam igitur materiam resumere prorsus inutile esset. Mihi vero animus est inquirere an quasdam ex illis Tullii interpretationibus divitias latina oratio, poetica pedestrisve, comparaverit : quas equidem exiguas non putarem, nisi pars magna tantæ hereditatis a posteris desideraretur. Pauca scilicet et brevissima, præter Timæum et Arati Φαινόμενα, supersunt fragmenta, ideoque periculum est ne non versavisse diu videar

Quid ferre recusent,
quid valeant humeri (1) ;

nisi patentibus ostendere queam exemplis Ciceronem haud parvum sermoni latino adjecisse patrimonium. Opus tamen aggrediar, illud non prorsus irritum fore ratus, si quæ Græcis, quamvis paucissima tribui debeant, quæ autem vere Romana sint, plane discreverim. Hac enim ratione mihi forsitan nova quæ duas quasi sorores jungunt vincula patefacere continget, nec ideo ingratam illis, qui citra ultraque Rhenum cognationem linguarum investigant, rem disputavero. Quum vero Tullius, Græcorum interpres, carmina et quosdam orationis solutæ locos scripserit, in duas partes Thesis illa dividatur necesse est. A carminibus incipiam.

(1) Hor. *A. P.* 39 et 40.

PARS PRIOR.

DE M. TULLIO CICERONE CARMINIBUS CARMINA GRÆCORUM VERTENTE.

CAPUT I.

QUID DE M. TULLIO POETA (1) SENSERINT ANTIQUI.

Si Plutarcho fides adhibenda est, Tullius a primis admirabili quodam studio accensus poeticæ dedit operam (2), et puer adhuc carmen tetrametris versibus scriptum composuit. Postea idem, quum in eo genere excoluisset ingenium, non oratoris modo, verum etiam poetæ Romanorum optimi famam (3) comparavisse dicitur. Quæ quidem gloria quasi evanuit ac dilapsa est, quum splendore insolito primum Lucretius Catullusque, deinde Maro et Flaccus illuxerunt. Quod quamvis non diffiteatur Plutarchus, tamen ex illius verbis Ciceronem poetam plurima, dum viveret, fuisse in admiratione constat. At postero tempore Juvenalis hæc scripsit:

> O fortunatam natam me consule Romam!
> Antoni gladios potuit contemnere, si sic
> omnia dixisset. Ridenda poëmata malo (4)
> . . .

---

(1) Vid. V. Faguet., *De poetica M. Tullii Ciceronis facultate*. Pictaviis, 1856.
(2) Ἐρρύη πως ἐπὶ ποιητικήν. Plut. *Cic*. Ed. Did. II, p. 1028.
(3) Ἔδοξεν οὐ μόνον ῥήτωρ, ἀλλὰ καὶ ποιητὴς ἄριστος εἶναι Ῥωμαίων, id.
(4) Juven. *Sat*. X, v. 121 et sqq.

At Martialis (1), multo acerbior, Tullium invita Minerva versus condidisse significat. At probatissimi Antiquitatis auctores (2) Ciceroni vim deesse poeticam, et carmina ejus potius forum redolere quam Castaliam asserunt. Atque inter recentiores etiam vir quidam latinis doctrinis eruditus: « Tametsi, inquit, Ciceronis Limonem (poematis id nomen) citat Donatus, ubi de Terentii vita agit, illudque Virgilii existimatur a Cicerone sumptum,

spes altera Romæ (3),

et illud,

. . . corripuit tremulis altaria flammis (4),

non ideo tamen illum poetam crediderim (5). » Non poeta fortasse, sed versificator haud imperitus exstitit ille Romanæ princeps Eloquentiæ : nec id profecto infitiabere, si mecum diligenter examines qualem a superioribus poetis exceperit linguam qualemque egregiis reliquerit heredibus; neque tantum ea dico quæ ad linguam, id est, ad orationis circuitus ac vocabula omnesque scribendi artes, sed etiam ad rem metricam lenitatemque verborum pertineant (6).

---

(1) Carmina quod scribis Musis et Apolline nullo
laudari debes : hoc Ciceronis habes.
Mart. II, epig. 89.

(2) Inter eos eminet Quintilianus, apud quem hæc leguntur : « Videndum etiam ne syllabæ verbi prioris ultimæ sint primæ sequentis : id ne quis præcipi miretur, Ciceroni in epistolis excidit, « res mihi invisæ visæ sunt, Brute »; et in carminibus : « o fortunatam natam... » — Inferius in libro X ne Ciceronem quidem poetam nominare dignatur.

(3) Virg. *Æn.* XII, 168.

(4) Virg. *Ecl.* VIII.

(5) A Cassio Severo responsum sibi Seneca in tertio Declamationum scribit : « *Virgilium illa felicitas ingenii oratione soluta reliquit. Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit.* » (Ex Greg. Giraldi *Dial.* IV. Ed. Maittaire, vol. II, p. 1546, Londini, 1713.)

(6) Exceptis locis, quos e Græcis translatos cognovimus, verba tantum perspiciam quæ manifestius interpretationem imitationemve ostendunt.

CAPUT II.

QUOMODO VETERES POETÆ, GRÆCOS INTERPRETANDO AUT IMITANDO, SERMONEM LATINUM DITARE TENTAVERINT. — DE VERBORUM INTER SE COPULATIONIBUS.

Poeseos annales mihi videntur a prima origine repetendi, ut singula ejus incrementa, qua ratione scilicet e cunabulis adoleverit, et inde ad virilem pervenerit ætatem, comperire ac notare possimus. Veterum igitur poetarum reliquias (1) percenseamus, inprimisque loca quæ e Græcis fuisse translata perspicuum est. Nihil de Plauto ac Terentio (2), licet primum sermonis elegantia teneant ordinem, disseram : quippe qui comœdias tantum scripsere, nec eorum dicendi genus imitari potuit Cicero, cujus musa a Græcis exemplaribus pendens, certisque addicta prosodiæ legibus, ut Homerum et Aratum hexametro versu, ita poetas tragicos iambico fideliter exprimere tentavit; in hoc majores suos secutus, qui et ipsi sæpe serviliter Græcorum vestigiis institerunt, dumque verbum verbo reddere curarent, fidi interpretes, patriis opibus, quæ primum haud ita magnæ essent, amplificatis, monumentum exegere non adeo impolitum, ut ad summam nequiret adduci perfectionem. Quos omnes tanti æstimabat Tullius, ut quædam eorum opera cum Myronis aut Dædali statuis (3) conferre non dubitaverit.

Primus ante alios, utpote natu maximus, eminet Livius Andro-

(1) Librum qui inscribitur : « Latini sermonis vetustioris reliquiæ selectæ, » auctore E. Egger, maximeque recentiora Germanorum opera utiliter adhibui.

(2) Videbam etiam, inquit L. Muellerus in libro de Re metrica, post clarissimas Friderici Ritschelii curas permulta in illis superesse dubia etc. (προοίμιον, p. 6). —Non eadem mihi eos omittendi causa, qui Ciceronem præcipue respicio, nec in studium Plauti tam longum et difficile, ut unius voluminis modum excederet, incumbere volui. Digressio ista multo amplior ac locupletior ipso argumento fuisset.

(3) Cic. *Brutus*, XVIII.

nicus 1), gente Græcus et ingenio. Ille vero Homeri carmina Romanos docuit, ac de Græcis conversas scripsit tragœdias, magna victoribus oblectamenta, ita ut illud Horatii jure dixeris :

> Græcia capta ferum victorem cœpit et artes
> Intulit agresti Latio (2).

Livii autem fere omnia periere opera, atque ego jacturam istam vere luctuosam esse arbitror, propterea quod, amissis tot versibus, nemini perspicere detur quomodo sermonem patrium ditaverit ille primus inter Romanos Musarum alumnus, qualique in statu lingua esset, ubi difficilem ac periculosam « Mæonii vatis » in latinum transferendi provinciam suscepit. Desideranda est profecto Livii Odyssea, quæ, si creditur Ciceroni, « est sic, tanquam opus aliquod Dædali. » Forsan eadem, si superfuisset, recte rem judicanti superior opinione Tullii videretur, ideoque poetarum principe haud indigna interpretatio (3). Nunc etiam posteritas miraretur opus, si modo eum aliquid splendoris ac gratiæ, quibus illustratur lingua omnium locupletissima, retinuisse appareret. Nec mihi ista conjectanti objicientur paucissima Andronici carmina, inter quæ reperias aliquot in quibus inest τοῦ ὁμηρικοῦ ἑξαμέτρου mollis et expedita facilitas.

Quis exactius formam Homericam expressisset quam hisce in versibus Ἀνδρόνικος?

> Virum mihi, Camœna, insece (4) versutum,
> Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον,

(1) Ter affirmat Cicero A. U. C. 514 primam fabulam docuisse Andronicum. — *Brutus*, XVIII, *Tusc.* I, 1, id. 14.

(2) Hor. *Epist.* II, 1, v. 156 et 157.

(3) Non eadem ac nos sentiebat Horatius, paulo forsan injustior, utpote qui vehementer indignaretur, quod plures viri haud omnino rudes « nihil anteponi », nihil veteribus poetis « comparari » posse dicerent. Sæpe enim fit ut opinionem verbis augeant hominum litteratorum factiones; et Flaccus ipse, vir acutissimi judicii, non sine studio esse videtur in illo certamine inter vetustiores recentioresque disputato. Quis ironiam, licet elegantem, hoc in loco non deprenderet?

> Non equidem insector, delendaque carmina Livi
> esse reor, etc........ Hor. Epist. II.

(4) A. Gell., XIII, 9. « Ego arbitror et a M. Catone *insecendo*, et a Q. Ennio *insece* (perge dicere) scriptum sine u littera etc. » Vid. E. Egger, *Vet. Serm. reliq.*, p. 116. In eodem libro reperiuntur omnia Ὀδυσσείας fragmenta e p. 116 ad p. 121

et inferius :

> O mea puera, quid verbi ex tuo ore supra fugit?
> Τέκνον ἐμὸν, ποῖον σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

Quis dixisset elegantius eodem hæc scribente?

> Utrum genua amplectans virginem oraret,
> Ἢ γούνων λίσσοιτο λαβὼν εὐώπιδα κούρην.,

et,

> Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem,
> Παῖδα γὰρ ἀνδρὸς ἐῆος ἐνὶ μεγάροις ἀτιτάλλω.

Utrum Saturnius iste versus vocari debeat necne, parum curo. Hoc autem certe scio tardiorem ac graviorem hexametrum ad aures venire et ad flexibilem Homeri orationem reddendam esse multo minus accommodatum. Mihi pro exemplo est Horatius :

> Dic mihi, musa, virum, captæ post tempora Trojæ,
> qui mores hominum multorum vidit et urbes.

Quanto diligentius Homericæ subtilitati respondet ille qui ne πολύτροπον quidem omisit, et, verborum ordine servato, haud prorsus inferior exemplari judicatur! Sæpe, fateor, dum longissimum opus moliretur, sermonis errore labi debuit, quum se viribus exhaustum aut tanto oneri sustinendo imparem intelligeret. Laudibus tamen amplissimis est efferendus, quod linguam Romanam, quamvis inopem et asperam, informare aggressus est, ac memor hospes hospitibus benignis tradidit monumentum, cujus auctoritate tandem studio liberalium artium accensa ingenia Homericos haustus biberunt. Sed hæc hactenus de Odyssea (1).

Quid autem de tragœdiis Livii loquar? Quarum mutila adhuc exstant fragmenta. « Livianæ fabulæ, ait Cicero, non satis dignæ quæ iterum legantur. » Isti judicio fidem addamus, quoniam nulla nobis supersit laudandi aut refutandi copia : potiusque videamus

---

(1) Vid. E. Egger, p. 116 et sqq. Versus Homeri interpretatos indicavit, ut ex comparatione planior reliquiarum Livii fieret explicatio. Inferius ante oculos proposui cuncta carmina e duobus poetis excerpta.

(ut ad propositum revertamur) quæ sint e fonte græco apud Andronicum vocabula.

E Græcis tria tantum referam quæ sequuntur :

Daps. Cf. δάπτω.

Mœra. Cf. μοῖρα (si modo pro Morta cum Gellio legenda sit : « Mœra) ».

Struppus, *stroppus* (Plin.). Cf. στρόφιον, unde : « strophium » quo usus est Catullus.

Cetera proponet Lexicon Ciceronianum græco-latinum, cui verba ex Livianæ Odysseæ et Ennii Medeæ fragmentis superaddidi.

Mihi venia dabitur jejunum et exilem afferenti catalogum; namque, quum in animo habeam Ciceronem Græcorum interpretem considerare, quid mirum si Livii Odysseæ impense deditus studuerim (1)? Ceterum perraro fit ut versus latinos cum græcis

---

(1) Dum mutilas Andronici reliquias legerem, curiosius inquisivi quæ verba jam pervetusta, Tullio versus condente, cecidissent, quæ vero civitatem recepissent orthographia parce mutata.

Inter pervetusta verba hæc animadvertenda censeo :

Adprimus (*Odyss.* III, 110).

Confluges (vid. Non. I, 311), postea « confluens et confluentes (confluo) veluti σύῤῥευσις, σύῤῥοια (συῤῥέω).

Fligit. « Ipse se in terram saucius fligit cadens » (Non. II, 328).

Frixit. Præteritum ab usu remotum, cujus præsens est « frigeo » et « frigo ».

Inhumigant (ex fab. rel.), locum illius verbi excepit « humecto ».

Insece (vid. Gellium, XVIII, 9).

Morta (Liv. Andr. *Odyss.*).

Nefrendem. Dixit solus Varro : « nefrendes porci ».

Nægeo, id est, candido (Liv. Andr. *Odyss.*).

Pollubrum, quod Græci χέρνιβα, nos « trulleum » vocamus (Nonius).

Procitum (Liv. Andr. *Odyss.* et alibi : « quin, quod parere mea vos majestas procat. Inde « procus », ut ἀπὸ τοῦ μνάομαι μνηστήρ. — Ind. præs. proco, as; non autem : « procieo. »

Præmodum. Livius in Odyssea « præmodum » dixit quasi « admodum ».

Septuose (vid. Non., II, 777).

Vacerra (Liv. Andr. *Odyss*)

Alia quidem verba haud multum immutata excepit usus, « quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi. » Hæc præcipue notavi :

Amplectans, apud Ovid. « amplectens ».

Carnis (vid. Prisc. VI, 3).

Dextrabus, pro « dextris ».

Disertim, pro « diserte ».

conferre possimus, illaque ratione singula per ordinem distinguere incrementa, quibus lingua natu minor, quasi quotidiano germanæ majoris auxilio, sensim adolevit atque perfecta est. Ea quæ supersunt de Medea fragmenta diligenti pariter cura inspiciam, eadem nempe opinione imbutus nulla alia re magis quam fideli eximiorum operum interpretatione emendatam copiosamque fieri orationem; ita ut, si quis diu labore isto intentissimo exercitatus ipse ad scribendum accesserit, in omnibus elocutionis opibus facile circumfluat.

Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo,

ait Flaccus (1). Hac arte floruerunt optima poetarum ingenia : hac arte antiquissimus eorum Livius « vim promovit insitam (2). » De quo mihi quædam haud inconsulta adjicere liceat.

Cautus in verbis inter se conjungendis tam opportune sese ad peculiarem linguæ latinæ naturam accommodavit, ut quædam ab illo compositæ voces in civitatem receptæ fuerint. Pro exemplis proferantur :

Maleficus, cf. κακοποιός (3).
Opitulare, cf. βοηθεῖν.
Velivolus (4), cf. ἱστιοδρομέω, ἱστιοφόρος.

Dusmo, pro « dumoso. »
Filie, vid. Prisc. VII, 6.
Gavisi, pro « gavisus sum » (Prisc. IX, 9).
Latonas, pro « Latonæ. »
Nequinont, pro « nequeunt. »
Nexebant (vid. Prisc. IX, 6.). Virgilius, in *Æneid.* (V, 279) « *nexantem* nodis seque in sua membra plicantem » secundum primam protulit conjugationem.
Ex fabulis :
Juxtim, pro « juxta » (vid. Non. II, 451).
Lætavisti (Non. II, 494). Postea « lætificare » in honore fuit, et passivum « lætari. »
Meminens, cf. μεμνημένος. Participium insolens.
Opitula, pro « opitulare » a præsenti : « opitulor. »

(1) *Ars Poet.*, 41.
(2) Hor. Flacc. *Carm.* IV, 4, 33.
(3) Arist. *Ethic.*, IV, cap. 3. — Vid. *Thesaurus* Henr. Step. IV, p. 1120, ed. 1572. — *Thesaurum* illum sæpe pervolutavi, ut Græca verba, quæ cum Latinis contuleram, unde efficta essent, plane cognoscerem.
(4) Ex Helena : « tu qui permensus ponti maria alta *velivola*. »

Unde scripsit Maro :

> **Despiciens mare velivolum terrasque jacentes (1).**

Pulcherrimam sane vocem et venustate plenam! At enim inquies : In Odyssea Livii frustra requiruntur Græca illa πολύτροπον (2), τανηλεγέος, εὐώπιδα, ἐριούνης, ἑκάεργος. Hæc quidem prætermisit interpres, excepto πολύτροπον adjectivo. Quod uno Græci, idem pluribus verbis quum nollet exponere (deficientibus quippe fontibus patriis), epitheta illa amœnam simplicitatem redolentia reliquit.

Nævius (3) audacior, quasi Græcos æmulari studuisset, ἀναλογίαν secutus, quasdam voces miscere ac componere tentavit, arte quidem non admodum rudi, quum nonnullas ex iis receperit ætas præteriti temporis incuriosa. Has præcipue notandas puto :

Arcitenens (4) e græco in latinum feliciter translatus est. Homerus enim et Euripides dixere : τοξοφόρος.

Bicorpor (5), cf. δισώματος.

Dulcioreloquus, cf. ἡδυεπής (6). Interierat verbum illud ea ætate, qua Cicero et æquales carmina composuerunt. At idem, prope everso Populi Romani imperio, quasi integre renatum est. « Dulciloquus » enim apud Sidonium Apollinarem Ausoniumque (7) reperitur.

Fœdifragus (8). Græco fonte cadens, non autem ab interpreta-

---

(1) Virg. *Æn.*, I, 224.

(2) *Versutus* idem valet ac πολύτροπος, si vim tantum vocabuli respicias. Sed τρόπος unum in Latino verbo permansit. Apud Romanos tamen *multi*, ut apud Græcos πολύ, sæpe in compositione vocum adhibetur, exempli gratia : « multigeneris, multijugus, multiloquus, etc. »

(3) Vid. *Onomasticon* Orell., p. 415.

(4) Vid. Virgil. *Æn.* III, 75.

(5) « Vetustas, ut ait Varro, multa tollit. » Evanuit « bicorpor »; attamen *tricorpor* (τρισώματος), regnante Augusto, in usu fuit... » Et forma *tricorporis* umbræ (Virg. *Æn.*, VI, 289). Horatius, fateor, *ter amplum Geryonem* scripsit, sive ingrato sonorum consensu deterritus, sive quod illi suorum opinioni, qua Latino sermoni proprias jam satis esse vires constabat, obsequeretur.

(6) Vid. Hom. *Iliad.*, I, 148.

(7) Verba ejusdem generis « dulcisonus, « dulcinervis » hoc tempore in lucem edita sunt; scilicet ut nova fingerent inclinabant scribentium animi, perinde ac si lingua Virgilii nimis inops istis inopibus videretur.

(8) Quæ deinde leguntur verba, excepto « sylvicola » ex fabulis petita sunt, quas

tione ortus. Namque παράσπονδος tantum in Thucydidis historia legitur; et quanquam haud dissimili ratione conjuncta sint hæc vocabula σπονδοποιέομαι, σπονδοφόρος, σπόνδαρχος, illud desiderandum censeo. « Fœdifragus » (1) Ciceroni placuit, ideoque dignus qui melioribus fatis uteretur.

Frondifer, cf. φυλλοφόρος. *Frondeus* et *frondosus* apud Maronem plus valuere. At *frondifer* in Lucretio (2) justum meruit decus.

Multigrumus. Non græcus iste; *grumus* enim inter verba quæ *nostratia* dicit Tullius numerari debet. Idem vim habet quæ duabus his subjecta est vocibus, χόνδρος nempe et γεώλοφον. Si vero non græcus est multigrumus, at saltem ex lege grammatica, ut multiformis (πολυσχήμων) fictus apparet.

Nocticolor (3), cf. νυκτοειδής, de Memnone dicitur. Hic quoque defecit ut longo post tempore e tenebris in lucem emergeret (4). Ego miror quod obsoleverit : quippe haud asper ad aures veniebat, nec magis exquisita ad sonum adjectiva « noctiluca, noctivagus, » probavit aurea carminum ætas. Volente usu, eamdem fortunam quam « noctivigilus et « noctifer » Nocticolor habuit (5). In hoc profecto Latini non Græcorum exempla secuti sunt, qui tot dulcia e nomine νύξ verba posuere, inter quæ νυκτιπλάνης, νυκτίπλαγκτος, νυκτικρυφής, νυκτίνομος eminent.

Pudoricolor (aurora), vox nova quam Nævii non commendavit auctoritas; nam statim ab ortu periit, utpote quæ forsan nimis anxiam argueret elegantiam. Melius egisset poeta, si, quemadmodum in aliis vocabulis, ita in hoc Homerum sequi non dubitavisset. Olli ex multis unum haud illepidum (6) eligere fas erat.

---

non Nævio solum, sed et Novio adscribunt Grammatici. Sunt etiam qui Nævium pro Lævio vocant. Rem injudicatam relinquo; illi nempe scriptores ante Ciceronem vixere.

(1) Cic. *de Officiis*, I, 12. Pœni fædifragi.

(2) Frondiferasque domos avium... (Lucret. I, 18.)

(3) Νυκτόχροος deficit : quippe χρόα cum adjectivis tantum societatem instituit : μονόχροος, πολύχροος, etc.

(4) Nocticolor Styx (Auson.).

(5) « Nocticola » et « noctividus » linguam jam degenerem et quasi ad omnes irruptiones apertam invasere.

(6) Præcipua celebrantur εὔθρονος, ἠριγένεια, κροκόπεπλος, ῥοδοδάκτυλος, φαεσίμβροτος, χρυσόθρονος.

Silvicola (1), cf. ὑληκοίτης. Nomen quod semel hospitio Virgilius recepit, nec antiqua origine indignum.

Trisæclisenex (Nestor). Homericus sane, si sententiam, si vero nominis compositionem respexeris, Barbarus. Quanto suavius hæc resonant : « ter ævo functus senex ! » (Hor. Carm. II, 9). Idem atque « trisæclisenex » eloquuntur hæc Iliadis carmina :

> Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
> ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο
> ἐν Πύλῳ ἀγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν.

> Nestor tertiam jam hominum ætatem videbat.
> Cic., *Caj. maj.*, X, 31.

Ex his facile apparet vocabulis quantum elaboraverit ille Græcorum interpres simul et imitator, ut sermonem patrium novo, ut ita dicam, divitiarum genere adaugeret. Ista quidem omnia Nævius, quum « plenus superbiæ Campanæ (2) » suum plus nimio miraretur incœptum, non satis ad aures elegantium virorum accommodavit. At vero idem quasi viam fecit posterioribus poetis, quibus verba

> Fingere cinctutis non exaudita Cethegis (3)

contigit; ideoque gloriari potuisset sese aliquid ad amplificandas Romanæ linguæ opes contulisse. Suscipere rem tam audacem videtur ejus qui plane intellexit quid utilitatis a scribentibus excipi posset, si modo ipsi quoque interpretatione usi diligentissima, aut per ἀναλογίαν (4), eadem scilicet quæ jam Græci adhibuissent ele-

---

(1) Postea ad illius verbi exemplar creatus viguit « agricola » apud eloquentissimos auctores, moxque in linguam jam senescentem irrepsernnt « cœlicola », « ruricola », « terricola »; « cœlicola » quidem Virgilianus, sed ἅπαξ εἰρημένος.

(2) A. Gell. I, 24 : « Epigramma Nævii plenum superbiæ Campanæ, quod testimonium esse justum potuisset, nisi ab ipso dictum esset :

> Mortaleis immortaleis flere si foret fas,
> flerent Divæ Camœnæ Næviom poëtam ;
> itaque postquam est Orcino traditus thesauro,
> oblitei sunt Romæ loquier lingua latina.

(3) Hor. *A. P.* 50.

(4) Cic. *Univ.* 4.—« Comparatio proportiove dici potest. »—Quint. *Inst. Or.* I, 6,

menta admovendo, locutiones ejus generis efficerent. Neque Nævium falsa hæc opinio habuit. Nemo enim dubitare potest quin ista linguæ ditandæ ratio quasdam haud parvas auctoribus utilitates præbeat. Quippe primum ex hoc sequitur ut idem vocabulum plures rerum notiones, quas jam ante mens ipsa legentium arctissimo vinculo jungebat, in uno collectas amplectatur; deinde ut sententia, parum commodis jam non impedita vocibus, levior et expeditior incedat. — At qui primus compositas dictiones producit, hic in eis fingendis cautus ac tenuis esse debet; neque ex omni parte excerpenda sunt, ut ait scriptor inter recentes ingenio præstans (1), quæcumque orationi lucem, brevitatem sonorumque concentum addere queant. Sunt enim linguæ quæ talibus verbis omnino repugnant. Nobis profecto feliciores Latini Græcos in hac re imitandi licentiam sibi sumpserunt; sed quamvis multa vel maxime desideranda acquisiverint, ipsi tamen extra modum sæpe prodierunt, nec immerito Quintilianus de verborum inter se copulationibus scribens: « Res tota, inquit, magis Græcos decet, nobis minus succedit; nec id fieri natura puto, sed *alienis favemus;* ideoque quum κυρταυχένα mirati sumus, *incurvicervicum* vix a risu defendimus (2). »

Alienis favisse Romanos satis constat; at plerique Grammaticorum id fieri natura putant, ut multa, e græco fonte orta, fidem nullam vocabula habuerint. Hos ut sequar inclinat animus. Quibus enim causis inter has Ennii, quæ leguntur infra, dictiones, quasdam minime ridendas ob agrestem sonorum asperitatem, maturius obsolevisse credendum est, nisi easdem usus delicatissimo quasi naturalis judicii fastidio ductus respuisset? Plures quidem apud Ciceronem et Lucretium, poetasve qui post Augusti principatum vixere, paucæ autem in Virgilio aut Flacco reperiuntur.

ἀναλογία, quam proxime ex græco in latinum transferentes, « proportionem » vocaverunt.

(1) Fenel. *Epist. ad Academiam.*

(2) Quint. *Inst. Orat.* I, 5. — « Cæterum etiam ex præpositione et duobus vocabulis dure videtur struxisse Pacuvius :

. . . . Nerei
repandirostrum, incurvicervicum pecus. »

In eodem capite Quintilianus paucis compositas voces non insulse definivit.

Istas, utpote rariores, signo notavi, ut a cæteris hisce vocibus disjungerem :

* *Ædifico*, cf. οἰκοδομέω, sæpe etiam a Tullio (1) adhibetur.
Æquiparo, cf. ἰσοφαρίζω, Plauto et Livio auctoribus valet.
Altisonus, cf. ὑψηχής, M. Ciceronis carmine (2) inclytus.
Altitonans (3), cf. ὑψικέραυνος, ὑψιβρεμέτης.
Altivolans (4), cf. ὑψιπέτης.
Belligerans (5), cf. πολεμοποιός (qui bellum ciet).
* *Bellipotens*, cf. πολεμόφρων (πολεμοκράτωρ abest).
* *Bilinguis* (6), cf. δίγλωσσος.
Blandiloquentia, cf. ἡδυέπεια. « Blandiloquus » Plauto placuit.
* *Cœlicola*, cf. οὐρανοπολίτης.
Doctiloquus (7), cf. σοφόνοος vel λογοποιός; apud M. Tullium ambo desiderantur.
Flammiger, cf. πυρφόρος. A Lucretio receptus et postea a Seneca tragico aliisque poetis.
Imbricitor, cf. ὀμβροφόρος, cito periit.
Lætificus (8), cf. χαροποιός.
* *Laniger* (9), cf. εἰροπόκος.
Multimodus (10), cf. πολύτροπος.
* *Mortifer* (11), cf. θανατηφόρος.

---

(1) Vid. Mar. Nizolii in Cic. observ.— Lugduni, apud heredes Seb. Gryphii, 1562.
(2) Hic Jovis altisoni subito pinnata satelles (*de Divinat.* I, 47).
(3) Lucr., V, 744.
(4) Lucr., V, 434.
(5) « Belligero » ter in usu apud Ciceronem est. Vid. Nizolium p. 182. Hæc in oratione pro Fonteio (281 a. Aldinæ editionis) leguntur : « C. Marius, qui isti par in *belligerando* esse possit. »
(6) Virg. *Æn.*, I, 661, ne semel quidem a Cicerone dictus.
(7) Vid. apud Varronem, L. L. VI, 3.
(8) « Lætificare » bis in Cicerone legitur, vid. Nizol. p. 897. « *Lætificus* » Lucretio tantum et Senecæ tragico, uti « flammiger » haud multum longinquus et alienigena visus est.
(9) Virg. *Æn.*, III, 642; VII, 93 ; X, 667.
(10) Postquam in cunis occidisset, multis post seculis apud S. Paulinum revixit; « multimodis » pro « multis modis » (ἅπαξ εἰρημένον) apud Cicer. Vid. Nizol. p. 1022.
(11) Hoc verbum sexies adhibuit Cicero; semel Virg. (*Æn.*, VI, 279).

Multiplico (1), cf. πολλαπλασιάζω.
* *Omnipotens* (2), cf. πανδύναμος, παντοδύναμος, παντοκράτωρ.
Philosophor (3), cf. φιλοσοφέω.
* *Quadrijugus* (4), cf. τετράρυμος (ὄχος) vel τέτρωρον ἅρμα.
* *Quadrupedans* (5), cf. τετράπεζος.
* *Regifice* (6), cf. βασιλικῶς.
Rhetorica (7), cf. Ῥητορική.
Sacrifico (8), cf. ἱεροποιέω.
Sapientipotens, cf. κρατερόφρων.
Signitenens, cf. ἀστροφόρος.
Velivolus, cf. ἱστιοδρομέω, de quo supra dixi.

Illas compositas dictiones, passim in variis Ennii operibus lectas, ante oculos posui, quod ex interpretatione aut imitatione Græcorum mihi proficisci videantur. Quis enim earum plerasque leget, nec statim Græcas voces, quæ pro exemplis, ut ita dicam, Ennio fuerunt, sponte in mentem revocabit? Talem igitur verborum indicem ordinanti non tantum contingit a proposita non declinare sententia, verum etiam Latini sermonis ditandi rationem usitatissimam ostendere. Itaque Nævio Ennioque non defuerunt imitatores, qui nova fingendo Græcæ orationis ubertatem consectari voluere, et pro virili parte rerum copiæ verborum copiam parem efficere tentaverunt.

---

(1) Ab egregiis rerum scriptoribus usurpatus; inter quos eminent Cæsar (*B. G.*, III, 32), Livius et Cicero.

(2) Virg. *Æn.*, I, 60; X, 1.

(3) Cic. *Tusc.*, 167, b, « cum Græculis philosophari » : sæpe alibi legitur.

(4) Virg. *Georg.*, III, 18; *Æn.*, X, 571.

(5) Plaut. (*Capt.*, IV, 2, 34). Virg.

(6) « Regificus » a Virgilio scriptus est (*Æn.*, VI, 605).

(7) « Rhetorica » tanto in honore est apud Latinos ut quasi patrium avitumque colorem retineat, quod quidem Græcum nomen Latini fideliter transcripsere.

(8) Non semel apud M. Tullium est, at « sacrificium » sæpe. T. Liv., XXVII, 10; XLV, 41.

CAPUT III.

DE GRÆCIS NOMINIBUS ET DE VERBIS JUNCTIS VETERUM POETARUM QUÆ LEGUNTUR APUD CICERONEM.

Semper apud posteriores poetas, vel Augusto principe, multum ponderis habuit Græcorum auctoritas; et ipse Virgilius, licet asper latine loquendi exactor, quædam vetusta, ut supra diximus, verba admisit, imo alia sponte finxit, in hoc profecto, ut Ennius, Homerum cæterosve præstantes ingenio Græcos imitatus. Cicero autem, utpote Ennio ac Pacuvio ætate propior, ideoque ab alienigenis opibus minus abhorrens, non modo compositas dictiones, sed etiam Græca nomina, jam ante in linguam latinam translata pene patronus suscepit. Omisso nomine *Rhetorica* hæc apud Ciceronem legas :

Acipenser (Lucilius), ἀκιπήσιος.
Æther (Pacuvius), αἰθήρ.
Barbarus (Pacuvius), βάρϐαρος.
Chlamys (Cæcilius), χλαμύς.
Delphinus (Lucilius), δελφίν.
Elephas (Lucilius), ἐλέφας.
Emporium (Ennius), ἐμπόριον.
Enthymema (Lucilius), ἐνθύμημα.
Ephebus (Terentius), ἔφηϐος.
Genitor (1) (Attius), γενέτωρ.
Gymnasium (Lucilius), γυμνάσιον.
Lychnus (Lucilius), λύχνος.
Machina (Pacuvius), μηχανή.

(1) Hoc verbum in usu prius apud Latinos fuisse, quam nosceretur γενέτωρ inter plurimos constat. « Vocabula quoque *nostratia* (id conjectura probabile est) a Tullio dici possent « navis » et « pulmo ». Inde sequitur ut Græcis nominibus natura sint simillima.

Mœchus (Lucilius), μοιχός.
Muræna (Lucilius), μύραινα.
Ostrea (Lucilius), ὄστρεον.
Navis (Lucilius), ναῦς.
Philosophus (Ennius et Lucilius), φιλόσοφος.
Poesis (Lucilius), ποίησις.
Pulmo (Terentius et Lucilius), πλεύμων.
Stomachus (Lucilius), στόμαχος.
Syllaba (Lucilius), συλλαβή.
Triclinium (Lucilius), τρίκλινον.
Tropæum (Cæcilius), τρόπαιον.

Alia vero, quæ non adhibuit Tullius, « stalagmium », « hymenæus » (exempli causa) hoc in loco prudens omisi, propterea quod illa nomina cæteraque desideranti Index meus Græco-Latinus sufficit (1) : ob eamdem causam hic tantum compositas attuli voces, e plûribus veterum poetarum reliquiis excerptas, quæ præcipue Græcam originem indicant.

Amplifico (Pacuvius), cf. δεινοποιέω.
Armiger (Attius), cf. ὁπλοφόρος.
Benefacio (Pacuvius), cf. εὐεργετέω.
Bisulcus (Pacuvius), cf. διχότομος, διαῦλαξ.
Caprigenus (2) (Attius), cf. αἰγομελής.
Circumspicio (Pacuvius), cf. περιοράω.
Concorditas (Pacuvius), cf. ὁμόνοια.
Consanguineus (3) (Attius), cf. σύναιμος.

---

(1) In illo indice præcipua tantum verba e veterum reliquiis, quæ sunt omnino Græca vel « Græco fonte cadunt, » notavi. Aliquot ex Cicerone aut ejusdem ætatis scriptoribus selecta, quamvis plura apud antiquos auctores desiderentur, adjicienda esse arbitratus sum, uti acta, ἀκτή ; acratophorum, ἀκροτοφόρον ; etc.— Quem fugit quam multa sermo Græcus vocabula Latinis præbuerit, si nomina consideres quæ vel ad homines nationesve, aut ad animalia omnia inanimave, vel ad doctrinas cujusque generis pertinent? Ista quidem recensent enumerantque Glossaria.

(2) Apud Lucretium leguntur : cæcigenus (II, 740), multigenus (II, 335), omnigenus (II, 758).

(3) Lucret., III, 73.

Flexanimus (Pacuvius), cf. καμψίγουνος.
Grandævitas (Pacuvius), cf. μακροβιότης.
Impius (Lucilius), cf. ἀσεβής.
Incurvicervicus (Pacuvius), cf. κυρταύχην.
Lanificus (Lucilius), cf. ἐριουργός.
Laniger (Attius), cf. εἰροπόκος.
Largifluus (Pacuvius), cf. εὐρυρέων.
Lucifugus (Lucilius), cf. φωτοποιός.
Magnificentia (Cæcilius), cf. μεγαλοπρέπεια.
Mirificus (Attius), cf. θαυματοποιός.
Naufragium (Pacuvius), cf. ναυάγιον.
Omnivomus (Pacuvius), cf. πάμφαγος.
Opitulor (Pacuvius), cf. βοηθέω.
Penniger (1) (Attius), cf. πτεροφόρος.
Quadrupes (Pacuvius), cf. τετράπους.
Signifer (Lucilius), cf. σημαιοφόρος.
Tardigradus (Pacuvius), cf. βραδύπους.
Terricola (Lucilius), cf. γεωργός.

Inde igitur patet veteres poetas tanta veneratione Græcorum ingenia coluisse, ut alii (2) Græcas voces, ne mutata quidem syllaba, in suum patrimonium transtulerint, alii (3) vero sive interpretes, sive imitatores audacissimi, multa composuerint vocabula, quæ profecto haud necessaria videantur. Imo quædam inter illa Græcis deesse animadvertimus, perinde ac si rudes isti Poetæ orationis exemplarium paupertatem corrigere voluissent. « Rudentisibilus (4) », ut puto, haud minorem quam « incurvicervicum » apud homines litteratos risum concitavit.

Romani quippe in scribendo Græca, ut ita dicam, libidine laboraverunt, quia Lucilius, quem fortasse vidit Cicero adhuc puer,

---

(1) Lucret., V, 1074.

(2) Cæcilius Luciliusque.

(3) E quibus eminent Nævius ac Pacuvius.

(4) Vid. Pacuvium. Tullius (*Orator*, cap. 49) profert verba : *perterricrepus* et *versutiloquus*.

Homericas dictiones (1) versibus admiscuit. Quin et hoc Odysseæ carmen junxit suis :

Καὶ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν (2).

At mox illuxit præclara illa Cæsaris Augusti ætas; studiisque conversis (quod necesse fuit quum jam purior et emendatior flueret oratio) e Græco fonte Latini verba parcius hauserunt : verba dico; nam si sententiarum conformationes et ipsas locutiones respicias, nullo sane in sæculo plura Græcis Romanam poeticen debuisse fateberis. Quot enim in Horatii carminibus constructiones Græcas accurata perspicit interpretatio! Quot novem Lyricorum membra in eodem inveniuntur! ita ut, si cuncta integraque Lyricorum opera nobis tradidisset Antiquitas, esset fortasse periculum ne Flaccus haud magnam in partem « exigendi monumenti » venisse crederetur, ac de illo hos versus, quos de cornicula scripsit, dictitarent maligni,

Ne si forte suas repetitum venerit olim
grex avium plumas, moveat cornicula risum
furtivis nudata coloribus (3).

Isti tamen in errore magno versarentur; idque argumentis probandum aggrediar, quum de Marone ac Flacco, qui linguam ac versificationem politissima arte perfecerunt, inquiram et ipse an uterque vel imitando proprium ingenii colorem retinere potuerit. Sed ad rem redeo.

Hactenus veterum poetarum reliquias hac tantum mente percensui, ut interpretationis vestigia, si qua essent, manifeste deprehenderem; arduum sane opus suscipere ausus, quippe deficientibus locis quos ab Homero aut ab aliis scriptores transferre

---

(1) Αἰγίλιποι (montes); καλλιπλόκαμον, καλλίσφυρον, etc..... Lucretius ipse Græca verba adhibuit : ἄκοσμος (IV, 1153), Αἰγοκέρως (V, 614),— ἀήρ (secunda producta, IV, 370), — ἀνδρόγυνος (V, 837), — apud Cicer., ἅπαξ εἰρ. — Χαρίτων ἴα (V, 1155), — δορκάς (caprea), IV, 1154, — λαμπάδιον (IV, 1158), — μελίχροος (IV, 1153), etc., etc.

(2) *Odyss.*, XI, 491.

(3) Hor., *Epist.*, I, 3, 2.

voluerint, fragmentisque, quæ supersunt, ob corruptionem sæpe adeo obscuris, ut fere nulla investigatione explanari queant. Satis igitur mihi visum est verba illa, quorum origo Græca non latet, exquirere. Multa a Cicerone sumpta jam notavi, inprimisque nomina omnino Græca, ut « philosophia » (φιλοσοφία), » poesis » (ποίησις) ac cætera. Hic denique plura ex his, quæ supra enumeravi, vocabulis rursus ante oculos ponere mihi liceat, eo tamen ordine ut statim discerni possit quæ sæpius in usu sint apud Ciceronem, quæ vero (ut Græce loquar) ἅπαξ εἰρημένα jure habeantur.

Vocabula sæpius in usu apud Ciceronem.

Ædifico.	*Magnificentia.*
Æquiparo.	*Maleficus.*
Amplifico.	*Mortifer.*
Belliger.	*Multiplico.*
Benefacio.	*Naufragium.*
Circumspicio.	*Opitulor.*
Consanguineus.	*Sacrifico.*
Impius.	*Signifer.*
Lætifico.	

Ἅπαξ εἰρημένα.

Altisonus.	*Fœdifragus.*
Arcitenens.	*Lucifugus.*
Armiger.	*Multimodis.*
Emporium.	*Omnivagus.*

Tullius et ipse, quamvis ea ætate viveret, qua multo minore studio verba et sensus a Græcis mutuandi imitatores ardebant , poetas tamen antiquiores facile secutus est. Quos quum mirifice coleret diligeretque ac semper, ut ita dicam, haberet in promptu, necessaria quadam inclinatione eo adductus est, ut eorum scribendi genus et ipsam in vocibus componendis serendisve audaciam æmularetur. Ceterum ille, si quis alius, Græcis familiarissime usus, si parcius Nævio Pacuvioque transmarinas opes in rem

suam opportuna derivatione convertit, si non «incurvicervicum» (exempli gratia) adhibet, quia κυρταυχένα dixerunt Hellenes, si denique judicio transferendi et modo imitandi consecutus est, « ut quod apud ipsum legerimus alienum melius quam ubi primum fuit usitatum, sonare miremur (1), » at idem aliquoties, versus moliendo, licenter scribit, quumque verbum verbo reddere tentat interpres, vocabula quædam ad nomen addita, quæ vel in carminibus Arati Homerive frustra requiruntur, ausus est admiscere, perinde ac si majorum hereditatem a se susceptam profiteri voluisset. Quis enim dubitet quin Cicero, si non Pacuvium, Ennium certe magistrum ditandi sermonis habuerit, quum hæc scripsit epitheta, quorum aliquot a Marone recepta cognovimus?

Æstifer, Arat. *Phæn.*, 328.	*Mortifer*, Arat. *Phæn.*, 632.
Auriger, Hom. *Il.* β', 306.	*Semifer*, *ibid.*, 286.
Clarisonus, Arat. *Phæn.*, 507.	*Signifer*, *ibid.*, 554.
Horrificus, *ibid.*, 339.	*Spinifer*, *ibid.*, 398.
Humifer, *ibid.*, 956.	*Squamiger*, *ibid.*, 547.
Ignifer, *ibid.*, 313.	*Stelliger*, *ibid.*, 462.
Levipes, *ibid.*, 338.	*Tristificus*, *ibid.*, 912.
Mollipedes, *ibid.*, 955.	*Umbrifer*, Hom. *Il.* β', 307.

Exceptis tribus epithetis, illa omnia (2) tantummodo cum ver–

---

(1) Quod de Virgilio dixit Macrobius, jure dicendum de Cicerone existimavi.

(2) Licet versibus Arati absint, plura tamen Græco fonte cadunt, uti

Auriger, cf. χρυσοφόρος.
Clarisonus, cf. λαμπρόφωνος.
Horrificus, cf. φρικοποιός.
Humifer, cf. ὑγροποιός.
Ignifer, cf. πυροφόρος.
Levipes, cf. ὠκύπους.
Semifer, cf. ἡμιθήρ.
Spinifer, cf. ἀκανθοφόρος.
Squamiger, cf. λεπιδοειδής.
Tristificus, cf. χαροποιός (lætificus).
Umbrifer, cf. σκιοφόρος.

Huic indici addi possent « anxifer » ter in usu apud Ciceronem, et « vastificus » ex loco ubi dolorem luget Hercules.

mina, nulla adjuti interpretatione, potuissent. Itaque grates illi referendæ sunt, quæ prima majoribus nostris Homeri dedit poemata ea in explicando diligentia, quam cuncti antea interpretes (1) nunquam assecuti erant. Magnam profecto suis æqualibus attulit voluptatem hæc mulier erudita haud indigna erudito conjuge.

Quæ quum ita sint, quantam fuisse Romanis admirationem ac lætitiam putas eo die quo primum recitavit Odysseam Andronicus? Nihil sane erat aptius ad delectationem audientium quam ista fabularum series tam varia, tam familiaris, ac simul tam magnifica : nihil, si litterarum studia spectes, gentis latinæ superbiam magis augere debuit. Primum enim hoc opus effecit Latii camœna; primum condidit altissimæ poeseos monumentum, Romamque edocuit verba ac sententias maximi omnium ætatum vatis a se vix e cunabulis in sermonem patrium posse commutari.

Qui statim ab incœpto Homeri vestigia colit observatque scribens,

Virum mihi, Camœna, insece versutum,

spem multam facit se magnopere, ne tanto a rectore digrediatur, enisurum. Quin etiam, quamvis paucissimæ sint ac breves reliquiæ, eum in pluribus locis fuisse propositi tenacem apparet. Jam animadvertimus quam vivide hoc carmen expresserit :

Τέκνον ἐμὸν, ποῖον σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

Idem quoque « feliciter audet », quum fidissimus interpres regem Taphiorum inducit a Telemacho ista quærentem :

Quæ hæc daps est, qui festus dies?

Atque infra adeo sollicite orationis incitationem sequitur, ut quidquid præcipuis enuntiationibus accedit inhæretque seu conjunctione seu participio admixtum, servet scriptor ac retineat.

(1) Vid. E. Egger. *de Francis Homeri interpretibus.*

multi alii, non verba, sed vim Græcorum expresserunt (1) » ? An contra credendum est eum vehementer errasse ? Quamvis paucissima ad nos fragmenta illorum pervenerint, hujus tamen arduæ quæstionis pondus excipiendum puto. Quo facilius Latina Græcis comparari queant, ex alia parte Homeri, Sophoclis aut Euripidis scripta, ex altera vero Romanorum versus proposui ; inde manifestius apparebit utrum fideliter exemplari respondeat effigies necne, quæ sint a Græcis adscita, quis denique Livio aliisve fuerit interpretandi locus, priusquam Cicero ipse, operis difficultate ab eodem studio minime deterritus, propriam Astrologiæ dicendi consuetudinem aut tragici carminis sonum reddere conaretur.

Ab Andronico principium. Jam dixi quanto simus in desiderio amissæ illius Odysseæ, et unum aut alterum, quem non prorsus Homero indignum fateare, commemoravi locum. Ea quidem quæ maxime laudanda sunt ex talibus reliquiis a me lecta esse concedendum : cetera tamen, qualiacumque sint, poetæ membra juxta appositos Græcæ Odysseæ versus, unde clarior collatio fiat, hic legantur :

LIVII ANDRONICI ODYSSEÆ FRAGMENTA (2).

Lib. I.

V. 1. Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον.

Cf. Virum mihi, Camœna, insece versutum.

A. Gell., XVIII, 9.

V. 45 et 81. Ὦ πάτερ ἡμέτερε, Κρονίδη.....

Cf. Pater noster Saturni filie.

Prisc., VII, 6.

V. 64. Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων ;

Cf. Mea puera, quid verbi ex tuo ore supra fugit ?

Prisc., VI, 8.

(1) *Acad.*, I, 3, 10.

(2) Vid. Godef. Hermanni *Elementa Doctrinæ metricæ*. Lipsiæ, 1836. Qui quidem auctor optimus, Mæonii vatis tenorem secutus, accurate Odysseæ Livii fragmenta

bis « facere », « gerere » ac « ferre » societatem fecere (1) : timidis enim passibus duces suos, si forte insolita fingunt verba, secutus est adolescentulus poeta, ne suorum æqualium superbissimas inconditis sonis aures offenderet.

At illa minus ad propositum meum pertinent. Conemur potius ostendere qualis fuerit in interpretatione Græcorum Cicero versificator, utrum veteribus poetis, qui idem effecerunt opus, superior judicari debeat, quid incrementi poeticæ addiderit, si non verba tantum, sed etiam sententiarum conformationes perpendantur, quantum denique ad rem metricam contulerit ipse perficiendam.

CAPUT IV.

L. ANDRONICI ODYSSEÆ ENNIIQUE MEDEÆ FRAGMENTA. — QUID DE ILLIS UTPOTE GRÆCORUM INTERPRETIBUS SENTIENDUM SIT?

Cum superioribus poetis conferendus est Cicero, si quanti valeat ille, dum Græcorum carmina interpretatur, diligenter æstimare velis. Ante omnia scire debemus qua ratione Græcos Latini antiquiores in suum transtulerint opus. Tullione assentiar hæc in Academicorum libris scribenti : « Ennius, Pacuvius, Accius,

(1) Ejusdem generis verba apud Lucretium multa esse nemo ignorat. Quorum hæc præcipue notanda arbitror :

Auctificus (II, 571).	*Lucifer* (V, 525).
Barbiger (V, 898).	*Munifico* (II, 625).
Falcifer (III, 642).	*Pinniger* (V, 1074).
Glandifer (V, 973).	*Squamiger* (I, 373).
Horrifer (V, 219).	*Tabificus* (VI, 727).
Lætificus (I, 194).	*Terrifico* (I, 134).

Ille M. Tullio audacior quædam scripsit juncta verba quæ nusquam alibi leges, ut « fluctifragus, » « multangulus, » cf. πολύγωνος; — « montivagus » tamen semel in usu apud Ciceronem est (*Tusc.*, V, 27).

multi alii, non verba, sed vim Græcorum expresserunt (1) » ? An contra credendum est eum vehementer errasse ? Quamvis paucissima ad nos fragmenta illorum pervenerint, hujus tamen arduæ quæstionis pondus excipiendum puto. Quo facilius Latina Græcis comparari queant, ex alia parte Homeri, Sophoclis aut Euripidis scripta, ex altera vero Romanorum versus proposui; inde manifestius apparebit utrum fideliter exemplari respondeat effigies necne, quæ sint a Græcis adscita, quis denique Livio aliisve fuerit interpretandi locus, priusquam Cicero ipse, operis difficultate ab eodem studio minime deterritus, propriam Astrologiæ dicendi consuetudinem aut tragici carminis sonum reddere conaretur.

Ab Andronico principium. Jam dixi quanto simus in desiderio amissæ illius Odysseæ, et unum aut alterum, quem non prorsus Homero indignum fateare, commemoravi locum. Ea quidem quæ maxime laudanda sunt ex talibus reliquiis a me lecta esse concedendum : cetera tamen, qualiacumque sint, poetæ membra juxta appositos Græcæ Odysseæ versus, unde clarior collatio fiat, hic legantur :

LIVII ANDRONICI ODYSSEÆ FRAGMENTA (2).

Lib. I.

V. 1. Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον.

Cf. Virum mihi, Camœna, insece versutum.

A. Gell., XVIII, 9.

V. 45 et 81. Ὦ πάτερ ἡμέτερε, Κρονίδη.....

Cf. Pater noster Saturni filie.

Prisc., VII, 6.

V. 64. Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων ;

Cf. Mea puera, quid verbi ex tuo ore supra fugit ?

Prisc., VI, 8.

(1) *Acad.*, I, 3, 10.

(2) Vid. Godef. Hermanni *Elementa Doctrinæ metricæ*. Lipsiæ, 1836. Qui quidem auctor optimus, Mæonii vatis tenorem secutus, accurate Odysseæ Livii fragmenta

V. 65. Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

Cf. Neque enim te oblitus sum, Laertie noster?

Prisc., VII, 5.

V. 136. Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος....

Cf. Argenteo pollubro et aureo gutto.

Ap. Non. s. v. *Pollubrum.*

V. 169. Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον·

Cf. . . . . . . Tuque mihi narrato
omnia disertim.

Ap. Non. s. v. *Disertim.*

V. 225. Τίς δαίς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο;

Cf. Quæ hæc daps est? Qui festus dies?

Prisc., VII, 8.

V. 248. Τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται....

Cf. . . . Matrem procitum plurimi venerunt.

Epit. Fest. s. v. *Procitum.*

Lib. II.

V. 99. . . . . εἰς ὅτε κέν μιν
Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι τανηλεγέος θανάτοιο·

Cf. Quando dies adveniet, quem profata Morta est?

A. Gell., III, 16.

V. 317. Ἠὲ πύλονδ' ἐλθὼν, ἢ αὐτοῦ τῷδ' ἐνὶ δήμῳ.

Cf. In Pylum adveniens, aut ibi ommentans.

Fest. s. v *Ommentans.*

V. 422. Τηλέμαχος δ' ἑτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσεν
ὅπλων ἅπτεσθαι·

Cf. Tuncque remos jussit religare struppis.

Isid., *Orig.*, XIX, 4.

---

disposuit. —Vid. etiam E. Egger. *Latin. Serm. Reliq.*, pag. 116 et sqq., — et Henric. Düntzer. *Livii Andron. fragm. collect. et illust.* Berolini, 1835-38.

Lib. III.

V. 35. Χέρσιν τ' ἠσπάζοντο. . . . . . .

Cf. Denique manibus dextrabus. . . .
Non. s. v. *Dextrabus* non indic. num. libri.

V. 110. Ἔνθα δὲ Πάτροκλος, θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος.

Cf. Ibi denique vir summus adprimus Patroclus.
A. Gell., VII, 7.

Lib. IV.

V. 213. Δόρπου δ' ἐξαῦθις μνησώμεθα (1). . . . .

Cf. . . . . Atque escas habemus mentionem.
Prisc., VI, 1.

V. 495. Πολλοὶ μὲν γὰρ τῶνγε δάμεν, πολλοὶ δὲ λίποντο.

Cf. . . . Partim errant, nequinont Græciam redire (2).
Fest. s. v. *Nequinont.*

V. 557. Νύμφης ἐν μεγάροισι Καλυψοῦς (3). . . . .

Cf. Apud Nympham Atlantis filiam Calypsonem.
Prisc., VI, 4.

V. 678. . . . Οἱ δ' ἔνδοθι μῆτιν ὕφαινον.

Cf. . . . . Nexebant multa inter se flexu nodorum vario.
Diomed., I. — Prisc., IX, 6.

Lib. V.

V. 297. Καὶ τότ' Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ (4).

Cf. . . . . Igitur demum Ulixi cor frixit præ pavore.
Ap. Serv. ad *Æn.*, I, 92.

---

(1) Cf. Hom., *Odyss.*, X, 177.
(2) Liberius expressit Homerum Livius.
(3) Cf. Hom., *Odyss.*, V, 14, et XVII, 143.
(4) Hom., *Odyss.*, V, 406.

Flexanimus (Pacuvius), cf. χαμψίγουνος.
Grandævitas (Pacuvius), cf. μακροβιότης.
Impius (Lucilius), cf. ἀσεβής.
Incurvicervicus (Pacuvius), cf. κυρταύχην.
Lanificus (Lucilius), cf. ἐριουργός.
Laniger (Attius), cf. εἰροπόκος.
Largifluus (Pacuvius), cf. εὐρυρέων.
Lucifugus (Lucilius), cf. φωτοποιός.
Magnificentia (Cæcilius), cf. μεγαλοπρέπεια.
Mirificus (Attius), cf. θαυματοποιός.
Naufragium (Pacuvius), cf. ναυάγιον.
Omnivomus (Pacuvius), cf. πάμφαγος.
Opitulor (Pacuvius), cf. βοηθέω.
Penniger (1) (Attius), cf. πτεροφόρος.
Quadrupes (Pacuvius), cf. τετράπους.
Signifer (Lucilius), cf. σημαιοφόρος.
Tardigradus (Pacuvius), cf. βραδύπους.
Terricola (Lucilius), cf. γεωργός.

Inde igitur patet veteres poetas tanta veneratione Græcorum ingenia coluisse, ut alii (2) Græcas voces, ne mutata quidem syllaba, in suum patrimonium transtulerint, alii (3) vero sive interpretes, sive imitatores audacissimi, multa composuerint vocabula, quæ profecto haud necessaria videantur. Imo quædam inter illa Græcis deesse animadvertimus, perinde ac si rudes isti Poetæ orationis exemplarium paupertatem corrigere voluissent. « Rudentisibilus (4) », ut puto, haud minorem quam « incurvicervicum » apud homines litteratos risum concitavit.

Romani quippe in scribendo Græca, ut ita dicam, libidine laboraverunt, quia Lucilius, quem fortasse vidit Cicero adhuc puer,

(1) Lucret., V, 1074.
(2) Cæcilius Luciliusque.
(3) E quibus eminent Nævius ac Pacuvius.
(4) Vid. Pacuvium. Tullius (*Orator*, cap. 49) profert verba : *perterricrepus* et *versutiloquus*.

Homericas dictiones (1) versibus admiscuit. Quin et hoc Odysseæ carmen junxit suis :

Καὶ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν (2).

At mox illuxit præclara illa Cæsaris Augusti ætas; studiisque conversis (quod necesse fuit quum jam purior et emendatior flueret oratio) e Græco fonte Latini verba parcius hauserunt : verba dico; nam si sententiarum conformationes et ipsas locutiones respicias, nullo sane in sæculo plura Græcis Romanam poeticen debuisse fateberis. Quot enim in Horatii carminibus constructiones Græcas accurata perspicit interpretatio! Quot novem Lyricorum membra in eodem inveniuntur! ita ut, si cuncta integraque Lyricorum opera nobis tradidisset Antiquitas, esset fortasse periculum ne Flaccus haud magnam in partem « exigendi monumenti » venisse crederetur, ac de illo hos versus, quos de cornicula scripsit, dictitarent maligni,

Ne si forte suas repetitum venerit olim
grex avium plumas, moveat cornicula risum
furtivis nudata coloribus (3).

Isti tamen in errore magno versarentur; idque argumentis probandum aggrediar, quum de Marone ac Flacco, qui linguam ac versificationem politissima arte perfecerunt, inquiram et ipse an uterque vel imitando proprium ingenii colorem retinere potuerit. Sed ad rem redeo.

Hactenus veterum poetarum reliquias hac tantum mente percensui, ut interpretationis vestigia, si qua essent, manifeste deprehenderem; arduum sane opus suscipere ausus, quippe deficientibus locis quos ab Homero aut ab aliis scriptores transferre

---

(1) Αἰγίλιποι (montes); καλλιπλόκαμον, καλλίσφυρον, etc..... Lucretius ipse Græca verba adhibuit : ἄκοσμος (IV, 1153), Αἰγοκέρως (V, 614),— ἀήρ (secunda producta, IV, 370), — ἀνδρόγυνος (V, 837), — apud Cicer., ἅπαξ εἰρ. — Χαρίτων ἴα (V, 1155), — δορκάς (caprea), IV, 1154, — λαμπάδιον (IV, 1158), — μελίχροος (IV, 1153), etc., etc.

(2) *Odyss.*, XI, 491.

(3) Hor., *Epist.*, I, 3, 2.

voluerint, fragmentisque, quæ supersunt, ob corruptionem sæpe adeo obscuris, ut fere nulla investigatione explanari queant. Satis igitur mihi visum est verba illa, quorum origo Græca non latet, exquirere. Multa a Cicerone sumpta jam notavi, inprimisque nomina omnino Græca, ut « philosophia » (φιλοσοφία), » poesis » (ποίησις) ac cætera. Hic denique plura ex his, quæ supra enumeravi, vocabulis rursus ante oculos ponere mihi liceat, eo tamen ordine ut statim discerni possit quæ sæpius in usu sint apud Ciceronem, quæ vero (ut Græce loquar) ἅπαξ εἰρημένα jure habeantur.

Vocabula sæpius in usu apud Ciceronem.

Ædifico.	*Magnificentia.*
Æquiparo.	*Maleficus.*
Amplifico.	*Mortifer.*
Belliger.	*Multiplico.*
Benefacio.	*Naufragium.*
Circumspicio.	*Opitulor.*
Consanguineus.	*Sacrifico.*
Impius.	*Signifer.*
Lætifico.	

Ἅπαξ εἰρημένα.

Altisonus.	*Fœdifragus.*
Arcitenens.	*Lucifugus.*
Armiger.	*Multimodis.*
Emporium.	*Omnivagus.*

Tullius et ipse, quamvis ea ætate viveret, qua multo minore studio verba et sensus a Græcis mutuandi imitatores ardebant , poetas tamen antiquiores facile secutus est. Quos quum mirifice coleret diligeretque ac semper, ut ita dicam, haberet in promptu, necessaria quadam inclinatione eo adductus est, ut eorum scribendi genus et ipsam in vocibus componendis serendisve audaciam æmularetur. Ceterum ille, si quis alius, Græcis familiarissime usus, si parcius Nævio Pacuvioque transmarinas opes in rem

suam opportuna derivatione convertit, si non « incurvicervicum » (exempli gratia) adhibet, quia κυρταυχένα dixerunt Hellenes, si denique judicio transferendi et modo imitandi consecutus est, « ut quod apud ipsum legerimus alienum melius quam ubi primum fuit usitatum, sonare miremur (1), » at idem aliquoties, versus moliendo, licenter scribit, quumque verbum verbo reddere tentat interpres, vocabula quædam ad nomen addita, quæ vel in carminibus Arati Homerive frustra requiruntur, ausus est admiscere, perinde ac si majorum hereditatem a se susceptam profiteri voluisset. Quis enim dubitet quin Cicero, si non Pacuvium, Ennium certe magistrum ditandi sermonis habuerit, quum hæc scripsit epitheta, quorum aliquot a Marone recepta cognovimus?

Æstifer, Arat. *Phæn.*, 328.	*Mortifer*, Arat. *Phæn.*, 632.
Auriger, Hom. *Il.* β', 306.	*Semifer*, *ibid.*, 286.
Clarisonus, Arat. *Phæn.*, 507.	*Signifer*, *ibid.*, 554.
Horrificus, *ibid.*, 339.	*Spinifer*, *ibid.*, 398.
Humifer, *ibid.*, 956.	*Squamiger*, *ibid.*, 547.
Ignifer, *ibid.*, 313.	*Stelliger*, *ibid.*, 462.
Levipes, *ibid.*, 338.	*Tristificus*, *ibid.*, 912.
Mollipedes, *ibid.*, 955.	*Umbrifer*, Hom. *Il.* β', 307.

Exceptis tribus epithetis, illa omnia (2) tantummodo cum ver–

(1) Quod de Virgilio dixit Macrobius, jure dicendum de Cicerone existimavi.

(2) Licet versibus Arati absint, plura tamen Græco fonte cadunt, uti

Auriger, cf. χρυσοφόρος.
Clarisonus, cf. λαμπρόφωνος.
Horrificus, cf. φρικοποιός.
Humifer, cf. ὑγροποιός.
Ignifer, cf. πυροφόρος.
Levipes, cf. ὠκύπους.
Semifer, cf. ἡμιθήρ.
Spinifer, cf. ἀκανθοφόρος.
Squamiger, cf. λεπιδοειδής.
Tristificus, cf. χαροποιός (lætificus).
Umbrifer, cf. σκιοφόρος.

Huic indici addi possent « anxifer » ter in usu apud Ciceronem, et « vastificus » ex loco ubi dolorem luget Hercules.

bis « facere », « gerere » ac « ferre » societatem fecere (1) : timidis enim passibus duces suos, si forte insolita fingunt verba, secutus est adolescentulus poeta, ne suorum æqualium superbissimas inconditis sonis aures offenderet.

At illa minus ad propositum meum pertinent. Conemur potius ostendere qualis fuerit in interpretatione Græcorum Cicero versificator, utrum veteribus poetis, qui idem effecerunt opus, superior judicari debeat, quid incrementi poeticæ addiderit, si non verba tantum, sed etiam sententiarum conformationes perpendantur, quantum denique ad rem metricam contulerit ipse perficiendam.

CAPUT IV.

L. ANDRONICI ODYSSEÆ ENNIIQUE MEDEÆ FRAGMENTA. — QUID DE ILLIS UTPOTE GRÆCORUM INTERPRETIBUS SENTIENDUM SIT?

Cum superioribus poetis conferendus est Cicero, si quanti valeat ille, dum Græcorum carmina interpretatur, diligenter æstimare velis. Ante omnia scire debemus qua ratione Græcos Latini antiquiores in suum transtulerint opus. Tullione assentiar hæc in Academicorum libris scribenti : « Ennius, Pacuvius, Accius,

---

(1) Ejusdem generis verba apud Lucretium multa esse nemo ignorat. Quorum hæc præcipue notanda arbitror :

Auctificus (II, 571).	*Lucifer* (V, 525).
Barbiger (V, 898).	*Munifico* (II, 625).
Falcifer (III, 642).	*Pinniger* (V, 1074).
Glandifer (V, 973).	*Squamiger* (I, 373).
Horrifer (V, 219).	*Tabificus* (VI, 727).
Lætificus (I, 194).	*Terrifico* (I, 134).

Ille M. Tullio audacior quædam scripsit juncta verba quæ nusquam alibi leges, ut « fluctifragus, » « multangulus, » cf. πολύγωνος; — « montivagus » tamen semel in usu apud Ciceronem est (*Tusc.*, V, 27).

multi alii, non verba, sed vim Græcorum expresserunt (1) » ? An contra credendum est eum vehementer errasse? Quamvis paucissima ad nos fragmenta illorum pervenerint, hujus tamen arduæ quæstionis pondus excipiendum puto. Quo facilius Latina Græcis comparari queant, ex alia parte Homeri, Sophoclis aut Euripidis scripta, ex altera vero Romanorum versus proposui; inde manifestius apparebit utrum fideliter exemplari respondeat effigies necne, quæ sint a Græcis adscita, quis denique Livio aliisve fuerit interpretandi locus, priusquam Cicero ipse, operis difficultate ab eodem studio minime deterritus, propriam Astrologiæ dicendi consuetudinem aut tragici carminis sonum reddere conaretur.

Ab Andronico principium. Jam dixi quanto simus in desiderio amissæ illius Odysseæ, et unum aut alterum, quem non prorsus Homero indignum fateare, commemoravi locum. Ea quidem quæ maxime laudanda sunt ex talibus reliquiis a me lecta esse concedendum : cetera tamen, qualiacumque sint, poetæ membra juxta appositos Græcæ Odysseæ versus, unde clarior collatio fiat, hic legantur :

LIVII ANDRONICI ODYSSEÆ FRAGMENTA (2).

Lib. I.

V. 1. Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον.

Cf. Virum mihi, Camœna, insece versutum.

A. Gell., XVIII, 9.

V. 45 et 81. Ὦ πάτερ ἡμέτερε, Κρονίδη.....

Cf. Pater noster Saturni filie.

Prisc., VII, 6.

V. 64. Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

Cf. Mea puera, quid verbi ex tuo ore supra fugit?

Prisc., VI, 8.

---

(1) *Acad.*, I, 3, 10.

(2) Vid. Godef. Hermanni *Elementa Doctrinæ metricæ*. Lipsiæ, 1836. Qui quidem auctor optimus, Mæonii vatis tenorem secutus, accurate Odysseæ Livii fragmenta

mina, nulla adjuti interpretatione, potuissent. Itaque grates illi referendæ sunt, quæ prima majoribus nostris Homeri dedit poemata ea in explicando diligentia, quam cuncti antea interpretes (1) nunquam assecuti erant. Magnam profecto suis æqualibus attulit voluptatem hæc mulier erudita haud indigna erudito conjuge.

Quæ quum ita sint, quantam fuisse Romanis admirationem ac lætitiam putas eo die quo primum recitavit Odysseam Andronicus? Nihil sane erat aptius ad delectationem audientium quam ista fabularum series tam varia, tam familiaris, ac simul tam magnifica : nihil, si litterarum studia spectes, gentis latinæ superbiam magis augere debuit. Primum enim hoc opus effecit Latii camœna; primum condidit altissimæ poeseos monumentum, Romamque edocuit verba ac sententias maximi omnium ætatum vatis a se vix e cunabulis in sermonem patrium posse commutari.

Qui statim ab incœpto Homeri vestigia colit observatque scribens,

> **Virum mihi, Camœna, insece versutum,**

spem multam facit se magnopere, ne tanto a rectore digrediatur, enisurum. Quin etiam, quamvis paucissimæ sint ac breves reliquiæ, eum in pluribus locis fuisse propositi tenacem apparet. Jam animadvertimus quam vivide hoc carmen expresserit :

> **Τέκνον ἐμὸν, ποῖον σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;**

Idem quoque « feliciter audet », quum fidissimus interpres regem Taphiorum inducit a Telemacho ista quærentem :

> **Quæ hæc daps est, qui festus dies?**

Atque infra adeo sollicite orationis incitationem sequitur, ut quidquid præcipuis enuntiationibus accedit inhæretque seu conjunctione seu participio admixtum, servet scriptor ac retineat

---

(1) Vid. E. Egger. *de Francis Homeri interpretibus.*

Nunc juxta duo Græca εἰς ὅτε adverbium « quando »; nunc « in Pylum adveniens » juxta Πύλονδ' ἐλθών commode posuit. Quid memorem hoc :

> Neque enim oblitus sum te, o Laertie noster ?

Ille casus vocandi quamdam in scribendo subtilitatem elegantiamque declarat. Sæpe igitur usurpatam esse dictionem istam apud Latinos poetas comperimus. Maro scilicet (ut unum e multis exemplum afferam) ea scripsit :

> . . . . . Tibi, Phœbe, sacravit
> remigium alarum (1) . . .

Nemo denique vel inter Ciceronis æquales purius aliquid aut concinnius hoc versu composuisset :

> Utrum genua amplectans virginem oraret. . . .

hocque altero :

> Quem nefrendem alui, lacteam immulgens opem.

Quid vero causæ est cur plura enumerem, quum cuivis eadem observare vel primo adspectu liceat? Sed de Livio hactenus. Etenim hæc ipsa forsitan non erant necessaria. Unum igitur addam ut ea, quæ disserui, breviter complectar. Livius (quantum trunca quædam ex Odyssea perpendenti mihi conjicere licet) id studuit ut vim et verba carminis Homerici redderet. Quocirca censeo valde deflendam esse (ut prius dixi) Odysseæ Latinæ jacturam. Namque, si tota usque ad nos pervenisset, essetque comparata illis interpretationibus, quæ maxime a cunctis laudantur, nobis neque minus accurate, neque minus poetice scripta fortasse videretur. Quoquo modo hoc habeatur opus, concedes saltem vix concipi posse quot vocabula, quot sensus, quas varias rationes præclare eloquendi cogitata mentis, linguæ inopi (utpote nascenti) Liviana suffecerit Odyssea. Ergo habuit unde multa su-

(1) Virg. *Æn.*, VI, 18 et 19.

meret Cicero, ut quilibet Homeri, si non alius poetæ, locus ab ipso prorsus exprimeretur; quumque hexametrum inprimis usurparet, si quæ voces apud Livium vim haberent illustrandi, nec ab usu essent abhorrentes, si grandes, plenæ, sonantes, eas novus interpres, mutato tantum ordine, sibi vindicare poterat.

At enim Ennius Andronico perfectior multa etiam ab Homero transtulit, illumque Tullius imitari maluisse videtur, quum præsertim quempiam non refellat hæc affirmantem : « Ennio delector, quod non discedit a communi more verborum (1). » Ennius vero inter illos numeratur, qui « non verba », sed « vim Græcorum expresserunt poetarum ». Non sine causa talem habuit sententiam Cicero : haud aliter de hac re cogitabis, si mecum fragmenta Ennianæ Medeæ (2) cum carminibus Euripidis conferas :

ΤΗΣ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΜΗΔΕΙΑΣ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ.

I.

Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας,
μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε
τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας
ἀνδρῶν ἀρίστων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρος
Πελίᾳ μετῆλθον. Οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ

ENNIANÆ MEDEÆ FRAGMENTA.

Cf. Utinam in nemore Pelio securibus
cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes,
neve inde navis inchoandæ exordium
cœpisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo, quia Argivi in ea delecti viri
vecti petebant pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliæ, per dolum!

---

(1) Cic. *Orat.* XI, 36.

(2) Quæquidem in pluribus Eclogariis libris collecta sunt (vid. imp. E. Egger. *Reliq.*, p. 145 et sqq. — Joann. Vahlen. *Ennianæ poes. reliq.* Lipsiæ, 1854. — O. Ribbeck. *Trag. Latin. rel.* Lips., 1852).

Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας,
ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος,...

(Eurip. *Med.* 1 et sqq. ed. Didot.)

Nam nunquam hera errans mea domo ecferret pedem
Medea, animo ægra, amore sævo saucia (1).

Cic. *Rhet. ad Herenn.* II, 22. — *Tusc.* I, 20 et alib. — Prisc. VII, 8. — De vers. com. 2.

II.

Παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,
τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν
ἕστηκας αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;

Eurip. *Med.* 46 et sqq.

Cf. Antiqua herilis fida custos corporis,
quid sic te extra ædes examinata eliminas (2)?

Nonius, s. v. *Eliminare.*

III.

Ὥσθ' ἵμερος μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας (3).

Eurip. *Med.*, 56 et 57.

Cf. Cupido cepit miseram nunc me proloqui
cœlo atque terræ Medeaï miserias.

Cic. *Tusc.* III, 26.

---

(1) Ille locus magna in laude fuit apud veteres : nec clara minus quam Euripidis exemplar Enniana exstitit interpretatio, ut testantur tot scriptorum prolationes. Hæc et alia ejusdem generis copiose disseruit vir acutissimo ingenio, Patinus (vid. *de Trag. Græciæ poet.*, Eurip. I, p. 121 et sqq.)

(2) *Eliminare* « est » *exire* (Enn. Medea exule). — « *Eliminare* » rursum « excludere » : Pacuvius :

Ubi ille est? me miseram quoniam clamor eliminat.

Non. Marc. cap. IV, s. v. eliminare.

(3) Poeta Philemon hunc locum perverse imitatus est :

Ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα.

Coquus enim hæc loquitur.
Plautus quoque in prologo fabulæ, cui titulus *Mercator* (3 sqq.) scripsit :

Non ego idem facio, ut alios in comœdia
vidi facere amatores, qui aut nocti, aut d
aut soli, aut lunæ miserias narrant suas.

IV.

Ἔκλυον φωνὰν, ἔκλυον δὲ βοὰν
δυστήνου Κολχίδος. . . . .

Med., 131.

Cf. Fluctus verborum aures aucupant.

Nonius, s. v. *aucupavi.*

V.

Κορινθίαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοί τι μέμφησθ' · οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
τοὺς δ' ἐν θυραίοις · οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν.

Med., 214 et sqq.

Cf. Quæ Corinthi altam arcem habetis, matronæ opulentæ, optimates
ne mi vitio vertite, a patria quod absim :
nam. . . . .
Multi suam rem bene gessere et publicam, patria procul ;
multi qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati.

Cic. *ad Divers.*, VII, 6.

VI.

. . . . ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

Med., 250 et 251.

Cf. Nam ter sub armis malim vitam cernere,
quam semel modo parere.

Nonius, s. v. *cernere.* — Varr. *de L. L.*, VI, 80.

VII.

Καὶ μή τι μέλλειν. . . .

Med., 274.

Cf. Animadverte ac dicto pare.

Cic. *Pro Rabir. Post.*, 11.

VIII.

. . . . μὴ λόγους λέγε.
Med., 321.

Cf. Præter rogitatum ne querare.
Vid. J. Vahlen. *Enn. poes. Rel.* Teubn. 1854.

IX.

Εἰ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ
καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμόνων χθονὸς,
θανῇ· . . . .
Med., 353 et sqq.

C. Si te secundo lumine offendero,
moriere (1).
Cic. *pro Rabir. Post.* 15; *ad Att.*, VII, 26.

X.

Κακῶς πέπρακται πανταχῇ· τίς ἀντερεῖ;
ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω.
Ἔτ' εἰσ' ἀγῶνες τοῖς νεωστὶ νυμφίοις,
καὶ τοῖσι κηδεύσασιν οὐ σμικροὶ πόνοι.
Δοκεῖς γὰρ ἄν με τήνδε θωπεῦσαί ποτ' ἄν,
εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;
Med., 364 et sqq.

Cf. Quam magis ærumna urget, tam magis ad male
faciendum viget. . . . .
nequaquam istuc istac ibit : magna inest certatio,
nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia?
Cic. *de Nat. Deor.* III, 25.

---

(1) Hic posse istos versus referri arbitror, quamvis vir doctissimus, Bothe, eosdem nihil aliud esse quam corruptionem carminum quæ postrema in primo fragmento leguntur, affirmaverit (vid. E. Egger. *Reliq.*, p. 146).

Cf. huic locos En. *Med.* 297 sqq.

Capite, supplicium lues
clarus priusquam Phœbus attollat diem,
nisi cedis Isthmo.

XI.

Πικροὺς δ' ἐγώ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους,
πικρὸν δὲ κῆδος καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός.
Ἀλλ' εἶα· φείδου μηδὲν ὧν ἐπίστασαι,
Μήδεια, βουλεύουσα καὶ τεχνωμένη·
ἕρπ' ἐς τὸ δεινόν· νῦν ἀγὼν εὐψυχίας.

Med., 397 et sqq.

Cf. Ille transversa mente mi hodie tradidit repagula,
quibus ego iram omnem recludam, atque illi perniciem dabo,
mihi mœrores, illi luctum; exitium illi, exilium mihi.

Cic. *de Nat. Deor.*, III, 26.

XII.

Σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρῴων ἔπλευσας
μαινομένᾳ κραδίᾳ.

Med., 441.

Cf. Utinamne unquam, Medea, cupido corde pedem extulisses!

Nonius, s. v. *efferre*.

XIII.

Δράκοντά θ', ὃς πάγχρυσον ἀμφέπων δέρας
σπείραις ἔσωζε πολυπλόκοις ἄϋπνος ὤν,
κτείνασ' ἀνέσχον σοὶ φάος σωτήριον.

Med., 480 et sqq.

Cf. Non commemoro, quod draconis sævi sopivi impetum,
non, quod domui vim taurorum et segetis armatæ manus.

Vid. J. Vahlen. *Enn. poes. rel.*

XIV.

Νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,
οὓς σοι προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην;
ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας;

Med., 502 et sqq.

Cf. Quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi?
domum paternamne? anne ad Peliæ filias?

Cic. *de Orat.* III, 58.

XV.

. . . . ὡς Ἔρως σ' ἠνάγκασε
τόξοις ἀφύκτοις τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

Med., 530 et sqq.

Cf. Tu me amoris magis, quam honoris, servavisti gratia.

Cic. *Tusc.* IV, 32.

XVI.

Μολόντες ἄστυ καὶ πόλισμα Παλλάδος.

Med., 771.

Cf. Adsta atque Athenas, antiquum opulentum oppidum,
contempla; et templum Cereris ad lævam adspice.

Varr. *de L. L.*, VII, 9. — Nonius, s. v. *Contempla.*

XVII.

Οὔτ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ παῖδας ὄψεταί ποτε
ζῶντας τὸ λοιπὸν, οὔτε τῆς νεοζύγου
νύμφης τεκνώσει παῖδ'. . . . . .

Med., 802 et sqq.

Cf. Neque tuum unquam in gremium extollas
liberorum ex te genus.

Cic. *Orator*, 46.

XVIII.

Παῖδας προσειπεῖν βούλομαι. Δότ', ὦ τέκνα,
δότ' ἀσπάσασθαι μητρὶ δεξιὰν χέρα.

Med., 1069 et sqq.

Cf. . . . . . Salvete, optima corpora!
cette manus vestras, measque accipite.

Nonius, s. v. *Cette.*

XIX.

Ἰὼ Γᾶ τε καὶ παμφαὴς
ἀκτὶς Ἀελίου, κατίδετ', ἴδετε τὰν

Cf. Jupiter, tuque adeo, summe Sol, qui omnes res inspicis,

ὀλομέναν γυναῖκα, πρὶν φοινίαν
τέκνοις προσϐαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.

Med., 1251 et sqq.

qui mare, terram, cœlum, contines cum tuo lumine,
inspice hoc facinus priusquam fiat : prohibesseis scelus (1) !

Probus, ad Virg. Ecl. VI, 31.

XX.

Ἀλλά νιν, ὦ φάος Διογενές. . . .

Med., 1258.

Sol, qui candentem in cœlo sublimas facem (2).

Nonius, s. v. *Sublimare.*

---

(1) Eosdem versus hoc ordine disposuit Probus (ad Virg. *Buc.*, IV, 31).

Jupiter, tuque adeo summe sol,
qui res omnes inspicis,
quique tuo lumine
mare, terram, ac cœlum
contines, inspice hoc facinus ;
priusquam fiat prohibe scelus.

(2) Legit Vahlen (Lips. 1854) : « Sol, qui candentem in cœlo sublimas lucem ! — Mihi venia detur, quod quædam loca, utpote non Medeæ Euripidis clare respondentia, omiserim. Vide E. Egger, *Rel.*, pag. 145 et 148 ; in quibus accurate disseritur de hoc versu : « Quis tu es, mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine? » — et de altero : « Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit, » cui jure conferuntur hæc : « Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός, » et illa Terentii :

Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare,
foris sapere, tibi non posse auxiliarier ?

Idem grammaticus (vid. p. 148) hunc quoque locum Ennio assignari posse putat.

Postquam pater
adpropinquat. . . . .

Nonne, inquit, his in versibus agnosci queat cujusdam particulæ Prologi : « παράφρασις? » Illum ut sequar inclinat animus. Legit, ut nos, Ennius :

Στυγεῖ δὲ παῖδας οὐδ' ὁρῶσ' εὐφραίνεται.
Δέδοικα δ' αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον·
βαρεῖα γὰρ φρὴν, οὐδ' ἀνέξεται κακῶς
πάσχουσ'. . . . .

Quumque hæc præcipue animadverteret : « στυγεῖ παῖδας, » horribilemque ante cognosceret exitum fabulæ, idem spectantes, interprete lingua nutricis, novum, quod molita est infidi Jasonis uxor effera, facinus edocet.

. . . Cæcumque domus scelus omne retexit. (Virg. *Æn.* I, 356.)

Maturius sane : Quippe contemnens illam poematis conditionem ut gradatim studia

Illius autem poetæ quæ ratio interpretandi fuerit ex istis fragmentis intelligi potest. Rarus enim ad verbum Euripidem exprimit. Sæpissime autem, timens forsan ne desiliat in arctum imitator (1), Ennius, formam ingenii sui secutus, aut plures Græci carminis cogitationes breviter contrahit aut diffusius explicat. Imitatorem dixi; imitator scilicet potius quam interpres habendus est; nec in illo genere excellit, si T. Varroni creditur, qui, vel Tullio judice, fuit « diligentissimus investigator Antiquitatis ». Ennius in imitando Euripide lapsus (2), inquit ille nimius, reor, in vituperatione. « Nihil est enim simul et inventum et perfectum (3). » Si quis igitur Ennium Medea ceterisve fabulis, quas vere Græcas dixerim, metiatur, is animo colligat eum esse qui primus hexametros iambeosque fecit, qui primus etiam orationem excoluisse eique numeros addidisse fertur. Nam Livii Næviique antiquior est sermo, quædam horridiora verba. Quippe ita tum loquebantur. Quædam vero Ennii carmina adeo pulchra et expolita sunt, ut eadem ab illo Virgilius mutuari dignatus fuerit. Sed illa alias disputanda.

Nunc videamus in Medea Latina,

. . . . Quæ nova rerum
nomina protulerit (4)

Ennius; et, si qua minus occurrant, operæ pretium est quærere an novas iis qui Græcos versus interpretari vellent, vias aperuerit. Quod ad verba attinet, pauca in paucis reliquiis reperiri posse arbitror. Etenim non dubitari debet quin ea, quæ legimus in Medea, jam ante Livius ac Nævius usurpaverint. Tria tantum notanda mihi videntur :

Blandiloquentia (ἡδυέπεια) de quo supra dixi.

---

hominum concitentur. At ea non erat tanti Ennio, quem fuisse admodum rudem in arte tragica, quis ignorat?

(1) Hor. *A. P.* 134.

(2) T. Varro, *de Ling. lat.*, VII.

(3) Cic. *Brut.* XVIII.

(4) Hor. *A. P.* 57.

Eliminare (exire).

Sublimare (1) (extollere in altum).

At fecundus artifex quasi tragicum Euripidis in scribendo colorem mire servavit, utilissimus sane eis quos muneris ejusdem suscipiendi cupido caperet. Vide'n : Quam præclare incipit Euripidis æmulus! quam commoda varios periodi ambitus imitatione consequitur! Quam facile eumdem habet tenorem in continuatione verborum, quam tamen articulis membrisque distinctam videmus! Non equidem ignoro nondum esse satis ad sonum exquisita vocabula, si Græcis adeo lenibus comparentur; non ignoro quærendum esse aliquid perfectius. Sed magno honore, ut inter priscos incultosque homines, versatur Ennianæ poesis antiquitas. Nescio an melius cessisset Ciceroni aliisve Varronis æqualibus interpretatio hujus exordii : εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς.... Si quidem in transferendis locutionibus summam requiras sedulitatem, desiderabis hæc : « κυανέας Συμπληγάδας », et illa : « ἐρετμῶσαι χέρας », alia autem sine usu fuisse addita intelliges. At rursus oratio modulate incedit, nihilque omittitur quod ad planam totius sententiæ comprehensionem pertineat. Atque paulo inferius, quis exactius hos reddidisset iambeos?

Ὥστ' ἵμερος μ' ὑπῆλθε γῇτε τοὐρχνῷ
λέξαι μολούσῃ δεῦρο δεσποίνης τύχας.

Quid vero plura proferam? Productior sane nec aptior ad rem propositam talis existimaretur enarratio.

Ennius igitur in universum æstimanti licentius Euripidem in Latinum e Græco convertit, id unum pervincere conatus ut imitando tragici poetæ dicendi genus oratoriasque virtutes assequatur; in hoc profecto non posterioribus inutilis.

Inde fit ut duo Græcorum interpretes, arte dissimiles et ingenio, Ciceroni bonam facilioris curæ spem ostenderint. Hic paulo vetustior et horridior id videtur studuisse ut pro viribus suis ver-

(1) Non. Marc. s. v. sublimare (Auct. Lat. Ling. in unum red. corpus. Dion. God. p. 451).

bum verbo redderet; sæpius operosum, fateor, sibi sumens laborem, ab omni parte non prorsus arduum, quique ad prosperos exitus multis in locis adduci posset. Namque si comparationes incitatasque conciones, ubi vehemens animi impetus oratorem interspirationibus uti non patitur, exceperis, apud Homerum sententia duobus tantum aut tribus versibus conclusa ac comprehensa plerumque apparet : ille contra cui « spiritum Graiæ tenuem Camœnæ » Parca non mendax dederat, in interpretatione multo liberior ideoque inferior Andronico (nempe sui bene conscius ingenii, suumque opus eo pulchrius fore ratus quo minus serviliter Euripidis vestigiis insisteret), laude diligenter ac numerose loquendi præstitit. Imo hoc vitium, quod dixi, aliquid excusationis habet, non illius quidem justæ, sed quæ quodammodo probari posse videatur. Quum enim carmina moliretur auctor, simul et perfectionem tragicorum linguæ, adeo abhorrentis a simplici nec adscito Homeri sermone, æmulari vellet, adhuc rudis ipse et inconditus, non mirum si plus justo ab exemplari digressus aberraverit.

CAPUT V.

UTRUM ATTIUS AN CICERO IN LATINUM VERTERIT LOCA UBI SOPHOCLES ET ÆSCHYLUS LAMENTANTES INDUCUNT PROMETHEA ET HERCULEM.

Superesset ut de alio Græcorum interprete loquerer, si fragmenta illa, de Sophocle et Æschylo conversa, quæ nos in secundo Tusculanarum disputationum libro miramur, Attio recte tribui posse censerem. Uter carminum istorum auctor certus existimari debeat, Cicerone an Attius, quæsitum est. — Plures (haud nescio) vel inter eruditos primi conjectura ducuntur ad suspicandum Ci-

ceroni hanc laudem esse detrahendam. Primum ipse eorum opinioni assensus, quum carmen illud

Pinnata cauda nostrum (1) adulat sanguinem

Attio poetæ dari a Nonio viderem, appareretque insuper ex Varronis auctoritate eumdem Attium in suis Trachiniis Sophocle magistro usum fuisse, primum, inquam, nihil habens quod huic probabili et honestæ rationi opponerem, alteram a quovis afferri non posse conjecturam, nisi inanem, arbitrabar. Mihi vero locos ubi Cicero ea carmina inter disputandum protulit attentius perlegenti evenit ut alia jam sentirem. At qui sint isti loci videamus. « Quas hic (Hercules) voces apud Sophoclem in Trachiniis edit (2)! » Sophocles a Cicerone dicitur, non Attius aut quilibet poeta Romanus. Infra legimus : « Veniat Æschylus.. (3) » Ille tamen alias, si quos versus vel interpretatos admisceat orationi, scriptorem latinum, qui fecit, nominatim designat. Ne plura, Ennio Tullius, non Euripidi, tribuit ea quæ nutrix exulis Medeæ proloquitur. Quid causæ est cur honorem Attio debitum non reddidisset? At enim Trachinias Sophoclis imitatus est Attius (4).

---

(1) Non. Marc. *Adulatio* est blandimentum proprie canum, quod et ad homines tractum consuetudine est..... Acc. Promet.

Sublime advolans
Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem,

(2) Cic. *Tusc.*, II, 8, 20.

(3) Æschylus, non Attius..... quum Cicero Græca carmina in latinum convertit, illud ingenue fatetur, aut tantum Græcum nomine appellat poetam.

(4) Varr. *de Ling. Lat.*, VII, 88. — E pluribus fabulis multa sumpsit Attius ; id intelligi potest ex his versibus, quos non omnino Euripide indignos judicabis :

Sol, qui micantem candido curru atque equis
flammam citatis fervido ardore explicas,
quianam tam adverso augurio et inimico omine
Thebis radiatum lumen ostendis tuum ?

Cf. Ὦ τὴν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν
καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις
Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα ;
ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇ τόθ' ἡμέρᾳ
ἀκτῖν' ἐφῆκας..... (Eurip. *Phœn.*, 1 et sqq.)

Esto : id non argumento est illum versus in controversiam adductos composuisse. Tullius scilicet multa de tragicis vertit, et illa etiam loca in quibus Æschylus et Sophocles lamentantes inducunt fortissimos viros; aut certe laudem interpretationis illius sibi vindicavit. Namque Attico quærenti : « Unde isti versus? Non enim agnosco (1), » idem Cicero, quum Græcos in memoriam amici revocavisset philosophos, a tali consuetudine minime abhorrentes, inprimisque Philonem, qui « et proprium numerum, et lecta poemata, et loco adjungebat, » respondet istis vocibus : « Postquam adamavi hanc quasi senilem declamationem, studiose quidem utor nostris poetis : sed *sicubi illi defecerunt*, *verti multa de Græcis*, ne quo ornamento in hoc genere disputationis careret Latina oratio (2). » — Sed, inquies, e duobus locis unum Attio restitui necesse est, quia (ut ante dixi) eidem hæc Nonius retulit « pinnata cauda nostrum adulat sanguinem, » perinde ac si non potuisset Tullius, e patrio more, ab antiquo poeta carmen illud mutuari. « Quod et nostri, inquit Macrobius, tam inter se quam a Græcis et Græcorum excellentes inter se frequentissime fecerunt. » Quod nos hodie furtum dicimus, olim veluti societas et rerum communio poetis scriptoribusque omnibus inter se exercenda concedebatur. Quis nempe Virgilio unquam crimini dedit, si multa sumpserit non ab Ennio tantum, sed, « ut quisque habuit quod conveniret sibi, quodque se non posse melius facere crediderit (3)? »

Demus igitur Ciceroni quod illi dare non dubitaverunt viri doctissimi, Henricus Stephanus (4) scilicet et Orellius (5), et Patinus (6), quorum subtile judicium in quæstionibus hujus generis

(1) Cic. *Tusc.*, II, 11, 26.

(2) Cic. *l. c.*

(3) Macr. *Saturn.* lib. VI, cap. 1.

(4) Ciceronianum Lexicon Græco-Latinum, Lutet. 1557, p. 113.

(5) Orell. *Onomasticon* (VII, 1, p. 5). « Titanum soboles..... Instillant Caucasi » male a nonnullis item Accio tribuuntur, quum sint a Cicerone ipso ex Æschyli Prometheo « λυομένῳ » in latinum conversi.

(6) Vid. *Annales Doct.* 1848 et 1864, etc., op. de Trag. Græc. poet. (tert. edit., t. I, p. 289 et t. II, p. 80). — J. V. Leclerq. ita prorsus, ut opinor, existimavit, qui quidem de ista re sententiam non dixit. num vero tacuisset, si locum illum Tullio tribui non posse esset arbitratus?

plurimum valet. Protinus (namque haud alienum tempus est) locos a Tullio interpretatos ordine ponamus perspiciamusque, ut clarius eluceat quis sit ille superioribus poetis collatus, quantum et ipse ditando sermoni latino et excolendæ versificationi profuerit.

CAPUT VI.

GRÆCORUM POETARUM LOCI A M. TULLIO CICERONE INTERPRETATI.

Gratum fortasse lectoribus fecero, si, collectis Græcorum scriptorum locis a Cicerone interpretatis, illud assequar, ut varia fragmenta passim dispersa hic una pateant et in promptu sint omnibus (1). Non excipiam Arati Phænomena et Timæum Platonis, quamvis eorum editionem accuratissimam divulgaverit Instituti Franciæ typographus. Ab Homero incipiam.

EX ILIADE.

Ἰλιάδος β. 299 et sqq. (Ed. Didot).

Τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον, ὄφρα δαῶμεν
ἢ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται ἠὲ καὶ οὐχί.

Cic. *de Divinat.* II, xxx, 63 et 64 (Ed. Orelli) (2).

Cf. Ferte, viri, et duros animo tolerate labores,
auguris ut nostri Calchantis fata queamus
scire, ratosne habeant, an vanos pectoris orsus.

---

(1) Ad hæc ordinanda mihi valde utile fuit opusculum H. Stephani (Lexicon Græco-Lat., Lutet. 1557).

(2) « Sic apud Homerum, ut nos otiosi convertimus, loquitur *Agamemnon.* »
Sed lapsus est memoria Tullius; nam loquitur *Ulysses.* Jampridem monuit Politianus (J. V. L.).

Εὖ γὰρ δὴ τόδε ἴδμεν ἐνὶ φρεσὶν· ἐστὲ δὲ πάντες
μάρτυροι, οὓς μὴ κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι·
χθιζά τε καὶ πρώϊζ', ὅτ' ἐς Αὐλίδα νῆες Ἀχαιῶν
ἠγερέθοντο, κακὰ Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ φέρουσαι·
ἡμεῖς δ' ἀμφὶ περὶ κρήνην ἱεροὺς κατὰ βωμοὺς
ἔρδομεν ἀθανάτοισι τεληέσσας ἑκατόμβας,
καλῇ ὑπὸ πλατανίστῳ, ὅθεν ῥέεν ἀγλαὸν ὕδωρ·
ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα· δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς,
σμερδαλέος, τόν ῥ' αὐτὸς Ὀλύμπιος ἧκε φόωσδε,
βωμοῦ ὑπαΐξας πρός ῥα πλατάνιστον ὄρουσεν.
Ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοὶ, νήπια τέκνα,
ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ, πετάλοις ὑποπεπτηῶτες,
ὀκτὼ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦν, ἣ τέκε τέκνα.
Ἔνθ' ὅγε τοὺς ἐλεεινὰ κατήσθιε τετριγῶτας·
μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα·
τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ τέκν' ἔφαγε στρουθοῖο καὶ αὐτὴν,
τὸν μὲν ἀρίζηλον θῆκεν θεὸς, ὥσπερ ἔφηνεν·
λᾶαν γάρ μιν ἔθηκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω·

Namque omnes memori portentum mente retentant,
qui non funestis liquerunt lumina fatis.
Argolicis primum ut vestita est classibus Aulis,
quæ Priamo cladem et Trojæ pestemque ferebant;
nos, circum latices gelidos, fumantibus aris,
aurigeris Divum placantes numina tauris,
sub platano umbrifera, fons unde emanat aquaï,
vidimus immani specie, tortuque draconem
terribilem, Jovis ut pulsu penetrabat ab ara :
qui platani in ramo foliorum tegmine septos
corripuit pullos : quos quum consumeret octo,
nona super tremulo genitrix clangore volabat :
cui ferus immani laniavit viscera morsu.
Hunc, ubi tam teneros volucres matremque peremit
qui luci ediderat, genitor Saturnius idem
abdidit, et duro firmavit tegmina saxo.

ἡμεῖς δ' ἑσταότες θαυμάζομεν, οἷον ἐτύχθη.
Ὡς οὖν δεινὰ πέλωρα θεῶν εἰσῆλθ' ἑκατόμβας,
Κάλχας δ' αὐτίκ' ἔπειτα θεοπρεπέων ἀγόρευεν·
Τίπτ' ἄνεῳ ἐγένεσθε, καρηκομόωντες Ἀχαιοί;
ἡμῖν μὲν τόδ' ἔφηνε τέρας μέγα μητίετα Ζεὺς,
ὄψιμον, ὀψιτέλεστον, ὅτου κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.
Ὡς οὗτος κατὰ τέκν' ἔφαγε στρουθοῖο καὶ αὐτὴν,
ὀκτὼ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦν, ἣ τέκε τέκνα.
Ὣς ἡμεῖς τόσσαυτ' ἔτεα πτολεμίξομεν αὖθι,
τῷ δεκάτῳ δὲ πόλιν αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν.
Κεῖνος δ' ὡς ἀγόρευε· τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται.

Nos autem timidi stantes mirabile monstrum
vidimus in mediis Divum versarier aris.
Tum Calchas hæc est fidenti voce locutus :
Quidnam torpentes subito obstupuistis Achivi ?
Nobis hæc portenta Deum dedit ipse creator
tarda et sera nimis, sed fama ac laude perenni.
Nam quot aves tetro mactatas dente videtis,
tot nos ad Trojam belli exanclabimus annos,
quæ decimo cadet et pœna satiabit Achivos.
Edidit hæc Calchas : quæ jam matura videtis.

Ἰλιάδος ζ, 201 et 202.

Ἤτοι ὁ κὰπ πέδιον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Cic. *Tusc.* III, xxvi, 63.

Cf. Qui miser in campis mœrens errabat Aleïs,
ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Ἰλιάδος η, 89 et sqq.

Ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνηῶτος,

Cic. *de Gloria*, lib. II, 1.

Cf. Hic situs est vitæ jampridem lumina linquens,

ὅν ποτ' ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος Ἕκτωρ.
Ὥς ποτέ τις ἐρέει· τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.
Fabitur hoc aliquis; mea semper gloria vivet.

Ἰλιάδος ι, 363.

Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίϐωλον ἱκοίμην.

M. T. Cic. *de Divin.* I, 25.

Tertia te Pthiæ tempestas læta locabit.

Ἰλιάδος ι, 646 et 647.

Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνων
μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν.

Cic. *Tusc.* III, IX, 18.

Cf. Corque meum penitus turgescit tristibus iris,
quum decore atque omni me orbatum laude recordor.

Ἰλιάδος τ, 226 et sqq.

Λίην γὰρ πολλοὶ καὶ ἐπήτριμοι ἤματα πάντα
πίπτουσιν· πότε κέν τις ἀναπνεύσειε πόνοιο;
Ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν, ὅς κε θάνῃσιν,
νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας.

Cic. *Tusc.* III, XVIII, 65.

Cf. Namque nimis multos, atque omni luce, cadentes
cernimus; ut nemo possit mœrore vacare.
Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos
firmo animo, et luctum lacrymis finire diurnis.

EX EJUSDEM ODYSSEA.

Ὀδυσσείας μ, 184 et sqq.

Δεῦρ' ἄγ' ἰών, πολύαιν' Ὀδυσεῦ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν,
νῆα κατάστησον, ἵνα νωϊτέρην ὄπ' ἀκούσῃς.

Cic. *de Fin.* V, XVIII, 48.

O decus Argolicum, quin puppim flectis, Ulixe,
auribus ut nostros possis agnoscere cantus!

Οὐ γάρ πώ τις τῇδε παρήλασε νηῒ μελαίνῃ,
πρίν γ' ἡμέων μελίγηρυν ἀπὸ στομάτων ὄπ' ἀκοῦσαι·
ἀλλ' ὅγε τερψάμενος νεῖται καὶ πλείονα εἰδώς.
Ἴδμεν γάρ τοι πάνθ', ὅσ' ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ
Ἀργεῖοι Τρῶές τε Θεῶν ἰότητι μόγησαν·
ἴδμεν δ' ὅσσα γένηται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

**Nam nemo hæc unquam est transvectus cærula cursu,
quin prius adstiterit vocum dulcedine captus;
post variis avido satiatus pectore musis,
doctior ad patrias lapsus pervenerit oras.
Nos grave certamen belli clademque tenemus,
Græcia quam Trojæ divino numine vexit;
omniaque e latis rerum vestigia terris.**

Ὀδυσσείας σ, 135.

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε (1).

August. *Civ. Dei*, V, 8.

**Tales sunt hominum mentes, quali pater ipse
Jupiter auctiferas lustravit lumine terras.**

Homero conferatur Tullius, et quæratur utri Ennio an Andronico similior sit, illi magis eum esse assimilandum apparebit. Cicero enim nunc verbum verbo reddit, nunc prætermissis translationibus, ipsis etiam vocabulis, quasi vim sententiarum unice respiceret, longius a duce tanto digreditur : nec id facit ex industria, credo, sed potius rei difficultate victus. Quippe qui, quum tantum loca ex poetis selecta, quæ rem propositam demonstrent, proferre velit, nec se ipsum, sed Homerum inducat loquentem, quam fidelissima potest imagine Græcum exprimere vatem in animo habet, summaque enititur ope ne vel leviter mutata ad aures et intelligentiam auditorum Homerica perveniat oratio. Si

(1) Creditur Cicero illa carmina in latinum vertisse, quum retulit id quod de animo hominis sentiret Aristoteles, apud quem eadem prolata leguntur (*de Anim.*, III, 3).

quidem (ut exemplo utar) singula quæque ab Ulysse dicta diligenter percenseas, Cicero sæpe laudabilis interpres tibi videbitur; si vero operis summam, infelix. Scilicet Homerus rem vivide ac presse pingit (1); Tullius autem narrat, et hunc interdum « lucidus ordo » deserit. Soli Virgilio aut forsan Lucretio datum esset hoc in loco poetarum principem æmulari. Ille, licet ingenio præstans, plura (haud diffiteor) omisisset verba, quæ sermoni latino repugnantia vere Homericam ingenuitatem sonant, uti « ἀγκυλομητέω, καρηκομόωντες, μητίετα, » neque semper in imitanda orationis forma et, ut ita dicam, explicatione plurimum elaboravisset: quippe excellentis ingenii est suamet præcavere natura ne numeretur inter eos de quibus Flaccus noster exclamavit : « O imitatores, servum pecus ! » Sed quis propius æquavisset clarum illud Homeri ac breve dicendi genus, lepore etiam plenissimum ? Quis alius effecisset ut illi picturæ rediret color et sanguis? Ita poetæ magni a magnis vitam resumunt imitatoribus : nil illis arduum est ; neque sublimis viri, cujus effigiem rursus animare volunt, præstantia ingens, neque propriæ cuique sermoni varietates eosdem ab incœpto deterrent. At Cicero « grandia tenuis » conatur, dum id studet ut Homerica spiret in versibus eloquentia. Ei tamen referendæ sunt grates, quod circuitus sententiarum epici carminis assidue ac tenaciter (quantum licet) assequatur, hexametrumque gravem ad diversissimos novarum rerum usus tentet inflectere. Pauca e multis hæc argumento sunt exempla :

Τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον, cf. *ferte*, viri, etc... *tolerate*...
εὖ γὰρ δὴ... cf. *namque* omnes...
οὓς μὲν Κῆρες... cf. *qui* non funestis...
... ὅτ' ἐς Αὐλίδα... cf. *Argolicis primum ut*...
ἔνθ' ὅγε τοὺς ἐλεεινὰ... cf. *hunc*, ubi tam teneros...
ἡμεῖς δ' ἑσταότες... cf. *nos autem* timidi stantes...
ἡμῖν μὲν τόδ' ἔφηνε τέρας... cf. *nobis* hæc portenta Deum dedit...
ἤτοι κὰπ πέδιον, cf. *qui* miser *in campis*...

(1) « Idem lætus ac pressus, jucundus et gravis, tum copia, tum brevitate mirabilis..... » (Quint. *Inst. Orat.* X, 1.)

ὃν θυμόν... cf. *ipse suum cor...*
οὐ γάρ πώ τις... cf. *nam nemo...*

Post Homerum tragici veniant; veniat Æschylus « sublimis et gravis, et grandiloquus sæpe usque ad vitium (1), » nobisque liceat, quamvis carmina Græca desiderentur, referre locum (2), ubi Prometheus luget dolorem, quem excipit ob furtum Lemnium. — At primum (ne quid oblivioni detur), hic scribamus quatuor Æschyli versus a Cicerone interpretatos. Sequetur grandior et vere tragica poesis.

Æschyli Προμηθ. δεσμ. 377 et sqq.

Ὠκ. Οὐκοῦν, Προμηθεῦ, τοῦτο γιγνώσκεις ὅτι
ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;
Προμ. Ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ
καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.

Cic. *Tusc.* III, 31, 76 (Ed. Orelli).

Oc. — Atqui, Prometheu, te hoc tenere existimo,
mederi posse rationem iracundiæ.
Pr. Siquidem qui tempestivam medicinam admovens
non ad gravescens volnus illidat manus.

PROMETHEUS (3).

Titanum soboles, socia nostri sanguinis,
generata cœlo, adspicite religatum asperis
vinctumque saxis. Navem ut, horrisono freto
noctem paventes, timidi adnectunt navitæ,
Saturnius me sic infixit Jupiter,
Jovisque numen Mulciberi adscivit manus.
Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens,
perrupit artus; qua miser solertia

(1) Quint. *Inst. Orat.* X, 1, 67.
(2) Hic istum referri posse locum putavi, quod nobis quædam haud nullius momenti de re metrica animadvertendi opportunitatem dabit.
(3) Hunc locum accuratissime edidit E. Egger (vid. *Serm. Lat. Rel.* p. 197 et 198).

transverberatus castrum hoc Furiarum incolo.
Jam tertio me quoque funesto die,
tristi advolatu, aduncis lacerans unguibus,
Jovis satelles pastu dilaniat fero.
Tum, jecore opimo farta et satiata adfatim,
clangorem fundit vastum, et sublime avolans
pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.
Quum vero adesum inflatu renovatum est jecur,
tum rursus tetros avida se ad pastus refert.
Sic hunc custodem mœsti cruciatus alo,
qui me perenni vivum fœdat miseria :
namque, ut videtis, vinclis constrictus Jovis,
arcere nequeo diram volucrem a pectore.
Sic me ipse viduus pestes excipio anxias,
amore mortis terminum anquirens mali;
sed longe a leto numine aspellor Jovis.
Atque hæc vetusta, sæclis glomerata horridis
luctifica clades nostro infixa est corpori,
ex quo liquatæ solis ardore excidunt
guttæ, quæ saxa adsidue instillant Caucasi.

Cic. *Tusc.* II, 10.

Æschylus illis in versibus iterum vivit ac viget; Æschyli gra-
;as et cothurnus et sonus apud Ciceronem non minus sublimes
lentur : poeta scilicet, non tantum versificator Tullius ha-
ndus est, dum tragicos vertit aut imitatur. Præstantis ingenii
xilio velut innixus ille, modo frigidus et languens et parum
ırus in suis, quæ gloriose commemorat, operibus, summum re-
nte alterius, non sua proferens, pæne adæquat fastigium.
Quæ quidem sententia probetur necesse est ab iis qui Cice-
nem legere *Sophoclis* æmulum.
Videamus (inquit Cicero cum suo Attico disputans) Herculem
sum, qui tum dolore frangebatur, quum immortalitatem ipsa
orte quærebat.... cui quum Dejanira sanguine centauri tinctam
micam induisset, inhæsissetque ea visceribus, ait ille :

Sophocl. *Trach.* 1046 et sqq.

Ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ
καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ·
κοὔπω τοιοῦτον οὔτ' ἄκοιτις ἡ Διὸς
προὔθηκεν οὔθ' ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοί,
οἷον τόδ' ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη
καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐρινύων
ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.
Πλευραῖσι γὰρ προσμαχθὲν ἐκ μὲν ἐσχάτας
βέβρωκε σάρκας, πνεύμονός τ' ἀρτηρίας
ῥοφεῖ συνοικοῦν· ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου
πέπωκεν ἤδη, καὶ διέφθαρμαι δέμας
τὸ πᾶν, ἀφράστῳ τῇδε χειρωθεὶς πέδῃ·
κοὐ ταῦτα λόγχη πεδιὰς, οὔθ' ὁ γηγενὴς
στρατὸς Γιγάντων, οὔτε θήρειος βία,
οὔθ' Ἑλλὰς, οὔτ' ἄγλωσσος, οὔθ' ὅσην ἐγὼ

Cic. *Tusc.* II, 8 et 9.

Cf. O multa, dictu gravia, perpessu aspera,
quæ corpore exantlavi atque animo pertuli!
Nec mihi Junonis terror implacabilis,
nec tantum invexit tristis Eurystheus mali,
quantum una vecors Œnei partu edita :
hæc me inretivit veste furiali inscium,
quæ lateri inhærens morsu lacerat viscera,
urgensque graviter pulmonum haurit spiritus.
Jam decolorem sanguinem omnem exsorbuit :
sic corpus clade horribili absumptum extabuit.
Ipse inligatus peste interimor textili.
Hos non hostilis dextra, non terra edita
moles gigantum, non biformato (1) impetu
Centaurus ictus corpori inflixit meo,
non Graia vis, non barbara ulla immanitas,

(1) *Biformatus* inter « ἅπαξ εἰρημένα » numerari debet.

γαῖαν καθαίρων ἱκόμην, ἔδρασέ πω·
γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν
μόνη με δὴ καθεῖλε φασγάνου δίχα.
Ὦ παῖ, γενοῦ μοι παῖς ἐτήτυμος γεγὼς,
καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσῃς πλέον.
Δός μοι χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκου λαβὼν
ἐς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν, ὡς εἴδω σάφα
εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν
λωβητὸν εἶδος ἐν δικῇ κακούμενον.
Ἴθ', ὦ τέκνον, τόλμησον· οἴκτειρόν τέ με
πολλοῖσιν οἰκτρὸν, ὅστις ὥστε παρθένος
βέβρυχα κλαίων, καὶ τόδ' οὐδ' ἂν εἷς ποτε
τόνδ' ἄνδρα φαίη πρόσθ' ἰδεῖν δεδρακότα,
ἀλλ' ἀστένακτος αἰὲν ἑσπόμην κακοῖς.
Νῦν δ' ἐκ τοιούτου θῆλυς ηὕρημαι τάλας.
Καὶ νῦν προσελθὼν στῆθι πλησίον πατρὸς,
σκέψαι δ' ὁποίας ταῦτα συμφορᾶς ὕπο
πέπονθα. Δείξω γὰρ τάδ' ἐκ καλυμμάτων.
Ἰδοὺ, θέασθε πάντες ἄθλιον δέμας,
ὁρᾶτε τὸν δύστηνον, ὡς οἰκτρῶς ἔχω.

**non sæva terris gens relegata ultimis,
quas peragrans undique omnem hinc feritatem expuli;
sed fœminæ vir, fœminæ interimor manu.
O gnate, vere hoc nomen usurpa patri,
nec me occidentem matris superet caritas.
Huc adripe ad me manibus abstractam piis.
Jam cernam, mene an illam potiorem putes.
Perge, aude, gnate, inlacruma patris pestibus;
miserere : gentes nostras flebunt miserias.
Heu, virginalem me ore ploratum edere,
quem vidit nemo ulli ingemiscentem malo!
Sic fœminata virtus adflicta occidit?
Accede, gnate; adsiste; miserandum adspice,
eviscerατum, corpus lacerati patris,
videte cuncti; . . .**

. . . .

Ὦναξ Ἀΐδη, δέξαι μ',
ὦ Διὸς ἀκτὶς, παῖσον.
Ἔνσεισον, ὦναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος,
πάτερ, κεραυνοῦ. Δαίνυται γὰρ αὖ πάλιν,
ἤνθηκεν, ἐξώρμηκεν. — Ὦ χέρες, χέρες,
ὦ νῶτα καὶ στέρν', ὦ φίλοι βραχίονες,
ὑμεῖς ἐκεῖνοι δὴ καθεστάθ', οἵ ποτε
Νεμέας ἔνοικον, βουκόλων ἀλάστορα,
λέοντ', ἄπλατον θρέμμα κἀπροσήγορον,
βίᾳ κατειργάσασθε, Λερναίαν θ' ὕδραν,
διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν
θηρῶν, ὑβριστὴν, ἄνομον, ὑπέροχον βίαν,
Ἐρυμάνθιόν τε θῆρα, τὸν θ' ὑπὸ χθονὸς
Ἅδου τρίκρανον σκύλακ', ἀπρόσμαχον τέρας,
δεινῆς ἐχίδνης θρέμμα, τόν τε χρυσέων
δράκοντα μήλων φύλακ' ἐπ' ἐσχάτοις τόποις·
ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην,
κοὐδεὶς τροπαῖ' ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν.

. . . .

. . . . Tuque cœlestum sator,
jace, obsecro, in me vim coruscam fulminis.
Nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vertices;
nunc serpit ardor. O ante victrices manus,
o pectora, o terga, o lacertorum tori!
Vostrone pressu quondam Nemæus leo
frendens efflavit graviter extremum halitum?
Hæc dextra Lernam, tetra, mactata excetra,
pacavit? Hæc bicorporem adflixit manum?
Erymanthiam hæc vastificam abjecit belluam?
Hæc e Tartarea tenebrica abstractum plaga
tricipitem eduxit Hydra generatum canem?
Hæc interemit tortu multiplicabili
Dracontem, auriferam obtutu observantem arborem?
Multa alia victrix nostra lustravit manus,
nec quisquam e nostris spolia cepit laudibus.

Adest ille locus, qui tantum apud veteres nomen habuit (1), quique adeo admirabilis Ciceroni visus est ut eum in linguam Latinam conversum Romæ ab omnibus litteratis viris legi voluerit. Eumdem suo quisque Græcorum amator sermone imitatus est; neque nobis Sophocle digni defuerunt interpretes (2). Admirabilis sane judicari debet locus ille, ut Ciceroni placuit, si cum toto et universo, cujus pars est magna, conjungatur; namque separatim consideratus ex se nescio quid turgidi et inflati habere videretur. Nil vero cuiquam prodest rem commode et ingeniose tractatam iterare. Quippe de tragicorum fabulis eadem et cætera, quæ dici queunt, dixit vir in omni judicio elegantissimus (3). « Inferiora sequor » utpote grammaticus; meum est notare tantum quidquid imitatione illa Ciceronis novum acceperit quasi Græca Romanorum hereditas. Liceat tamen id eloqui, quod legentium animis sponte obversatur, dolores scilicet, qui corpus Herculis tantopere lacerant, ea veritate, ea verborum proprietate a tragico poeta exprimi, quam vix nostris temporibus peritissimi scriptores assequerentur. Namque multo vehementius in corporeis sensibus detineri Græcorum est. At, sæculis progredientibus, paulatim dulcior et ad omnem humanitatem facilitatemque proclivior homo ea quæ sunt a sensu tradita expeditius a se rejicere et aspernari solet. Cicero ipse ut non istius humanitatis expers merito laudatur, quandoquidem singula quæque tractat horribilia, et quædam hausta penitus ex intimis animi affectibus admiscet. Absunt enim in Sophocle hi sensus et vocabula : « *Animo pertuli.* » — « *Junonis terror implacabilis.* » — « *Barbara ulla im-* « *manitas.* » — « *Omnem hinc feritatem expuli.* » — « *Matris ca-* « *ritas.* » — *Gentes nostras flebunt miserias.* » — Illa profecto novissima verba quum dicit Hercules, non Græcus poeta, sed Cicero loquitur; omnes quippe populos viri magni dolentis misericordia commoveri posse suspicatus. Quæ quidem legenti statim

(1) Vid. Lucret. *de Nat. rer.*, V, 22 et sqq. — Virg. *Æn.*, VIII, 287 et sqq. — Senec. *Trag. Herc. OEt.*, 1235 et sqq. — Ovid. *Metam.*, IX, 182 et sqq.

(2) Inter eos eminet J. V. Leclerquius.

(3) Qui nunc Parisiorum facultati summa auctoritate præeest (vid. de Trag. Græciæ poet. op.).

occurrunt hæc celeberrimi scriptoris : « Flebunt Germanicum etiam ignoti. » Ambo clarissimam vitam pessima morte finierunt. Itaque hic illi haud immerito conferri potest. Nemo autem non fateatur necesse est, ut Lucretium, ita Ciceronem inprimis memorem exstitisse officiorum, quæ generi humano « vagus » præstiterit Hercules.

Sed munus incœptum repetamus. Satis enim id est magnum quod tento efficere ut Cicero Græcorum interpres, non vir sapiens et humanus, ostendatur. Si latina carmina carminibus Sophoclis comparentur ea opinione ut id optimum in interpretatione videatur quod sit maxima expressum diligentia, multa certe apud Ciceronem vituperanda esse quis infitiabitur? Quid? Idem sensus animique affectus, qui desunt in Sophocle (Atheniensibus nempe pro ea ætate prorsus ignoti), nonne ultro Græcis versibus adjicit? Nonne sæpius verba prætermittit haud nullius momenti, si quis varias sententiarum significationes commutationesque penitus pernoscere velit? At vero Tullius (idque mihi videor jure dicturus) tanta verborum vi incitatam Sophoclis orationem in latinum transtulit, ut nihil posset ultra. Quot quantosque fructus ad augendas latini sermonis opes Cicero perceperit ex interpretatione illa cæterisque locis de græco conversis infra expediam, quum magis opportune quæretur qualis ad poesim remve metricam perficiendam facta fuerit progressio. Hic mihi satis est singularem illam Ciceronis industriam admirari, qua certe latinus interpres, dum suum Herculem inducit exclamantem : « O ante victrices manus ! » principi tragicorum haud impar judicatur.

Tantum abest Euripides ut longam pariter præclaramque poeticæ virtutis ostentandæ materiam M. Tullio præbuerit, vix fragmenta suffecit brevissima, quæ jam statim descripta reperies.

EURIPIDIS FRAGMENTA.

Eurip., *Orest.*, 1 et sqq. (ed. Did.).

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος,
ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Cic., *Tusc.*, IV, 19, 63 (ed. Orelli).

Neque nam terribilis ulla fando oratio est,
nec sors, nec ira cœlitum invectum malum,
quod non natura humana patiendo ecferat.

Phœn., 524 et 525.

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι
κάλλιστον ἀδικεῖν · τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών (1).

Cic., *de Off.*, III, 21, 82.

Nam si violandum est jus, regnandi gratia
violandum est : aliis rebus pietatem colas.

In Cresph. (Eurip., *Fragmenta*, pag. 728).

Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά,
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Cic., *Tusc.*, I, 48, 115.

Nam nos decebat, cœtus celebrantes, domum
lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
humanæ vitæ varia reputantes mala :
at, qui labores morte finisset graves,
hunc omni amicos laude et lætitia exsequi.

---

(1) Ipse autem socer (J. Cæsar, nam de Pompeio agitur) in ore semper Græcos versus de Phœnissis habebat, quos dicam, ut potero ; incondite fortasse, sed tamen, ut res intelligi possit (Cic., *de Off.*, III, 21).

Eurip., *Hippolyt.*, 612.

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Cic., *de Off.*, III, 29, 108.

Juravi linguam, mentem injuratam gero.

Eurip., *Fragm. Hypsip.*, pag. 799.

Ἔφυ μὲν οὐδεὶς, ὅστις οὐ πονεῖ, βροτῶν
θάπτει τε τέκνα, χἄτερ' αὖ κτᾶται νέα,
αὐτός τε θνήσκει· καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ
εἰς γῆν φέροντες γῆν· αναγκαίως δ' ἔχει
βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν,
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή· τί ταῦτα δεῖ
στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
δεινὸν γὰρ οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

Cic., *Tusc.*, III, 25, 60.

Mortalis nemo est, quem non attingit dolor
morbusque; multis sunt humandi liberi :
rursum creandi; morsque est finita omnibus;
quæ generi humano angorem nequidquam afferunt.
Reddenda terræ est terra : tum vita omnibus
metenda, ut fruges. Sic jubet Necessitas.

Euripidis, *Thes. fragm.*, pag. 719.

Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν,
εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην,
φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς,
θανάτους τ' ἀώρους, καὶ κακῶν ἄλλας ὁδοὺς,

Cic., *Tusc.*, III, 14, 29.

Nam qui hæc audita a docto meminissem viro,
futuras mecum commentabar miserias;
aut mortem acerbam, aut exsilî mœstam fugam,
aut semper aliquam molem meditabar mali :

167. Πὰρ ποσὶ (δ' Ἡνιόχου) κεραὸν πεπτηότα Ταῦρον
μαίεσθαι·
Corniger est valido connixus corpore Taurus.

Cic., *ibid.*

172. Καὶ λίην κείνων ὄνομ' εἴρεται, οὐδέ τοι αὔτως
νήκουστοι Ὑάδες.
Has Græci stellas Ὑάδας vocitare suerunt.

Cic., *ibid.*

182. Αὐτὸς μὲν κατόπισθεν ἐὼν Κυνοσουρίδος Ἄρκτου.
Namque ipsum ad tergum Cynosuræ vertitur Areti.

Cic., *ibid.*

189. Νυκτὶ φαεινομένη παμμήνιδι Κασσιέπεια·
Obscura specie stellarum Cassiepea.

Cic., *ibid.*

197. Αὐτοῦ γὰρ κἀκεῖνο κυλίνδεται αἰνὸν ἄγαλμα
Ἀνδρομέδης ὑπὸ μητρὶ κεκασμένον.
Hanc autem illustri versatur corpore propter
Andromeda aufugiens (1) adspectum mœsta parentis.

205. Ἀλλ' ἄρα οἱ καὶ κρατὶ πέλωρ ἐπελήλαται Ἵππος
γαστέρι νειαίρῃ· ξυνὸς δ' ἐπιλάμπεται ἀστὴρ
τοῦ μὲν ἐπ' ὀμφαλίῳ, τῆς δ' ἐσχατόωντι καρήνῳ.
Huic Equus ille jubam quatiens fulgore micanti
summum contingit caput alvo, stellaque jungens
una tenet duplices communi lumine formas,
æternum ex astris cupiens connectere nodum.

Cic., *ibid.*

225. Αὐτοῦ καὶ Κριοῖο θοώταταί εἰσι κέλευθοι...
Exin contortis Aries cum cornibus hæret.

Cic., *ibid.*

---

(1) Grotius « effugiens ».

Cicero, quum protulit Euripidis versus, quos J. Cæsar semper in ore habebat, ut excusatione quadam se regnum affectantem defenderet, Cicero, inquam, verecunde ac bona fide (mirum!) hæc scripsit : « quos dicam, ut potero, incondite fortasse, sed tamen ut res intelligi possit. » Res sane intelligitur vel ab iis qui Græcam non legerunt orationem : tamen non ita laudabiles iambei Ciceronis mihi videntur, ut nihil amplius requiram. Omisit enim verbum illud « κάλλιστον » quod aliquid lucis affert sententiæ, idque efficit (aut ego fallor) ut Cæsaris ambitio ullam honesti speciem ac dignitatem habeat. Apud Euripidem clarius luce patent detestabilia istorum, qui regni cupiditate flagrant, instituta. Tullius autem haud sciens prudensque, ut puto, rem sic emendat, ut paulo minor in impotentes tyrannos a bonis viris rejiciatur invidia. — Non omni etiam culpa caret, si forte ad confirmanda quædam philosophiæ præcepta, locos e poeta Græco excerptos in lucem edere velit. Ut reliqua prætermittam, hæc postquam exposuit « continet omnem sedationem animi humana in conspectu posita natura, » quæ quo facilius expressa cernatur sapientiæ ratio, appareatque parem omnibus esse conditionem legemque vitæ, Cicero tres primos versus Orestis fabulæ, jam supra dictos, ut quondam Socrates, revocat; neque illius oratio latina puris et electis vocibus composita est. Unde igitur fit ut cum illo non tam feliciter Euripidis quam Sophoclis cesserit imitatio? Tali quidem in opere nitorem aut magnificentiam verborum nemo desiderat. Namque (ut commode Tullius ipse dixit) « res philosophicas ornate dicere velle, puerile est : plane autem et perspicue expedire docti et intelligentis viri (1). » Quin doctus et intelligens præter cæteros Cicero fuerit, quis dubitare potest? — Sed necesse erat

Indiciis monstrare recentibus abdita rerum,

ideoque

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis

Cicerone ipso in Latinum conversi sunt, non ex Ennii aliqua tragœdia desumpti (Onomast. Orelli, VII, 1, pag. 234).

(1) *De Off.* 1, 6 (edit. Ald.).

verba debuit, aut notas dictiones junctura callida novas reddere. Adde quod Euripides, si Quintiliano creditur, in iis quæ a sapientibus tradita sunt, pæne ipsis par exstitit. Hic omni philosophiæ sermonis arte eruditissimus est, et cuilibet eorum, qui Socraticam nobilitavere domum, comparandus. Ille autem rudis ac tyro in iisdem rebus illustrandis arguitur, utpote qui Romanos philosophiam primus edocere et ignotas dicendi formas producere instituerit. Iambeos præterea iambeis voluit interpretari, tenuis magna conatus, quum poetica adhuc in cunabulis esset educereturque, nedum jam robusta vigeret adolescentia. Quid dicam de variis inter utramque linguam discriminibus, quæ si quis studiose diligenterque perspiciat, alteram alteri multum præstare videbit? Quamobrem mirari desinamus quæ causæ sint cur Tullius interpres Euripidem longo sequatur intervallo, quum tale incœptum incredibilem habeat difficultatem. Interdum tamen, dum poetam tragicum philosophantem convertit, ita pura ejus et perspicua est oratio, ut illi versus, qui leguntur in « Natura Deorum, » non indigni sint præstanti philosopho. Inter alia non mihi displicet nomen illud « *circumjectus* » cui feliciter accedit epitheton « tener ». Id a Cicerone « ἅπαξ εἰρημένον » tantum per similitudinem usurpavit T. Varro : nihilominus, haud parvam adeptum auctoritatem, idem omnino periit, regnante Augusto. Sed, ut ait Horatius,

Multa renascentur quæ jam cecidere,

revixit Vespasiano principe « circumjectus », et iterum evanuit, nunquam, nisi jam senescente lingua, rediturus.

« Diritas » quoque semel apud Ciceronem legitur. Hoc certe mirum videri potest, tantam inesse Tullio Græcorum interpreti in verbis fingendis audaciam, tantam vero, si conformationes sententiarum orationisque consideraveris impetum, verecundiam ac timiditatem. Nempe aliud (ut multo inferius id expedire aggrediar) dicendi genus est Tullio sponte scribenti, aliud Græcorum verba ac sensus transferenti in latinum. Nunc vero reliqua fragmenta e diversis scriptoribus sine ulla intermissione referamus.

VARIA FRAGMENTA.

Solon.

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Cic., *Tusc.*, I, 49, 117.

Cf. Mors mea ne careat lacrymis; linquamus amicis
mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu.

Sardanapali Epitaphium.

Κεῖν' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ σὺν ἔρωτι
τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.

Cic., *Tusc.*, V, 35, 101.

Cf. Hæc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido
hausit : at illa jacent multa et præclara relicta.

Lacedæmoniorum Epitaphium ex Simonide.

Ὦ ξεῖν', ἄγγειλον Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
κείμεθα, τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις.

Cic., *Tusc.*, I, 42, 101.

Cf. Dic, hospes, Spartæ nos te hic vidisse jacentes,
dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

In consolatione Crantoris.

. . . . Ἦρου, νήπιε, ἠλίθιοι φρένες ἀνδρῶν·
Εὐθύνους κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ.
Οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν οὔθ' ἑοῖ οὔτε τοκεῦσι.

Cic., *Tusc.*, I, 47, 115.

Cf. Ignaris homines in vita mentibus errant :
Euthynous potitur, fatorum numine, letho.
Sic fuit utilius finiri ipsique tibique.

Ex Cheremone, poeta comico.

Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐϐουλία (1).

Cic., *Tusc.*, V, 9.

Cf. Vitam regit Fortuna, non Sapientia.

Illa interpretatio quamdam habet subtilitatem et elegantiam. Hic primum apparent versus impariter juncti apud Ciceronem, non perfecte ad eam, quæ postea valuit, accommodati regulam, ideoque Latinorum artem admodum rudem arguentes. Ne vero maturius ea, quæ pertinent ad rem metricam, disputemus, nunc Arati Phænomena tandem ante oculos proponam. Quæ quidem sæpissime edita rursus et ipse transcribere primum dubitavi, veritus reprehensionem doctorum atque prudentium, si commentationem jam nimis longam longiorem adhuc efficerem. Quum vero indicem Græco-Latinum commodi gratia eorum, quibus de pernoscenda Tullii interpretis lingua curæ erit, adjicere constituissem, ut cetera fragmenta, qualiacumque sint, sic Phænomena in hoc uno opusculo collegi.

ARATI SOLENSIS PHÆNOMENA (2).

1. Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. . .

M. T. CICERONIS EX ARATO PHÆNOMENA (3).

Ab Jove musarum primordia.

Cic., *de Leg.*, II, 3.

---

(1) Vid. Plutarchum, qui carmen illud protulit in exordio libri, quem sic inscriptum accepimus : περὶ τύχης.

(2) Secutus sum exemplar ab Amb. F. Didot editum, quod recensuit Arm. Kœchly, idem summa cura emendatum fuisse ratus.

(3) Hæc Ciceronis carmina, Orellio præsertim auctore, dedi. Egregium quoque J. V. Leclerq. opus magnum utilitatis fructum mihi præbuit. Plura Ciceronis omisit Lexicon H. Stephani, nec satis commode divisa sunt fragmenta. Si forte conferas Arati Phænomena ab H. Stephano edita eidem opusculo quod recensuit Orellius, usque ad versum quod numeratur 224, quindecim Tullii versus abesse reperies respondentes carminibus Arateis quibus numeri sunt, 1, 10, 24, 77, 96, 110, 130, 131, 132, 134, 145, 152, 155, 173, 224.

10. Αὐτὸς γὰρ τάγε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν.
Quem neque tempestas perimet neque longa vetustas
interimet, stinguens (1) præclara insignia cœli.

Prisc., X, 2, §, 11.

19. Οἱ μὲν ὁμῶς πολέες τε καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἐόντες (2)
οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς αἰεί·
Cetera labuntur celeri cœlestia motu
cum cœloque simul noctesque diesque feruntur.

Cic., *de Nat. Deor.*, II, 41.

24. Καί μιν περαίνουσι δύω πόλοι ἀμφοτέρωθεν·
. . . .
Extremusque adeo duplici de cardine vertex
dicitur esse polus.

Cic., *ibid.*

Post v. 27. Quas nostri septem soliti vocitare Triones (3).

Cic., *ibid.*

36. Καὶ τὴν μὲν Κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
τὴν δ' ἑτέρην Ἑλίκην.
Ex his altera apud Graios Cynosura vocatur;
altera dicitur esse Helice.

Cic., *ibid.*

39. Τῇ δ' ἄρα Φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν·
ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη
πολλὴ φαεινομένη Ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός·
Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto;
sed prior illa magis stellis distincta refulget,
et late prima confestim a nocte videtur:

---

(1) « Cicero, inquit Priscianus, in Arato *stinguens* participio usus est .... — « Etsi igitur prior hujus fragmenti versus, « quem neque etc. . . ., » non convenit cum Arati verbis, tamen fidem tribuendam Prisciano atque hunc locum a Ciceronis manu profectum esse putavi » (Orelli, *M. T. Cic.*, *Opera*, vol. IV, pars 2).

(2) « ἰόντες » (ed. Did.). — Vid. Orell., vol. IV, pars 2, pag. 519. — » ἐόντες, » Stephani *Lexicon*, pag. 68.

(3) Vid. Orell. — Unde Septemtrion. Triones boves sunt quasi terriones (Varr., *de Ling. Lat.*, VI, 4).

ἑσπέριος κατάγοιο, πεποιθὼς οὐκέτι νυκτί.
Σῆμα δέ τοι κείνης ὥρης καὶ μηνὸς ἐκείνου
Σκορπίος ἀντέλλων εἴη πυμάτης ἐπὶ νυκτός.
Ἤτοι γὰρ μέγα τόξον ἀνέλκεται ἐγγύθι κέντρου
Τοξευτής· ὀλίγον δὲ παροίτερος ἵσταται αὐτοῦ
Σκορπίος ἀντέλλων, ὁ δ' ἀνέρχεται αὐτίκα μᾶλλον.
Τῆμος καὶ κεφαλὴ Κυνοσουρίδος ἀκρόθι νυκτὸς
ὕψι μάλα τροχάει· ὁ δὲ δύεται ἠῶθι πρὸ
ἀθρόος Ὠρίων, Κηφεὺς δ' ἀπὸ χειρὸς ἐπ' ἰξύν.
Ἔστι δέ τις προτέρω βεβλημένος ἄλλος Ὀϊστὸς
αὐτὸς ἄτερ τόξου· ὁ δέ οἱ παραπέπταται Ὄρνις
ἀσσότερον Βορέω. Σχεδόθεν δέ οἱ ἄλλος ἄηται
οὐ τόσσος μεγέθει, χαλεπός γε μὲν ἐξ ἁλὸς ἐλθεῖν
νυκτὸς ἀπερχομένης· καί μιν καλέουσιν Ἀητόν.
Δελφὶς δ' οὐ μάλα πολλὸς ἐπιτρέχει Αἰγοκερῆϊ

**Nam jam tum nimis exiguo lux tempore præsto est.
Hoc signum veniens poterunt prænoscere Nautæ :
jam prope præcipitante licebit visere nocte,
ut sese emergens ostendat (1) Scorpius alte,
posteriore trahens flexum vi corporis Arcum....
Jam supra cernes Arcti caput esse minoris,
et magis erectum ad summum versarier orbem.
Jam sese Orion toto jam corpore condit
extrema prope nocte, et Cepheus conditur ante,
lumborum tenus, a palma depulsus ad undas.
Hic missore vacans fulgens jacet una Sagitta,
quam propter nitens prima convolvitur Ales,
et clinata magis paullo est Aquilonis ad auras.
At propter se Aquila ardenti cum corpore portat,
igniferum mulcens tremebundis æthera pennis,
non nimis ingenti cum corpore, sed grave mœstis
ostendit nautis perturbans æquora signum.
Tum magni curvus Capricorni corpora propter
Delphinus jacet, haud nimio lustratu' nitore,**

(1) Sese ostendens emergit (J. V. L.).

66. Ἐγγόνασιν καλέουσι· τὸ δ' αὖτ' ἐν γούνασι κάμνον
ὀκλάζοντι ἔοικεν·
Cf. Ἐγγονάσιν vocitant, genibus quia nixa feratur.
Cic., *ibid.*

71. Αὐτοῦ κἀκεῖνος Στέφανος, τὸν ἀγαυὸν ἔθηκεν
σῆμ' ἔμεναι....
Hic illa eximio posita est fulgore corona.
Cic., *ibid.*

75. Σκέπτεο πὰρ κεφαλὴν Ὀφιούχεον, ἐκ δ' ἄρ' ἐκείνης
αὐτὸν ἐπιφράσσαιο φαεινόμενον Ὀφιοῦχον·
. . . . Propter caput Anguitenentis
quem claro perhibent Ὀφιοῦχον nomine Graii.
Cic., *ibid.*

77. Τοῖοί οἱ κεφαλῇ ὑποκείμενοι ἀγλαοὶ ὦμοι
εἴδονται.
Huic supera duplices humeros affixa videtur
stella micans tali specie talique nitore.
Cic., *ibid.*; Prisc., lib. 14, 6, § 52.

82. Ἀμφότεραι δ' Ὄφιος πεπονείαται, ὅς ῥά τε μέσσον
δινεύει Ὀφιοῦχον· ὁ δ' ἐμμενὲς εὖ ἐπαρηρὼς
ποσσὶν ἐπιθλίβει μέγα θήριον ἀμφοτέροισιν,
Σκόρπιον, ὀφθαλμῷ τε καὶ ἐν θώρηκι βεβηκὼς
ὀρθός.
Hic pressu duplici palmarum continet anguem,
ejus et ipse manet religatus corpore toto;
namque virum medium serpens sub pectora cingit :
ille tamen nitens (1) graviter vestigia ponit,
atque oculos urget pedibus pectusque Nepaï.
Cic., *ibid.*

92. Ἀρκτοφύλαξ, τόν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι Βοώτην,
Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes :

---

(1) Vid. Virgil., *Æn.*, II, 380.

οὕνεχ' ἁμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται Ἄρκτου·
ὑπὸ ζώνῃ δὲ οἱ αὐτὸς
ἐξ ἄλλων Ἀρκτοῦρος ἑλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ.
Ἀμφοτέροισι δὲ ποσσὶν ὑποσκέπτειο Βοώτεω
Παρθένον· ἥ ῥ' ἐν χερσὶ φέρει Στάχυν αἰγλήεντα.

quod quasi temone adjunctam præ se quatit Arcton;
subter præcordia fixa videtur
stella micans radiis, Arcturus nomine claro.
Sub pedibus profert finita Bootæ
spicum illustre tenens splendenti corpore Virgo.

Cic., *de Nat. Deor.*, II, c. 42.

110. Αὔτως δ' ἔζωον.

Malebant tenui contenti vivere cultu (1).

Lactant., lib. V, c. 5.

130. Χαλκείη γενεὴ, προτέρων ὀλοώτεροι ἄνδρες,
οἳ πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
εἰνοδίην, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων (2).

130. Ferrea tum vero proles exorta repente est,
ausaque funestum prima est fabricarier ensem,
et gustare manu victum domitumque juvencum.

Cic., *de N. D.*, II, 63.

134. Ἔπταθ' ὑπουρανίη (3).

Et Jovis in regno cœlique in parte resedit (4).

Lact., V, c. 5.

---

(1) Apponit Buhle, in edit. sua, Virgiliana illa (*Georg.*, I, 126) :

> Ne signare quidem aut partiri limite campum
> Fas erat :

ut in Lactantio invenerat. At conjecturæ nullus est locus hæc verba Virgilium a Cicerone petiisse (Orelli).

(2) Cf. Ruricolæque boves (Ov., *Fast.*, I).

(3) De Justitia agitur :

> Καὶ τότε μισήσασα Δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν (*Ar. Phæn.*, 133).

> Extrema per illos
> Justitia excedens terris vestigia fecit.
> Virg. *Georg.* II, 473,

(4) Grotius « recepta est » legit.

145. Ἄλλος δ' οὐραίοις ὑπὸ γούνασιν.
Tertia sub cauda ad genus ipsum lumina pandit.

Priscianus, lib. VI, 4, 19.

147. Κρατὶ δὲ οἱ Δίδυμοι, μέσσῃ δ' ὑπὸ Καρκίνος ἐστὶν
ποσσὶ δ' ὀπισθοτέροισι Λέων ὕπο καλὰ φαείνει.
Et natos Geminos invises sub caput Arcti.
Subjectus mediæ est Cancer, pedibusque tenetur
magnu' Leo tremulam quatiens e corpore flammam.

Cic., *de N. D.*, II, 43.

152. Τῆμος καὶ κελάδοντες εὐρέϊ πόντῳ·
Hoc motu radiantis, Etesiæ in vada ponti...

Cic., *Orat.*, c. 45.

155. Εἰς ἄνεμον δὲ τὰ πηδὰ κυβερνητῆρες ἔχοιεν.
Navibus absumptis fluitantia quærere aplustra (1)...

Prisc., lib. VII, 15, 74.

160. Αὐτὸν μέν μιν ἅπαντα μέγαν Διδύμων ἐπὶ λαιὰ
κεκλιμένον δήεις· Ἑλίκης δέ οἱ ἄκρα κάρηνα
ἀντία δινεύει. Σκαιῷ δ' ἐπελήλαται ὤμῳ
Αἴξ ἱερή....
Sub læva Geminorum obductus parte feretur ;
adversum caput huic Helicæ truculenta tuetur :
at Capra lævum humerum clara obtinet...

Cic., *de N. D.*, 2, 43.

165. Ἀλλ' ἡ μὲν πολλή τε καὶ ἀγλαή· οἱ δέ οἱ αὐτοῦ
λεπτὰ φαείνονται Ἔριφοι καρπὸν κάτα χειρός.
Verum hæc est magno atque illustri prædita signo ;
contra Hœdi exiguum jaciunt mortalibus ignem.

Cic., *ibid.*

(1) Grotius hunc versum in fine apposuit, « quod, inquit, fragmentum hoc non invenit versum Arateum, cui ad verbum respondeat. » — At sæpe vel in Phænomenis Aratum Cicero non vertit, sed imitatur.

δεσμοὶ δ' οὐράνιοι, τοῖς Ἰχθύες ἄκροι ἔχονται,
ἄμφω συμφορέονται ἀπ' οὐραίων κατιόντες,
κητείης δ' ὄπιθεν λοφίης ἐπιμὶξ φορέονται
εἰς ἓν ἐλαυνόμενοι· ἑνὶ δ' ἀστέρι πειραίνονται
Κήτεος, ὃς κείνου πρώτῃ ἐπίκειται ἀκάνθῃ.
Οἱ δ' ὀλίγῳ μέτρῳ, ὀλίγῃ δ' ἐγκείμενοι αἴγλῃ
μεσσόθι πηδαλίου καὶ Κήτεος εἱλίσσονται,
γλαυκοῦ πεπτηῶτες ὑπὸ πλευρῇσι Λαγωοῦ
νώνυμοι· οὐ γὰρ τοίγε τετυγμένου εἰδώλοιο
βεβλέαται μελέεσσιν ἐοικότες, οἷά τε πολλὰ
ἑξείης στιχόωντα παρέρχεται αὐτὰ κέλευθα
ἀνομένων ἐτέων, τά τις ἀνδρῶν οὐκέτ' ἐόντων
ἐφράσατ' ἠδ' ἐνόησεν ἅπαντ' ὀνομαστὶ καλέσσαι
ἤλιθα μορφώσας· οὐ γάρ κ' ἐδυνήσατο πάντων
οἰόθι κεκριμένων ὄνομ' εἰπεῖν οὐδὲ δαῆναι·
πολλοὶ γὰρ πάντῃ, πολέων δ' ἐπὶ ἶσα πέλονται
μέτρα τε καὶ χροιή, πάντες γε μὲν ἀμφιέλικτοι.
Τῷ καὶ ὁμηγερέας οἱ ἐείσατο ποιήσασθαι
ἀστέρας, ὄφρ' ἐπιτὰξ ἄλλῳ παρακείμενος ἄλλος
εἴδεα σημαίνοιεν. Ἄφαρ δ' ὀνομαστὰ γένοντο
ἄστρα, καὶ οὐκέτι νῦν ὑπὸ θαύματι τέλλεται ἀστηρ·

quæ retinent Pisces, caudarum parte locata,
flumine mixta retro ad Pistricis terga reverti:
hic una stella nectuntur, quam jacit ex se
Pistricis spinæ valida cum luce refulgens.
Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ
inter Pistricem fusæ sparsæque videntur,
atque gubernaclum stellæ, quas contegit omnes
formidans acrem morsum Lepus: his neque nomen,
nec formam veteres certam statuisse videntur.
Nam quæ sideribus claris Natura polivit,
et vario pinxit distinguens lumine formas,
hæc ille astrorum custos ratione notavit,
signaque signavit cœlestia nomine vero:

ARATI PHÆNOMENA sqq.

. . . ζώνῃ δ' ἂν ὅμως ἐπιτεκμήραιο
Ἀνδρομέδης· ὀλίγον γὰρ ὑπ' αὐτὴν ἐστήρικται.
Μεσσόθι δὲ τρίβει μέγαν οὐρανὸν, ἧχι περ ἄκραι
Χηλαὶ καὶ Ζώνη περιτέλλεται Ὠρίωνος.
Ἔστι δέ τοι καὶ ἔτ' ἄλλο τετυγμένον ἐγγύθι σῆμα
νείοθεν Ἀνδρομέδης, τὸ δ' ἐπὶ τρισὶν ἐστάθμηται
Δελτωτὸν πλευρῇσιν, ἰσαιομένῃσιν ἐοικὸς
ἀμφοτέρῃς· ἡ δ' οὔτι τόση, μάλα δ' ἐστὶν ἑτοίμη
εὑρέσθαι· περὶ γὰρ πολέων εὐάστερός ἐστιν.
Τῶν ὀλίγον Κριοῦ νοτιώτεροι ἀστέρες εἰσίν.
Οἱ δ' ἄρ' ἔτι προτέρω, ἔτι δ' ἐν προμολῇσι νότοιο
Ἰχθύες. Ἀλλ' αἰεὶ ἕτερος προφερέστερος ἄλλου,
καὶ μᾶλλον Βορέαο νέον κατιόντος ἀκούει.
Ἀμφοτέρων δέ σφεων ἀποτείνεται ἠΰτε δεσμὰ

Quæ sequuntur versibus 229 et sqq. Arati respondentia prodierunt Venetiis a. 1488 *valde corrupta, deinde cum ab aliis tum ab Orellio et J. V. Leclerq. ex optimis codicibus sunt emendata.*

E quibus hunc subter possis cognoscere fultum.
Nam cœli mediam partem tenet, ut prius illæ
Chelæ, tum pectus quoque cernitur Orionis.
Et prope conspicies parvum sub pectore claro
Andromedæ signum, Deltoton dicere Graii
quod soliti, simili quia forma littera claret;
huic spatio ductum simili latus exstat utrumque;
at non tertia pars lateris : namque est minor illis,
sed stellis longe densis præclara relucet.
Inferior paullo est Aries, et flamen ad Austri
inclinatior; atque etiam vehementius illi
Pisces, quorum alter paullo prælabitur ante,
et magis horrisonis Aquilonis tangitur alis.
Atque (1) horum e caudis duplices velut esse catenæ

(1) At quæ (Orelli).

οὐραίων ἑκάτερθεν ἐπισχερὼ εἰς ἓν ἰόντων.
Καὶ τὰ μὲν εἷς ἀστὴρ ἐπέχει καλός τε μέγας τε,
ὅν ῥά τε καὶ σύνδεσμον ὑπουράνιον καλέουσιν.
Ἀνδρομέδης δέ τοι ὦμος ἀριστερὸς Ἰχθύος ἔστω
σῆμα βορειοτέρου· μάλα γάρ νύ οἱ ἐγγύθεν ἐστίν.
Ἀμφότεροι δὲ πόδες γαμβροῦ ἐπισημαίνοιεν
Περσέος, οἵ ῥά οἱ αἰὲν ἐπωμάδιοι φορέονται.
Αὐτὰρ ὅγ' ἐν Βορέῳ φέρεται περιμήκετος ἄλλων.
Καί οἱ δεξιτερὴ μὲν ἐπὶ κλισμὸν τετάνυσται
πενθερίου δίφροιο· τὰ δ' ἐν ποσὶν οἷα διώκων
ἴχνια μηκύνει κεκονιμένος (1) ἐν Διὶ πατρί.
Ἄγχι δὲ οἱ σκαιῆς ἐπιγουνίδος ἤλιθα πᾶσαι
Πληιάδες φορέονται. Ὁ δ' οὐ μάλα πολλὸς ἁπάσας
χῶρος ἔχει, καὶ δ' αὐταὶ ἐπισκέψασθαι ἀφαυραί.

dicuntur; sua diversæ per lumina serpunt,
atque una tandem in stella communiter hærent,
quam veteres soliti cœlestem dicere Nodum.
Andromedæ lævo ex humero si quærere perges,
appositum poteris supra cognoscere Piscem.
E pedibus natum summo Jove Persea vises,
quos humeris retinet defixo corpore Perseus;
quem summa ab regione Aquilonis flamina pulsant.
Hic dextram ad sedes intendit Cassiopeæ,
diversosque pedes, vinctos talaribus aptis,
pulverulentus uti de terra lapsu' repente
in cœlum victor magno sub culmine portat.
At propter lævum genus omni ex parte locatas
parvas Vergilias tenui cum luce videbis.

---

(1) « κεκονιμένος » *properans* in interpretatione Latina (ed. Did.). Legitur apud Ciceronem « pulverulentus, » — « Κονίω » (Vid. H. Steph., *Thes. ling. græcæ*) « pulvere impleo. »

Ἀλλ' ἔτι που Τρώων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες
εὐρὺ κονίσσουσι πέδιον etc. . . . . . . (Il. ξ).

Raro significat : *propero, festino.*

Ἑπτάποροι δὲ ταίγε μετ' ἀνθρώπους ὑδέονται,
ἓξ οἷαί περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν.
Οὐ μέν πως ἀπόλωλεν ἀπευθὴς ἐκ Διὸς ἀστὴρ,
ἐξ οὗ καὶ γενεῆθεν ἀκούομεν, ἀλλὰ μάλ' αὔτως
εἴρεται. Ἑπτὰ δ' ἐκεῖναι ἐπιῤῥήδην καλέονται
Ἀλκυόνη Μερόπη τε Κελαινώ τ' Ἠλέκτρη τε
καὶ Στερόπη καὶ Τηϋγέτη καὶ πότνια Μαῖα.
Αἱ μὲν ὁμῶς ὀλίγαι καὶ ἀφεγγέες, ἀλλ' ὀνομασταὶ
ἦρι καὶ ἑσπέριαι, Ζεὺς δ' αἴτιος, εἱλίσσονται,
ὅ σφισι καὶ θέρεος καὶ χείματος ἀρχομένοιο
σημαίνειν ἐκέλευσεν ἐπερχομένου τ' ἀρότοιο.
Καὶ Χέλυς ἥτ' ὀλίγη· τὴν γάρ τ' ἔτι καὶ παρὰ λίκνῳ
Ἑρμείης ἐτόρησε, Λύρην δέ μιν εἶπε λέγεσθαι,
κὰδ δ' ἔθετο προπάροιθεν ἀπευθέος εἰδώλοιο
οὐρανὸν εἰσαγαγών. Τὸ δ' ἐπὶ σκελέεσσι πέτηλον
γούνατί οἱ σκαιῷ πελάει· κεφαλή γε μὲν ἄκρη

Hæ septem vulgo perhibentur more vetusto
stellæ, cernuntur vero sex undique parvæ.
At non interiisse putari convenit unam;
sed frustra temere a vulgo ratione sine ulla
septem dicier, ut veteres statuere poetæ,
æterno cunctas ævo qui nomine dignant (1),
Alcyone, Meropeque, Celæno, Taygeteque,
Electra, Steropeque, simul sanctissima Maia.
Hæ tenues parvo labentes lumine lucent;
at magnum nomen signi clarumque vocatur,
propterea quod et æstatis præcordia clarat,
et post, hiberni præpandens temporis ortus,
admonet ut mandent mortales semina terris.
Inde Fides leviter posita et convexa videtur,
Mercurius parvis (2) manibus quam dicitur olim
in cunis fabricatus, in alta sede locasse.

(1) « Signant » Grotius.

(2) « Parvus .... infirmis.. » ed. J. V. Leclerq. = Sed Grotii et aliorum emendatio vera videtur, quod Aratus : » παρὰ λίκνῳ, « Apollodorus (III, 10, 2) « ἐπὶ τοῦ λίκνου, » — Lucianus, « ἐν τοῖς σπαργάνοις » dicunt (Orell.).

ἀντιπέρην Ὄρνιθος ἑλίσσεται· ἡ δὲ μεσηγὺ
ὀρνιθέης κεφαλῆς καὶ γούνατος ἐστήρικται.
Ἤτοι γὰρ καὶ Ζηνὶ παρατρέχει αἰόλος Ὄρνις.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἠερόεις, τὰ δὲ οἱ πτερὰ τετρήχυνται
ἀστράσιν οὔτι λίην μεγάλοις, ἀτὰρ οὐ μὲν ἀφαυροῖς (1).
(Αὐτὰρ ὅγ' εὐδιόωντι ποτὴν Ὄρνιθι ἐοικὼς
οὔριος εἰς ἑτέρην φέρεται), κατὰ δεξιὰ χειρὸς
Κηφείης ταρσοῖο τὰ δεξιὰ πείρατα τείνων·
λαιῇ δὲ πτέρυγι σκαρθμὸς παρακέκλιται Ἵππου.
Τὸν δὲ μετασκαίροντα (2) δύ' Ἰχθύες ἀμφινέμονται
Ἵππον· πὰρ δ' ἄρα οἱ κεφαλῇ χεὶρ Ὑδροχόοιο
δεξιτερὴ τετάνυσθ'· ὁ δ' ὀπίστερος Αἰγοκερῆος
τέλλεται· αὐτὰρ ὅγε πρότερος καὶ νειόθι μᾶλλον
κέκλιται Αἰγοκέρως, ἵνα τε τρέπετ' ἠελίου ἴς.

Quæ genus ad lævum Nixi delapsa resedit,
atque inter flexum genus et caput Alitis hæsit.
Namque est Ales avis, lato sub tegmine cœli
quæ volat, et serpens geminis secat aera pennis.
Altera pars huic obscura est et luminis expers;
altera nec parvis, nec claris lucibus ardet,
sed mediocre jacit quatiens e corpore lumen.
Hæc dextram Cephei dextro pede pellere palmam
gestit: jam vero clinata est ungula vemens (3)
fortis Equi propter pinnati corporis alam.
Ipse autem labens mutis Equus ille tenetur
Piscibus, huic cervix dextra mulcetur Aquari.
Serius hæc obitus terrai visit Equi vis,
quam gelidum valido de corpore frigus anhelans
corpore semifero magno Capricornus in orbe:

---

(1) In errorem lapsus est Aratus, ut animadvertit vir doctissimus J. V. Leclerq, Hipparchum secutus.

(2) μετασκαίρω, — « salto inter. » Quomodo legisse videtur Cicero apud Aratum, v. 282, « τὸν δὲ μετασκαίροντα? « Quippe qui ea verba sic interpretatus sit » ipse autem labens... » At F. Avienus videtur legisse « τὸν δὲ μέτα σκαίροντα. » — Sic enim ille. Nam post cornipedem flagrant duo sidera Pisces (H. Steph., *Thes. ling. græcæ*, III, p. 802, ed. 1572).

(3) Quod Grotius observat ἀρχαϊκῶς dictum, omissa adspiratione.

Ἑπτάποροι δὲ ταίγε μετ' ἀνθρώπους ὑδέονται,
ἓξ οἶαί περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν.
Οὐ μέν πως ἀπόλωλεν ἀπευθὴς ἐκ Διὸς ἀστὴρ,
ἐξ οὗ καὶ γενεῆθεν ἀκούομεν, ἀλλὰ μάλ' αὔτως
εἴρεται. Ἑπτὰ δ' ἐκεῖναι ἐπιῤῥήδην καλέονται
Ἀλκυόνη Μερόπη τε Κελαινώ τ' Ἠλέκτρη τε
καὶ Στερόπη καὶ Τηϋγέτη καὶ πότνια Μαῖα.
Αἱ μὲν ὁμῶς ὀλίγαι καὶ ἀφεγγέες, ἀλλ' ὀνομασταὶ
ἦρι καὶ ἑσπέριαι, Ζεὺς δ' αἴτιος, εἱλίσσονται,
ὅ σφισι καὶ θέρεος καὶ χείματος ἀρχομένοιο
σημαίνειν ἐκέλευσεν ἐπερχομένου τ' ἀρότοιο.
Καὶ Χέλυς ἦτ' ὀλίγη· τὴν γάρ τ' ἔτι καὶ παρὰ λίκνῳ
Ἑρμείης ἐτόρησε, Λύρην δέ μιν εἶπε λέγεσθαι,
κὰδ δ' ἔθετο προπάροιθεν ἀπευθέος εἰδώλοιο
οὐρανὸν εἰσαγαγών. Τὸ δ' ἐπὶ σκελέεσσι πέτηλον
γούνατί οἱ σκαιῷ πελάει· κεφαλή γε μὲν ἄκρη

Hæ septem vulgo perhibentur more vetusto
stellæ, cernuntur vero sex undique parvæ.
At non interiisse putari convenit unam;
sed frustra temere a vulgo ratione sine ulla
septem dicier, ut veteres statuere poetæ,
æterno cunctas ævo qui nomine dignant (1),
Alcyone, Meropeque, Celæno, Taygeteque,
Electra, Steropeque, simul sanctissima Maia.
Hæ tenues parvo labentes lumine lucent;
at magnum nomen signi clarumque vocatur,
propterea quod et æstatis præcordia clarat,
et post, hiberni præpandens temporis ortus,
admonet ut mandent mortales semina terris.
Inde Fides leviter posita et convexa videtur,
Mercurius parvis (2) manibus quam dicitur olim
in cunis fabricatus, in alta sede locasse.

(1) « Signant » Grotius.

(2) « Parvus .... infirmis.. » ed. J. V. Leclerq. = Sed Grotii et aliorum emendatio vera videtur, quod Aratus : » παρὰ λίκνῳ, « Apollodorus (III, 10, 2) « ἐπὶ τοῦ λίκνου, » — Lucianus, « ἐν τοῖς σπαργάνοις » dicunt (Orell.).

ἀντιπέρην Ὄρνιθος ἑλίσσεται· ἡ δὲ μεσηγὺ
ὀρνιθέης κεφαλῆς καὶ γούνατος ἐστήρικται.
Ἤτοι γὰρ καὶ Ζηνὶ παρατρέχει αἴολος Ὄρνις.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἠερόεις, τὰ δὲ οἱ πτερὰ τετρήχυνται
ἀστράσιν οὔτι λίην μεγάλοις, ἀτὰρ οὐ μὲν ἀφαυροῖς (1).
(Αὐτὰρ ὅγ' εὐδιόωντι ποτὴν Ὄρνιθι ἐοικὼς
οὔριος εἰς ἑτέρην φέρεται), κατὰ δεξιὰ χειρὸς
Κηφείης ταρσοῖο τὰ δεξιὰ πείρατα τείνων·
λαιῇ δὲ πτέρυγι σκαρθμὸς παρακέκλιται Ἵππου.
Τὸν δὲ μετασκαίροντα (2) δυ' Ἰχθύες ἀμφινέμονται
Ἵππον· πὰρ δ' ἄρα οἱ κεφαλῇ χεὶρ Ὑδροχόοιο
δεξιτερὴ τετάνυσθ'· ὁ δ' ὀπίστερος Αἰγοκερῆος
τέλλεται· αὐτὰρ ὅγε πρότερος καὶ νειόθι μᾶλλον
κέκλιται Αἰγοκέρως, ἵνα τε τρέπετ' ἠελίου ἴς.

Quæ genus ad lævum Nixi delapsa resedit,
atque inter flexum genus et caput Alitis hæsit.
Namque est Ales avis, lato sub tegmine cœli
quæ volat, et serpens geminis secat aera pennis.
Altera pars huic obscura est et luminis expers ;
altera nec parvis, nec claris lucibus ardet,
sed mediocre jacit quatiens e corpore lumen.
Hæc dextram Cephei dextro pede pellere palmam
gestit : jam vero clinata est ungula vemens (3)
fortis Equi propter pinnati corporis alam.
Ipse autem labens mutis Equus ille tenetur
Piscibus, huic cervix dextra mulcetur Aquari.
Serius hæc obitus terrai visit Equi vis,
quam gelidum valido de corpore frigus anhelans
corpore semifero magno Capricornus in orbe :

---

(1) In errorem lapsus est Aratus, ut animadvertit vir doctissimus J. V. Leclerq, Hipparchum secutus.

(2) μετασκαίρω, — « salto inter. » Quomodo legisse videtur Cicero apud Aratum, v. 282, « τὸν δὲ μετασκαίροντα ? « Quippe qui ea verba sic interpretatus sit » ipse autem labens... » At F. Avienus videtur legisse « τὸν δὲ μέτα σκαίροντα. » — Sic enim ille . Nam post cornipedem flagrant duo sidera Pisces (H. Steph., *Thes. ling. græcæ*, III, p. 802, ed. 1572).

(3) Quod Grotius observat ἀρχαϊκῶς dictum, omissa adspiratione.

Μὴ κείνῳ ἐνὶ μηνὶ περικλύζοιο θαλάσσῃ
πεπταμένῳ πελάγει κεχρημένος. Οὔτε κεν ἠοῖ
πολλὴν πειρήνειας, ἐπεὶ ταχινώταταί εἰσιν·
Οὔτ' ἄν τοι νυκτὸς πεφοβημένῳ ἐγγύθεν ἠὼς
ἔλθοι καὶ μάλα πολλὰ βοωμένῳ. Οἱ δ' ἀλεγεινοὶ
τῆμος ἐπιῤῥήσσουσι νότοι, ὁπότ' Αἰγοκερῆϊ
συμφέρετ' ἠέλιος· τότε δὲ κρύος ἐκ Διός ἐστιν
ναύτῃ μαλκιόωντι κακώτατον. Ἀλλὰ καὶ ἔμπης
ἤδη πάντ' ἐνιαυτὸν ὑπὸ στειρῇσι θάλασσα
πορφύρει· ἴκελοι δὲ κολυμβίσιν αἰθυίῃσιν
πολλάκις ἐκ νηῶν πέλαγος περιπαπταίνοντες
ἥμεθ', ἐπ' αἰγιαλοὺς τετραμμένοι· οἱ δ' ἔτι πόρσω
κλύζονται· ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει.
Καὶ δ' ἂν ἐπὶ προτέρῳ γε θαλάσσῃ πολλὰ πεπονθὼς,
τόξον ὅτ' ἠέλιος καίει καὶ ῥύτορα τόξου,

quem quum perpetuo vestivit lumine Titan,
brumali flectens contorquet tempore currum (1).
Hoc cave te ponto studeas committere mense :
nam non longinquum spatium labere diurnum;
non hiberna cito volvetur curriculo Nox;
humida non sese vestris Aurora querelis
ocyus ostendet, clari prænuntia Solis.
At validis æquor pulsabit viribus Auster;
tum fixum tremulo quatietur frigore corpus.
Sed tamen anni jam labuntur tempore toto,
nec cui signorum cedunt, neque flamina vitant,
nec metuunt canos minitanti murmure fluctus (2). ...
Atque etiam supero, navi pelagoque vacato
mense, Sagittipotens solis quum sustinet orbem (3). ...

---

(1) « Currum. » (Grot. Orell.) — « Cursum » (J. V. L.)

(2) Hic aliquot desiderantur versus. — Ceterum ille locus rarissime verbum verbo exprimit, ita ut pauca in Indice Græco-Latino inserere potuerim. Illud profecto non lugendum mihi videtur. Nusquam enim in illo opere meliora reperire est carmina, quod vocabula Astrologiæ propria quærere non cogitur interpres, et tantum operam dat ut quam maximis possit verborum ornamentis sententias illustret.

(3) Desunt quædam uti post versum qui legitur inferius : « posteriore, etc... »

ἑσπέριος κατάγοιο, πεποιθὼς οὐκέτι νυκτί.
Σῆμα δέ τοι κείνης ὥρης καὶ μηνὸς ἐκείνου
Σκορπίος ἀντέλλων εἴη πυμάτης ἐπὶ νυκτός.
Ἤτοι γὰρ μέγα τόξον ἀνέλκεται ἐγγύθι κέντρου
Τοξευτής· ὀλίγον δὲ παροίτερος ἵσταται αὐτοῦ
Σκορπίος ἀντέλλων, ὁ δ' ἀνέρχεται αὐτίκα μᾶλλον.
Τῆμος καὶ κεφαλὴ Κυνοσουρίδος ἀκρόθι νυκτὸς
ὕψι μάλα τροχάει· ὁ δὲ δύεται ἠῶθι πρὸ
ἀθρόος Ὠρίων, Κηφεὺς δ' ἀπὸ χειρὸς ἐπ' ἰξύν.
Ἔστι δέ τις προτέρω βεβλημένος ἄλλος Ὀϊστὸς
αὐτὸς ἄτερ τόξου· ὁ δέ οἱ παραπέπταται Ὄρνις
ἀσσότερον Βορέω. Σχεδόθεν δέ οἱ ἄλλος ἄηται
οὐ τόσσος μεγέθει, χαλεπός γε μὲν ἐξ ἁλὸς ἐλθεῖν
νυκτὸς ἀπερχομένης· καί μιν καλέουσιν Ἀητόν.
Δελφὶς δ' οὐ μάλα πολλὸς ἐπιτρέχει Αἰγοκερῆϊ

**Nam jam tum nimis exiguo lux tempore præsto est.
Hoc signum veniens poterunt prænoscere Nautæ :
jam prope præcipitante licebit visere nocte,
ut sese emergens ostendat (1) Scorpius alte,
posteriore trahens flexum vi corporis Arcum....
Jam supra cernes Arcti caput esse minoris,
et magis erectum ad summum versarier orbem.
Jam sese Orion toto jam corpore condit
extrema prope nocte, et Cepheus conditur ante,
lumborum tenus, a palma depulsus ad undas.
Hic missore vacans fulgens jacet una Sagitta,
quam propter nitens prima convolvitur Ales,
et clinata magis paullo est Aquilonis ad auras.
At propter se Aquila ardenti cum corpore portat,
igniferum mulcens tremebundis æthera pennis,
non nimis ingenti cum corpore, sed grave mœstis
ostendit nautis perturbans æquora signum.
Tum magni curvus Capricorni corpora propter
Delphinus jacet, haud nimio lustratu' nitore,**

---

(1) **Sese ostendens emergit** (J. V. L.).

μεσσόθεν ἠερόεις· τὰ δέ οἱ περὶ τέσσαρα κεῖται
γλήνεα, παρβολάδην δύο πὰρ δύο πεπτηῶτα.
Καὶ τὰ μὲν οὖν Βορέω καὶ ἀλήσιος ἠελίοιο
μεσσηγὺς κέχυται· τὰ δὲ νειόθι τέλλεται ἄλλα
πολλὰ μεταξὺ νότοιο καὶ ἠελίοιο κελεύθου.
Λοξὸς μὲν Ταύροιο τομῇ ὑποκέκλιται αὐτὸς
Ὠρίων. Μὴ κεῖνον ὅτις καθαρῇ ἐνὶ νυκτὶ
ὑψοῦ πεπτηῶτα παρέρχεται, ἄλλα πεποίθοι
οὐρανὸν εἰσανιδὼν προφερέστερα θηήσασθαι.
Τοῖος οἱ καὶ φρουρὸς ἀειρομένῳ ὑπὸ νώτῳ
φαίνεται ἀμφοτέροισι Κυὼν ἐπὶ ποσσὶ βεβηκὼς,
ποικίλος, οὐ μὲν πάντα πεφασμένος· ἀλλὰ κατ' αὐτὴν
γαστέρα κυάνεος περιτέλλεται, ἡ δέ οἱ ἄκρη
ἀστέρι βέβληται δεινὴ γένυς, ὅς ῥα μάλιστα
ὀξέα σειριάει· καί μιν καλέουσ' ἄνθρωποι

præter quadruplices stellas in fronte locatas,
quas intervallum binas disterminat unum :
cetera pars latet, ac tenui cum lumine serpit.
Illæ, quæ fulgent luces ex ore corusco,
sunt inter partes gelidas Aquiloni' locatæ,
atque inter spatium et læti vestigia Solis.
At pars inferior jam pertractanda (1) videtur
inter Solis iter, simul inter flamina venti,
viribus erumpit qua summi spiritus Austri.
Exinde Orion, obliquo corpore nitens,
inferiora tenet truculenti corpora Tauri :
quem qui, suspiciens in cœlum nocte serena,
late dispersum non viderit, haud ita vero
cetera se speret cognoscere signa potesse.
Namque pedes subter rutilo cum lumine claret
fervidus ille Canis stellarum luce refulgens.
Hunc tegit obscurus subter præcordia venter;
nec toto spirans rabido de corpore flammam
æstiferos validis erumpit flatibus ignes :
totus ab ore micans jacitur mortalibus ardor.

(1) « Delphini fusa » (Orell.).

Σείριον. Οὐκέτι κεῖνον ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντα
φυταλιαὶ ψεύδονται ἀναλδέα φυλλιόωσαι·
ῥεῖα γὰρ οὖν ἔκρινε διὰ στίχας ὀξὺς ἀΐξας,
καὶ τὰ μὲν ἔῤῥωσεν, τῶν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα·
(κείνου καὶ κατιόντος ἀκούομεν· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι
σῆμ' ἔμεναι μελέεσσιν ἐλαφρότεροι περίκεινται) (1).
Ποσσὶν δ' Ὠρίωνος ὑπ' ἀμφοτέροισι Λαγωὸς
ἐμμενὲς ἤματα πάντα διώκεται· αὐτὰρ ὅγ' αἰεὶ
Σείριος ἐξόπιθεν φέρεται μετιόντι ἐοικὼς,
καὶ οἱ ἐπαντέλλει, καί μιν κατιόντα δοκεύει.
Ἡ δὲ Κυνὸς μεγάλοιο κατ' οὐρὴν ἕλκεται Ἀργὼ
πρυμνόθεν· οὐ γὰρ τῆγε κατὰ χρέος εἰσὶ κέλευθοι,
ἀλλ' ὄπιθεν φέρεται τετραμμένη, οἷα καὶ αὐταὶ
νῆες, ὅτ' ἤδη ναῦται ἐπιστρέψωσι κορώνην

Hic ubi se pariter cum sole in culmina (2) cœli
extulit, haud patitur foliorum tegmine frustra
suspensos animos arbusta ornata tenere :
nam quorum stirpes tellus amplexa prehendit,
hæc augens anima, vitali flamine mulcet;
at quorum nequeunt radices findere terras,
denudat foliis ramos, et cortice truncos (3)....
Hunc propter, subterque pedes, quos diximus ante,
Orioni' jacet levipes Lepus. Hic fugit, ictus
horrificos metuens rostri tremebundus acuti,
curriculum nunquam defesso corpore sedans.
Nam Canis infesto sequitur vestigia cursu,
præcipitantem agitans, orientem denique paullum.
At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo,
conversam præ se portans cum lumine puppim :
non aliæ naves ut in alto ponere proras
ante solent, rostro Neptunia prata secantes;
sed conversa retro cœli se per loca portat :
sicut, quum cœptant tutos contingere portus,

(1) Desunt illic duo versus.
(2) Lumina (Orell. et H. Steph.).
(3) Hoc in loco a carminibus Arati degredi Cicero « feliciter audet ».

ὅρμον ἐσερχόμενοι· τὴν δ' αὐτίκα πᾶς ἀνακόπτει
νῆα, παλιῤῥοθίη δὲ καθάπτεται ἠπείροιο·
ὣς ἥγε πρύμνηθεν Ἰησονὶς ἕλκεται Ἀργώ.
Καὶ τὰ μὲν ἠερίη καὶ ἀνάστερος ἄχρι παρ' αὐτὸν
ἱστὸν ἀπὸ πρῴρης φέρεται, τὰ δὲ πᾶσα φαεινή.
Καὶ οἱ πηδάλιον κεχαλασμένον ἐστήρικται
ποσσὶν ὑπ' οὐραίοισι Κυνὸς προπάροιθεν ἰόντος.
Τὴν δὲ καὶ οὐκ ὀλίγον περ ἀπόπροθι πεπτηυῖαν
Ἀνδρομέδην μέγα Κῆτος ἐπερχόμενον κατεπείγει.
Ἡ μὲν γὰρ Θρήϊκος ὑπὸ πνοιῇ βορέαο
κεκλιμένη φέρεται, τὸ δέ οἱ νότος ἐχθρὸν ἀγινεῖ
Κῆτος, ὑπὸ Κριῷ τε καὶ Ἰχθύσιν ἀμφοτέροισιν,
βαιὸν ὑπὲρ Ποταμοῦ βεβλημένον ἀστερόεντος.
Οἶον γὰρ κἀκεῖνο θεῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῖται
λείψανον Ἠριδανοῖο, πολυκλαύτου ποταμοῖο.
Καὶ τὸ μὲν Ὠρίωνος ὑπὸ σκαιὸν πόδα τέμνει·

obvertunt navem magno cum pondere nautæ,
aversamque trahunt optata ad littora puppim :
sic conversa vetus super æthera vertitur Argo ;
atque usque a prora ad celsum sine lumine malum,
a malo ad puppim cum lumine clara videtur ;
inde gubernaclum, disperso lumine fulgens,
clari posteriora Canis vestigia condit.
Exin semotam procul in tutoque locatam
Andromedam tamen explorans fera quærere Pistrix
pergit, et usque sitam validas Aquilonis ad auras
cærula vestigat, finita in partibus Austri.
Hanc Aries regit, et squamoso corpore Pisces,
fluminis illustri tangentem corpore ripas.
Namque etiam Eridanum cernes in parte locatum
cœli, funestum magnis cum viribus amnem,
quem lacrymis mœstæ Phaetontis sæpe sorores
sparserunt, lethum mœrenti voce canentes.
Hunc Orionis sub læva cernere planta
serpentem poteris ; proceraque vincla videbis,

δεσμοὶ δ' οὐράνιοι, τοῖς Ἰχθύες ἄκροι ἔχονται,
ἄμφω συμφορέονται ἀπ' οὐραίων κατιόντες,
κητείης δ' ὄπιθεν λοφίης ἐπιμὶξ φορέονται
εἰς ἓν ἐλαυνόμενοι· ἑνὶ δ' ἀστέρι πειραίνονται
Κήτεος, ὃς κείνου πρώτῃ ἐπίκειται ἀκάνθῃ.
Οἱ δ' ὀλίγῳ μέτρῳ, ὀλίγῃ δ' ἐγκείμενοι αἴγλῃ
μεσσόθι πηδαλίου καὶ Κήτεος εἰλίσσονται,
γλαυκοῦ πεπτηῶτες ὑπὸ πλευρῇσι Λαγωοῦ
νώνυμοι· οὐ γὰρ τοίγε τετυγμένου εἰδώλοιο
βεβλέαται μελέεσσιν ἐοικότες, οἷά τε πολλὰ
ἑξείης στιχόωντα παρέρχεται αὐτὰ κέλευθα
ἀνομένων ἐτέων, τά τις ἀνδρῶν οὐκέτ' ἐόντων
ἐφράσατ' ἠδ' ἐνόησεν ἅπαντ' ὀνομαστὶ καλέσσαι
ἤλιθα μορφώσας· οὐ γάρ κ' ἐδυνήσατο πάντων
οἰόθι κεκριμένων ὄνομ' εἰπεῖν οὐδὲ δαῆναι·
πολλοὶ γὰρ πάντῃ, πολέων δ' ἐπὶ ἶσα πέλονται
μέτρα τε καὶ χροιή, πάντες γε μὲν ἀμφιέλικτοι.
Τῷ καὶ ὁμηγερέας οἱ ἐείσατο ποιήσασθαι
ἀστέρας, ὄφρ' ἐπιτὰξ ἄλλῳ παρακείμενος ἄλλος
εἴδεα σημαίνοιεν. Ἄφαρ δ' ὀνομαστὰ γένοντο
ἄστρα, καὶ οὐκέτι νῦν ὑπὸ θαύματι τέλλεται ἀστήρ·

quæ retinent Pisces, caudarum parte locata,
flumine mixta retro ad Pistricis terga reverti:
hic una stella nectuntur, quam jacit ex se
Pistricis spinæ valida cum luce refulgens.
Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ
inter Pistricem fusæ sparsæque videntur,
atque gubernaclum stellæ, quas contegit omnes
formidans acrem morsum Lepus: his neque nomen,
nec formam veteres certam statuisse videntur.
Nam quæ sideribus claris Natura polivit,
et vario pinxit distinguens lumine formas,
hæc ille astrorum custos ratione notavit,
signaque signavit cœlestia nomine vero:

ἀλλ' οἱ μὲν καθαροῖς ἐναρηρότες εἰδώλοισιν
φαίνονται· τὰ δ' ἔνερθε διωκομένοιο Λαγωοῦ
πάντα μάλ' ἠερόεντα καὶ οὐκ ὀνομαστὰ φέρονται.
Νειόθι δ' Αἰγοκερῆος, ὑπὸ πνοιῇσι νότοιο,
Ἰχθὺς ἐς Κῆτος τετραμμένος αἰωρεῖται
οἶος ἀπὸ προτέρων, Νότιον δέ ἑ κικλήσκουσιν.
Ἄλλοι δὲ σποράδην ὑποκείμενοι Ὑδροχοῆϊ
Κήτεος αἰθερίοιο καὶ Ἰχθύος ἠερέθονται
μέσσοι νωχελέες καὶ ἀνώνυμοι· ἐγγύθι δέ σφεων,
δεξιτερῆς ἀπὸ χειρὸς ἀγαυοῦ Ὑδροχόοιο,
οἵη τις τ' ὀλίγη χύσις ὕδατος ἔνθα καὶ ἔνθα
σκιδναμένου, χαροποὶ καὶ ἀναλδέες εἱλίσσονται.
Ἐν δέ σφιν δύο μᾶλλον ἐειδόμενοι φορέονται
ἀστέρες, οὔτε τι πολλὸν ἀπήοροι οὔτε μάλ' ἐγγύς,
εἷς μὲν ὑπ' ἀμφοτέροισι ποσὶν καλός τε μέγας τε
Ὑδροχόου, ὁ δὲ κυανέου ὑπὸ Κήτεος οὐρῇ,
τοὺς πάντας καλέουσιν Ὕδωρ. Ὀλίγοι γε μὲν ἄλλοι

has autem, quæ sunt parvo cum lumine fusæ,
consimili specie stellas, parilique nitore,
non potuit nobis nota clarare figura (1).
Exinde, Australem soliti quem dicere Piscem,
volvitur inferior Capricorno versus ad Austrum,
Pistricem observans, procul illis Piscibus hærens.
At prope conspicies expertes nominis omnes
inter Pistricem et Piscem, quem diximus Austri,
stellas sub pedibus stratas radiantis Aquari.
Propter Aquarius obscurum dextra rigat amnem,
exiguo qui stellarum candore nitescit.
E multis tamen his duo late lumina fulgent :
unum sub magni (2) pedibus cernetur Aquari;
quod superest, gelido delapsum flumine fontis,
spiniferam subter caudam Pistricis adhæsit;
hæ (3) tenues stellæ perhibentur nomine Aquaï.

(1) Hic parum diligens Cicero reperitur interpres.

(2) Ita Aldus, — « magnis » Grot.

(3) Ita Grotius et Orell. — « Et » (J. V. L.).

νειόθι Τοξευτῆρος ὑπὸ προτέροισι πόδεσσιν
ἄγνωτοι κύκλῳ περιηγέες εἱλίσσονται.
Αὐτὰρ ὑπ' αἰθομένῳ κέντρῳ τέραος μεγάλοιο
Σκορπίου, ἄγχι νότοιο, Θυτήριον αἰωρεῖται·
τοῦ δ' ἤτοι ὀλίγον μὲν ἐπὶ χρόνον ὑψόθ' ἐόντος
πεύσεαι· ἀντιπέρην γὰρ ἀείρεται Ἀρκτούροιο.
Καὶ τῷ μὲν μάλα πάγχυ μετήοροί εἰσι κέλευθοι
Ἀρκτούρῳ, τὸ δὲ θᾶσσον ὑφ' ἑσπερίην ἅλα νεῖται.
Ἀλλ' ἄρα καὶ περὶ κεῖνο Θυτήριον ἀρχαίη Νὺξ,
ἀνθρώπων κλαίουσα πόνον, χειμῶνος ἔθηκεν
εἰναλίου μέγα σῆμα. Κεδαιόμεναι γὰρ ἐκείνῃ
νῆες ἀπὸ φρενός εἰσι· τὰ δ' ἄλλοθεν ἄλλα πιφαύσκει
σήματ', ἐποικτείρουσα πολυῤῥοθίους ἀνθρώπους.
Τῷ μή μοι πελάγει νεφέων εἰλυμένον ἀχλυῖ
εὔχεο μεσσόθι κεῖνο φανήμεναι οὐρανῷ ἄστρον,
αὐτὸ μὲν ἀνέφελόν τε καὶ ἀγλαὸν, ὕψι δὲ μᾶλλον
κυμαίνοντι νέφει πεπιεσμένον, οἷά τε πολλὰ

Hic aliæ volitant parvo cum lumine claræ,
atque priora pedum subeunt vestigia magni
Arcitenentis, et obscuræ sine nomine cedunt.
Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri,
exiguo superum quæ lumina tempore tranat :
nam procul Arcturo est adversa parte locata.
Arcturo magnum spatium supra (1) dedit orbem
Juppiter; huic parvum inferiore in parte locavit.
Hæc tamen æterno invisens loca curriculo Nox,
signa dedit nautis, cuncti quæ noscere possent,
commiserans hominum metuendos undique casus.
Nam quum fulgentem cernes sine nubibus atris
Aram, sub media cœli regione locatam,
a summa parte obscura caligine tectam,
Tum validis fugito devitans viribus Austrum :
quem si prospiciens vitaveris, omnia caute

(1) « Supera » (Orell.).

θλίβετ' ἀναστέλλοντος ὀπωρινοῦ ἀνέμοιο.
Πολλάκι γὰρ καὶ τοῦτο νότῳ ἔπι σῆμα τιτύσκει
νὺξ αὐτὴ, μογεροῖσι χαριζομένη ναύτῃσιν.
Οἱ δ' εἰ μέν κε πίθωνται ἐναίσιμα σημαινούσῃ,
αἶψά τε κοῦφά τε πάντα καὶ ἄρτια ποιήσωνται,
αὐτίκ' ἐλαφρότερος πέλεται πόνος· εἰ δέ κε νηῒ
ὑψόθεν ἐμπλήξῃ δεινὴ ἀνέμοιο θύελλα
αὔτως ἀπρόφατος, τὰ δὲ λαίφεα πάντα ταράξῃ,
ἄλλοτε μὲν καὶ πάμπαν ὑπόβρυχα ναυτίλλονται,
ἄλλοτε δ', αἴ κε Διὸς παρανισσομένοιο τύχωσιν
εὐχόμενοι, Βορέω δὲ παρατρέψῃ ἀνέμου ἴς,
πολλὰ μάλ' ὀτλήσαντες ὅμως πάλιν ἐσκέψαντο
ἀλλήλους ἐπὶ νηΐ. Νότον δ' ἐπὶ σήματι τούτῳ
δείδιθι, μέχρι Βορῆος ἀπαστράψαντος ἴδηαι.
Εἰ δέ κεν ἑσπερίης μὲν ἁλὸς Κενταύρου ἀπείη
ὦμος ὅσον προτέρης, ὀλίγη δέ μιν εἰλύοι ἀχλὺς
αὐτὸν, ἀτὰρ μετόπισθεν ἐοικότα σήματα τεύχοι
νὺξ ἐπὶ παμφανόωντι Θυτηρίῳ, οὔ σε μάλα χρὴ
ἐς νότον, ἀλλ' εὔροιο περισκοπέειν ἀνέμοιο.
Δήεις δ' ἄστρον ἐκεῖνο δύω ὑποκείμενον ἄλλοις·

armamenta locans, tuto labere per undas.
Sin gravis inciderit vehementi flamine ventus,
perfringet celsos defixo robore malos :
ut res nulla feras possit mulcere procellas,
ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem
cœperit, et subitis auris diduxerit Ara (1).
Sin humeros medio in cœlo Centaurus habebit,
ipseque cærulea contextus nube feretur,
atque Aram tenui caligans vestiet umbra,
ad signorum obitum vis est metuenda Favoni.
Ille autem Centaurus in alta sede locatus,

(1) Difficillimum est in eodem loco Arati verba sequi.

τοῦ γάρ τοι τὰ μὲν ἀνδρὶ ἐοικότα νειόθι κεῖται
Σκορπίου, ἱππούραια δ' ὑπὸ σφίσι Χηλαὶ ἔχουσιν.
Αὐτὰρ ὁ δεξιτερὴν αἰεὶ τανύοντι ἔοικεν
ἀντία δινωτοῖο Θυτηρίου. Ἐν δέ οἱ ἀπρὶξ
ἄλλο μάλ' ἐσφήκωται, ἐληλάμενον διὰ χειρὸς,
Θηρίον· ὣς γάρ μιν πρότεροι διεφημίξαντο.
Ἀλλ' ἔτι γάρ τε καὶ ἄλλο περαιόθεν ἕλκεται ἄστρον·
Ὕδρην μιν καλέουσι. Τὸ δὲ ζώοντι ἐοικὸς
ἠνεκὲς εἱλεῖται, καί οἱ κεφαλὴ ὑπὸ μέσσον
Καρκίνον ἱκνεῖται, σπείρη δ' ὑπὸ σῶμα Λέοντος·
οὐρὴ δὲ κρέμαται ὑπὲρ αὐτοῦ Κενταύροιο.
Μέσσῃ δὲ σπείρῃ Κρητὴρ, πυμάτῃ δ' ἐπίκειται
εἴδωλον Κόρακος σπείρην κόπτοντι ἐοικός.
Καὶ μὴν καὶ Προκύων Διδύμοις ὕπο καλὰ φαείνει.
Ταῦτά κε θηήσαιο παρερχομένων ἐνιαυτῶν
ἐξείης παλίνωρα· τὰ γὰρ καὶ πάντα μάλ' αὔτως

qua sese clarum collucens Scorpius infert,
hunc subter (1), partem præportans ipse virilem,
cedit, equi partes properans subjungere Chelis.
Hic dextram porgens , Quadrupes qua vasta tenetur,
quam nemo certo donavit nomine Graium,
tendit, et illustrem truculentus cedit (2) ad aram.
Hic sese infernis de partibus erigit Hydra
præcipiti lapsu, flexo cum corpore serpens.
Hæc caput atque oculos torquens ad terga Nepaï,
convexoque sinu subiens inferna Leonis,
Centaurum leni contingit lubrica cauda :
in medioque sinu fulgens Cratera relucet.
Extremum nitens plumato corpore Corvus
rostro tundit, et hic Geminis est ille sub ipsis
Ante-Canem, Graio « Προκύων » qui nomine fertur.
Hæc sunt, quæ visens nocturno tempore signa,
æternumque volens mundi pernoscere motum,

---

(1) « Hæc subter » (J. V. L.).

(2) « Cædit » (Orell.), quod « cedit » vel propter putidam repetitionem tolerandum non erat. »

οὐρανῷ εὖ ἐνάρηρεν ἀγάλματα νυκτὸς ἰούσης.
Οἱ δ' ἐπιμὶξ ἄλλοι πέντ' ἀστέρες, οὐδὲν ὁμοῖοι
πάντοθεν εἰδώλων δυοκαίδεκα δινεύονται·
οὐκ ἂν ἔτ' εἰς ἄλλους ὁρόων ἐπιτεκμήραιο
κείνων, ἧχι κέονται, ἐπεὶ πάντες μετανάσται.
Μακροὶ δέ σφεών εἰσιν ἑλισσομένων ἐνιαυτοί,
μακρὰ δὲ σήματα κεῖται ἀπόπροθεν εἰς ἓν ἰόντων.
Οὐκέτι θαρσαλέος κείνων ἐγὼ ἄρκιος εἴην
ἀπλανέων τά τε κύκλα τά τ' αἰθέρι σήματ' ἐνισπεῖν.
Ἤτοι μὲν τάγε κεῖται ἀλίγκια δινωτοῖσιν
τέσσαρα, τῶν κε μάλιστα ποθὴ ὄφελός τε γένοιτο
μέτρα περισκοπέοντι κατανομένων ἐνιαυτῶν.
Σήματα δ' εὖ μάλα πᾶσιν ἐπιῤῥήδην περίκειται
πολλά τε καὶ σχεδόθεν πάντῃ συνεεργμένα πάντα.
Αὐτοὶ δ' ἀπλατέες καὶ ἀρηρότες ἀλλήλοισιν

**legitimo cernes cœlum lustrantia cursu.
Nam quæ per bis sex signorum labier orbem
quinque solent stellæ, simili ratione notari
non possunt; quia quæ faciunt vestigia cursu,
non eodem semper spatio portata teruntur :
sic malunt errare vagæ per nubila cœli,
atque suos vario motu metirier orbes.
Hæc faciunt magnos longinqui temporis annos,
quum redeunt ad idem cœli sub tegmine signum.
Quarum ego nunc nequeo tortos evolvere cursus;
verum hæc, quæ semper certo volvuntur in orbe
fixa, simul magnos edicam (1) gentibus orbes.
Quattuor, æterno lustrantes lumine mundum,
orbes stelligeri portantes signa feruntur,
amplexi terras, cœli sub tegmine fulti :
e quibus annorum volitantia limina nosces,
quæ densis distincta licebit cernere signis.
Tum multos (2) orbes magno cum lumine latos,**

---

(1) « Edemus » (Orell.).
(2) « Tam magnos » (Orell.).

πάντες· ἀτὰρ μέτρῳ γε δύω δυσὶν ἀντιφέρονται.
Εἴ ποτέ τοι νυκτὸς καθαρῆς, ὅτε πάντας ἀγαυοὺς
ἀστέρας ἀνθρώποις ἐπιδείκνυται οὐρανίη νύξ,
οὐδέ τις ἀδρανέων φέρεται διχόμηνι σελήνῃ,
ἀλλὰ τάγε κνέφαος διαφαίνεται ὀξέα πάντα,
εἴ ποτέ τοι τῆμόσδε περὶ φρένας ἵκετο θαῦμα
σκεψαμένῳ πάντῃ κεκεασμένον εὐρέϊ κύκλῳ
οὐρανόν, ἢ καί τίς τοι ἐπιστὰς ἄλλος ἔδειξεν
κεῖνο περιγληνὲς τροχαλόν, Γάλα μιν καλέουσιν.
Τῷ δ' ἤτοι χροιὴν μὲν ἀλίγκιος οὐκέτι κύκλος
δινεῖται, τὰ δὲ μέτρα τόσοι πισύρων περ ἐόντων
οἱ δύο, τοὶ δέ σφεων μέγα μείονες εἱλίσσονται.
Τῶν ὁ μὲν ἐγγύθεν ἐστὶ κατερχομένου Βορέαο.
Ἐν δέ οἱ ἀμφότεραι κεφαλαὶ Διδύμων φορέονται,
ἐν δέ τε γούνατα κεῖται ἀρηρότος Ἡνιόχοιο,
λαιὴ δὲ κνήμη καὶ ἀριστερὸς ὦμος ἐπ' αὐτῷ

vinctos inter sese et nodis cœlestibus aptos,
atque pari spatio duo cernes esse duobus.
Nam sic nocturno cognoscens (1) tempore cœlum,
quum neque caligans detersit sidera nubes,
nec pleno stellas superavit lumine Luna,
vidisti magnum candentem serpere circum :
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.
Hic non perpetuum detexens conficit orbem.
Quattuor huic simili nitentes mole feruntur;
sed spatio multum superis præstare duobus
dicitur, et late cœli lustrare cavernas.
Quorum alter tangens Aquilonis vertitur auras,
ora petens Geminorum illustria. Tum genus ardens
in sese retinens Aurigæ portat utrumque.
Hunc sura læva Perseus humeroque sinistro

(1) « Convisens » (Orell.).

Περσέος, Ἀνδρομέδης δὲ μέσην ἀγκῶνος ὕπερθεν
δεξιτερὴν ἐπέχει· τόγε μὲν θέναρ ὑψόθι κεῖται
ἀσσότερον Βορέαο, νότῳ δ' ἐπικέκλιται ἀγκών.
Ὁπλαὶ δ' Ἵππειοι, καὶ ὑπαύχενον Ὀρνίθειον
ἄκρῃ σὺν κεφαλῇ καλοί τ' Ὀφιούχεοι ὦμοι
αὐτὸν δινεύονται ἐληλαμένοι περὶ κύκλον.
Ἡ δ' ὀλίγον φέρεται νοτιωτέρη, οὐδ' ἐπιβάλλει,
Παρθένος, ἀλλὰ Λέων καὶ Καρκίνος. Οἱ μὲν ἄρ' ἄμφω
ἑξείης κέαται βεβλημένοι, αὐτὰρ ὁ κύκλος
τὸν μὲν ὑπὸ στῆθος καὶ γαστέρα μέχρι παρ' αἰδῶ
τέμνει, τὸν δὲ διηνεκέως ὑπένερθε χελείου
Καρκίνον, ἧχι μάλιστα διχαιόμενόν κε νοήσαις
ὀρθὸν, ἵν' ὀφθαλμοὶ κύκλου ἑκάτερθεν ἴοιεν.
Τοῦ μὲν, ὅσον γε μάλιστα, δι' ὀκτὼ μετρηθέντος,
πέντε μὲν ἔνδια στρέφεται καθ' ὑπέρτερα γαίης,
τὰ τρία δ' ἐν περάτῃ· θέρεος δέ οἱ ἐν τροπαί εἰσιν.

tangit : at Andromedæ (1) hic dextra de parte tenetur,
imponitque pedes duplices Equus; et simul Ales
ponit avis caput, et clinato corpore tergum.
Anguitenens humeris connititur : illa recedens
Austrum consequitur devitans corpore Virgo.
At vero totum spatium convestit et (2) orbis
magnu' Leo, et claro collucens lumine Cancer,
in quo consistens convertit curriculum Sol
æstivus, medio distinguens corpore cursus.
Hic totus medius circo disjungitur; iste
pectoribus validis atque alvo possidet orbem.
Hunc octo in partes divisum noscere circum
si potes, invenies supero convertier orbe
quinque, pari spatio partes tres esse relictas,
tempore nocturno quas vis inferna frequentes.

(1) « Ad Andromedam » (J. V. L.). — « At Andromeda » (Orell.). — « At Andromedæ » (Grot.).

(2) « Convestiet » (Orell.).

Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Βορέω περὶ Καρκίνον ἐστήρικται.
Ἄλλος δ' αἰτιόωντι νότῳ μέσον Αἰγοκερῆα
τέμνει καὶ πόδας Ὑδροχόου καὶ ήτεος οὐρήν·
ἐν δέ οἵ ἐστι Λαγωός· ἀτὰρ Κυνὸς οὐ μάλα πολλὴν
αἴνυται, ἀλλ' ὁπόσην ἐπέχει ποσίν· ἐν δέ οἱ Ἀργὼ
καὶ μέγα Κενταύροιο μετάφρενον, ἐν δέ κε κέντρον
Σκορπίου· ἐν καὶ τόξον ἀγαυοῦ Τοξευτῆρος,
τὸν πύματον καθαροῖο παρερχόμενος βορέαο
ἐς νότον ἠέλιος φέρεται, τρέπεταί γε μὲν αὐτοῦ
χειμέριος, καί οἱ τρία μὲν περιτέλλεται ὑψοῦ
τῶν ὀκτὼ, τὰ δὲ πέντε κατώρυχα δινεύονται.
Μεσσόθι δ' ἀμφοτέρων, ὅσσος πολιοῖο γάλακτος,
γαῖαν ὑποστρέφεται κύκλος διχόωντι ἐοικώς·
ἐν δέ οἱ ἤματα νυξὶν ἰσαίεται ἀμφοτέρῃσιν,
φθίνοντος θέρεος, τότε δ' εἴαρος ἱσταμένοιο.
Σῆμα δέ οἱ Κριὸς Ταύροιό τε γούνατα κεῖται,

Ille quidem a Boreæ (1) Cancro connectitur auris;
alter ab infernis contra connititur austris :
distribuens medium subter secat hic Capricornum,
atque pedes gelidum rivum fundentis Aquari,
cæruleamque feræ caudam Pistricis, et illum
fulgentem Leporem, inde pedes Canis et simul amplam
argolicam retinet crebro cum lumine navem :
tergaque Centauri atque Nepai portat acumen;
inde Sagittari defixum possidet arcum.
Hunc, a clarisonis auris Aquilonis ad austrum
cedens, postremum tangit rota fervida Solis :
exinde in superas brumali tempore flexu
se recipit sedes : huic orbi quinque tributæ
nocturnæ partes, supera tres luce dicantur.
Hosce inter mediam partem retinere videtur
tantus quantus erit collucens Lacteus orbis;
in quo autumnali atque iterum Sol lumine verno
exæquat spatium lucis cum tempore noctis.

(1) Secutus sum J. V. Lecl., qui lectionem Grotii admisit.

Κριὸς μὲν κατὰ μῆκος ἐληλαμένος διὰ κύκλου,
Ταύρου δὲ σκελέων ὅσση περιφαίνεται ὀκλάξ.
Ἐν δέ τέ οἱ ζώνη εὐφεγγέος Ὠρίωνος
καμπή τ' αἰθομένης Ὕδρης· ἐνί οἱ καὶ ἐλαφρὸς
Κρητὴρ, ἐν δὲ Κόραξ, ενὶ δ' ἀστέρες οὐ μάλα πολλοὶ
Χηλάων· ἐν τῷ δ' Ὀφιούχεα γοῦνα φορεῖται.
Οὐ μὴν Αἰητοῦ ἀπομείρεται, ἀλλά οἱ ἐγγὺς
Ζηνὸς ἀητεῖται μέγας ἄγγελος. Ἡ δὲ κατ' αὐτὸν
Ἱππείη κεφαλὴ καὶ ὑπαύχενον εἱλίσσονται.
Τοὺς μὲν παρϐολάδην ὀρθοὺς περιϐάλλεται ἄξων,
μεσσόθι πάντας ἔχων· ὁ δὲ τέτρατος ἐσφήκωται
λοξὸς ἐν ἀμφοτέροις, οἵ μίν ῥ' ἑκάτερθεν ἔχουσιν
ἀντιπέρην τροπικοὶ, μέσσος δέ ἑ μεσσόθι τέμνει.
Οὔ κεν Ἀθηναίης χειρῶν δεδιδαγμένος ἀνὴρ
ἄλλῃ κολλήσαιτο κυλινδόμενα τροχάλεια
τοῖά τε καὶ τόσα πάντα περισφαιρηδὸν ἑλίσσων,

Hunc retinens Aries sublucet corpore totus,
atque genu flexo Taurus connititur ingens;
Orion claro contingens corpore fertur;
Hydra tenet flexu; Cratera et Corvus adhæret;
et paucæ e Chelis stellæ : simul Anguitenentis
sunt genua, et summi Jovis Ales nuntius instat;
propter Equus capite et cervicum lumine tangit.
Hosce æquo spatio devinctos sustinet Axis,
per medios summo cœli de vertice tranans.
Ille autem claro quartus cum lumine circus
partibus extremis extremos continet orbes,
et simul a medio media de parte secatur,
atque obliquus in his nitens cum lumine fertur :
ut nemo, cui sancta manu doctissima Pallas
sollertem ipsa dedit fabricæ rationibus artem,
tam tornare (1) cate contortos possiet orbes,

(1) Ter ap. Cicer. legitur : *Phæn.* Arat.; *de Univ.*, 6, et *de Repub.*, I, 12.

ὡς τάγ' ἐναιθέρια πλαγίῳ συναρηρότα κ κλῳ
ἐξ ἠοῦς ἐπὶ νύκτα διώκεται ἤματα πάντα.
Καὶ τὰ μὲν ἀντέλλει καὶ ἀντία νειόθι δύνει
πάντα παραϐλήδην· μία δέ σφεών ἐστιν ἑκάστου
ἐξείης ἑκάτερθε κατηλυσίη τ' ἄνοδός τε.
Αὐτὰρ ὅγ' ὠκεανοῦ τόσσον παραμείϐεται ὕδωρ,
ὅσσον ἀπ' Αἰγοκερῆος ἀνερχομένοιο μάλιστα
Καρκίνον εἰς ἀνιόντα κυλίνδεται· ὅσσον ἁπάντῃ
ἀντέλλων ἐπέχει, τόσσον γε μὲν ἄλλοθι δύνων.
Ὅσσον δ' ὀφθαλμοῖο βολὶς ἀποτείνεται αὐγῇ,
ἑξάκις ἂν τόσση μιν ὑπεκδράμοι· αὐτὰρ ἑκάστη
ἴση μετρηθεῖσα δύω περιτέμνεται ἄστρα.
Ζωΐδιον δέ ἑ κύκλον ἐπίκλησιν καλέουσιν·
τῷ ἔνι Καρκίνος ἐστὶ, Λέων δ' ἐπὶ τῷ, καὶ ὑπ' αὐτὸν
Παρθένος· αἱ δ' ἐπί οἱ Χηλαὶ καὶ Σκορπίος αὐτὸς

quam sunt in cœlo divino numine flexi,
terram cingentes, ornantes lumine mundum,
culmine transverso retinentes sidera fulta.
Quattuor hi motu cuncti volvuntur eodem :
sed tantum supra (1) terras semper tenet ille
curriculum oblique implexus tribus orbibus unus,
quanto est divisus Cancer spatio a Capricorno ;
at subter terras spatium pars esse necesse est.
Et quantos radios jacimus de lumine nostro,
queis hunc convexum cœli contingimus orbem,
sex tantæ poterunt sub eum succedere partes,
bina pari spatio cœlestia signa tenentes.
Zodiacum hunc Græci vocitant, nostrique Latini
orbem signiferum perhibebunt nomine vero;
nam gerit hic volvens bis sex ardentia signa.
Æstifer est pandens ferventia sidera Cancer :
hunc subter fulgens cedit vis torva Leonis,
quem rutilo sequitur colluscens corpore Virgo;
exin prosectæ claro cum lumine Chelæ,
ipsaque consequitur lucens vis magna Nepaï :

(1) « Supera » (Orell.).

Τοξευτής τε καὶ Αἰγοκέρως, ἐπὶ δ' Αἰγοκερῆϊ
Ὑδροχόος· δύο δ' αὐτὸν ὕπ' Ἰχθύες ἀστερόωνται,
τοὺς δὲ μετὰ Κριός, Ταῦρος δ' ἐπὶ τῷ Δίδυμοί τε.
Ἐν τοῖς ἠέλιος φέρεται δυοκαίδεκα πᾶσιν
πάντ' ἐνιαυτὸν ἄγων, καί οἱ περὶ τοῦτον ἰόντι
κύκλον ἀέξονται πᾶσαι ἐπικάρπιοι ὧραι.
Τοῦ δ' ὅσσον κοίλοιο κατ' ὠκεανοῖο δύηται,
τόσσον ὑπὲρ γαίης φέρεται· πάσῃ δ' ἐπὶ νυκτὶ
ἓξ αἰεὶ δύνουσι δυωδεκάδες κύκλοιο,
τόσσαι δ' ἀντέλλουσι. Τόσον δ' ἐπὶ μῆκος ἑκάστη
νὺξ αἰεὶ τετάνυσται, ὅσον τέ περ ἥμισυ κύκλου
ἀρχομένης ἀπὸ νυκτὸς ἀείρεται ὑψόθι γαίης.
Οὔ κεν ἀπόβλητον δεδοκημένῳ ἤματος εἴη
μοιράων σκέπτεσθαι ὅτ' ἀντέλλῃσιν ἑκάστη·
αἰεὶ γὰρ τάωνγε μιῇ συνανέρχεται αὐτὸς
ἠέλιος. Τὰς δ' ἄν κε περισκέψαιο μάλιστα
εἰς αὐτὰς ὁρόων· ἀτὰρ εἰ νεφέεσσι μέλαιναι

inde Sagittipotens dextra flexum tenet arcum;
post hunc ore fero Capricornus vadere pergit;
humidus inde loci collucet Aquarius orbi:
exin squamigeri serpentes ludere Pisces,
queis comes est Aries obscuro lumine labens,
inflexoque genu projecto corpore Taurus,
et Gemini clarum jactantes lucibus ignem.
Hæc sol æterno convestit lumine lustrans,
annua conficiens vertentia tempora cursus.
Hic quantum terris convexus pellitur orbis,
tantumdem ille patens supra mortalibu' cedit (1).
Sex omni semper cedunt labentia nocte,
tot cœlum rursus fugientia signa revisunt.
Hoc spatium tranans cæcis nox conficit umbris,
quod supra terras prima de nocte relictum,
signifero ex orbe et signorum ex ordine fultum.
Quod si solis aves certos cognoscere cursus,

(1) Ita Orellius; « mortalibus exit » (J. V. L.).

γίνοιντ' ἢ ὄρεος κεκρυμμέναι ἀντέλλοιεν,
σήματ' ἐπερχομένῃσιν ἀρηρότα ποιήσασθαι.
Αὐτὸς δ' ἂν μάλα τοι κεραίον ἑκάτερθε διδοίη
Ὠκεανὸς, τάτε πολλὰ περιστρέφεται ἑοῖ αὐτῷ,
νειόθεν ὁππῆμος κείνων φορέῃσιν ἑκάστην.
Οὔ οἱ ἀφαυρότατοι, ὅτε Καρκίνος ἀντέλλῃσιν,
ἀστέρες ἀμφοτέρωθεν ἑλισσόμενοι περίκεινται,
τοὶ μὲν δύνοντες, τοὶ δ' ἐξ ἑτέρης ἀνιόντες.
Δύνει μὲν Στέφανος, δύνει δὲ κατὰ ῥάχιν Ἰχθύς·
ἥμισυ μέν κεν ἴδοιο μετήορον, ἥμισυ δ' ἤδη
ἐσχατιαὶ βάλλουσι κατερχομένου Στεφάνοιο.
Αὐτὰρ ὁ γνὺξ ὄπιθεν τετραμμένος ἄλλα μὲν οὔπω
γαστέρι νειαίρῃ, τὰ δ' ὑπέρτερα νυκτὶ φορεῖται.
Τὸν δὲ καὶ εἰς ὤμους κατάγει μογερὸν Ὀφιοῦχον
Καρκίνος ἐκ γονάτων, κατάγει δ' Ὄφιν αὐχένος ἐγγύς.
Οὐδ' ἂν ἔτ' Ἀρκτοφύλαξ εἴη πολὺς ἀμφοτέρωθεν,

ortus signorum nocturno tempore vises;
nam semper signum exoriens Titan trahit unum.
Sin autem officiens signis mons obstruit altus,
aut adiment lucem cæca caligine nubes,
certas ipse notas cœli de tegmine sumens,
ortus atque obitus omnes cognoscere possis.
Quæ simul exsistant, cernes; quæ tempore eodem
præcipitent obitum nocturno tempore nosces.
Jam simul ut supero se totum lumine Cancer
extulit, extemplo cedit delapsa Corona,
et loca convisit cauda tenus infera Piscis.
Dimidiam retinet (1) stellis distincta Corona,
partem etiam supra atque alia de parte repulsa;
quam tamen insequitur Piscis, nec totus ad umbras
tractus, sed supero contectus corpore cedit:
atque humeros usque a genibus clarumque recondit
Anguitenens validis magnum a cervicibus Anguem.
Jam vero Arctophylax non æqua parte secatur;

(1) « Retinens »... « repulsa est. » (J. V. L.).

μείων ἠμάτιος, τὸ δ' ἐπιπλέον ἔννυχος ἤδη
τέτρασι γὰρ μοίραις ἄμυδις κατιόντα Βοώτην
ὠκεανὸς δέχεται· ὁ δ' ἐπὴν φάεος κορέσηται,
βουλυτῷ ἐπέχει πλεῖον δίχα νυκτὸς ἰούσης,
ἦμος ὅτ' ἠελίοιο κατερχομένοιο δύηται·
κεῖναί οἱ καὶ νύκτες ἐπ' ὀψὲ δύοντι λέγονται.
Ὧς οἱ μὲν δύνουσιν, ὁ δ' ἀντίος οὐδὲν ἀεικὴς,
ἀλλ' εὖ μὲν ζώνῃ εὖ δ' ἀμφοτέροισι φαεινὸς
ὤμοις Ὠρίων, ξίφεός γε μὲν ἶφι πεποιθὼς,
πάντα φέρων ποταμὸν, κέραος παρατείνεται ἄλλου.
Ἐρχομένῳ δὲ Λέοντι τὰ μὲν κατὰ πάντα φέρονται
Καρκίνῳ ὅσσ' ἐδύοντο, καὶ Αἰετός. Αὐτὰρ ὅγε γνὺξ
ἥμενος ἄλλα μὲν ἤδη, ἀτὰρ γόνυ καὶ πόδα λαιὸν
οὔπω κυμαίνοντος ὑποστρέφει ὠκεανοῖο.
Ἀντέλλει δ' Ὕδρης κεφαλὴ χαροπός τε Λαγωὸς
καὶ Προκύων πρότεροί τε πόδες Κυνὸς αἰθομένοιο.

nam brevior clara cœli de parte videtur,
amplior infernas depulsus possidet umbras.
Quattuor hic obiens secum deducere signa
signifero solet ex orbi : tum serius ille,
quum supera sese satiavit luce, recedit,
post mediam labens claro cum corpore noctem.
Hæc obscura tenens convestit sidera tellus;
at parte ex alia claris cum lucibus errat
Orion, humeris et lato pectore fulgens,
et dextra retinens non cassum luminis ensem.
Sed quum de terris vis est patefacta Leonis,
omnia, quæ Cancer præclaro detulit ortu,
cedunt obscurata; simul vis magna Aquilaï
pellitur, ac flexo considens corpore Nixus
jam supero ferme depulsus lumine cedit;
sed lævum genus atque illustrem linquit in alto
plantam. Tum contra exoritur clarum caput Hydræ,
et Lepus, et Procyon, qui sese fervidus infert
Ante Canem; inde Canis vestigia prima videntur.

Οὐ μέν θην ὀλίγους γαίης ὑπὸ νείατα βάλλει
Παρθένος ἀντέλλουσα. Λύρη τότε Κυλληναίη
καὶ Δελφὶς δύνουσι καὶ εὐποίητος Ὀϊστός·
σὺν τοῖς Ὄρνιθος πρῶτα πτερὰ μέσφα παρ' αὐτὴν
οὐρὴν καὶ Ποταμοῖο παρηορίαι σκιόωνται.
Δύνει δ' Ἱππείη κεφαλή, δύνει δὲ καὶ αὐχήν·
ἀντέλλει δ' Ὕδρη μὲν ἐπιπλέον ἄχρι παρ' αὐτὸν
Κρητῆρα. Φθάμενος δὲ Κύων πόδας αἴνυται ἄλλους,
ἕλκων ἐξόπιθεν πρύμνην πολυτειρέος Ἀργοῦς.
Ἡ δὲ θέει γαίης ἱστὸν διχόωσα κατ' αὐτὸν,
Παρθένος ἦμος ἅπασα περαιόθεν ἄρτι γένηται.
Οὐδ' ἂν ἐπερχόμεναι Χηλαὶ καὶ λεπτὰ φάουσαι
ἄφραστοι παρίοιεν, ἐπεὶ μέγα σῆμα Βοώτης
ἀθρόος ἀντέλλει βεβολημένος Ἀρκτούροιο·
Ἀργὼ δ' αὖ μάλα πᾶσα μετήορος ἵσταται ἤδη·

Non pauca e cœlo depellens signa repente,
exoritur pandens illustria lumina (1) Virgo.
Cedit clara Fides Cyllenia, mergitur unda
Delphinus, simul obtegitur depulsa Sagitta,
atque Avis ad summam caudam primasque recedit
pinnas, et magnus pariter delabitur Amnis.
Hic Equus a capite et longa cervice latescit :
longius exoritur jam claro corpore Serpens,
crateraque tenus lucet mortalibus Hydra.
Inde pedes Canis ostendit jam posteriores,
et post ipse trahit claro cum lumine Puppim :
insequitur labens per cœli limina Navis,
et quum jam toto processit corpore Virgo,
hæc medium ostendit radiato stipite malum.
At quum procedunt obscuro corpore Chelæ,
exsistit pariter larga cum luce Bootes,
cujus in adversum est Arcturus corpore fixus ;
totaque jam supra fulgens prolabitur Argo ;

(1) ... « candens illustri lumine. » (J. V. L.)

ἀλλ' Ὕδρη (κέχυται γὰρ ἐν οὐρανῷ ἤλιθα πολλὴ)
οὐρῆς ἂν δεύοιτο. Μόνην δ' ἐπὶ Χηλαὶ ἄγουσιν
[δεινὸν ἐφηστηῶτ' Ὀφιούχεα· τοῦ μὲν ἔπειτα]
δεξιτερὴν κνήμην, αὐτῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις,
αἰεὶ γνὺξ, αἰεὶ δὲ Λύρῃ παραπεπτηῶτος,
ὅντινα τοῦτον ἄϊστον ὑπουρανίων εἰδώλων,
ἀμφότερον δύνοντα καὶ ἐξ ἑτέρης ἀνιόντα
πολλάκις αὐτονυχὶ θηεύμεθα. Τοῦ μὲν ἄρ' οἴη
κνήμη σὺν Χηλῇσι φαείνεται ἀμφοτέρῃσιν·
αὐτὸς δ' ἐς κεφαλὴν ἔτι που τετραμμένος ἄλλῃ
Σκορπίον ἀντέλλοντα μένει καὶ ῥύτορα Τόξου·
οἱ γάρ μιν φορέουσιν, ὁ μὲν μέσον ἄλλα τε πάντα,
χεῖρα δέ οἱ σκαιὴν κεφαλήν θ' ἅμα Τόξον ἀγινεῖ.
Ἀλλ' ὁ μὲν ὣς τρίχα πάντα καταμελεϊστὶ φορεῖται·
ἥμισυ δὲ Στεφάνοιο καὶ αὐτὴν ἔσχατον οὐρὴν
Κενταύρου φορέουσιν ἀνερχόμεναι ἔτι Χηλαί.
Τῆμος ἀποιχομένην κεφαλὴν μεταδύεται Ἵππος,

Hydraque, quod late cœlo dispersa tenetur,
nondum tota patet; nam caudam protegit umbra.
Jam dextrum genus et decoratam lumine suram
erigit ille vacans vulgato nomine Nixus,
qui Fidis Arcadicæ semper confinia tangit (1).
Quem nocte exstinctum atque exortum vidimus una
persæpe, ut parvum tranans geminaverit orbem.
Hic genus et suram cum Chelis erigit alte;
ipse autem præceps obscura nocte tenetur,
dum Nepa et Arcitenens invisant lumina cœli;
nam secum medium pandet Nepa; tollere vero
in cœlum totum exoriens conabitur Arcus.
Hic tribus elatum cum signis corpore toto
lucet; at exoritur media de parte Corona,
caudaque Centauri extremo candore refulget.
Hic se jam totum cæcas Equus abdit in umbras,

(1) Quem Ciceroni J. V. Leclercq., Grotio tribuit versum Orellius.

καὶ προτέρου Ὄρνιθος ἐφέλκεται ἔσχατος οὐρή.
Δύνει δ' Ἀνδρομέδης κεφαλή· τὸ δέ οἱ μέγα δεῖμα
Κήτεος ἠερόεις ἐπάγει νότος· ἀντία δ' αὐτὸς
Κηφεὺς ἐκ βορέω μεγάλῃ ἀνὰ χειρὶ κελεύει.
Καὶ τὸ μὲν ἐς λοφιὴν τετραμμένον ἄχρι παρ' αὐτὴν
δύνει, ἀτὰρ Κηφεὺς κεφαλῇ καὶ χειρὶ καὶ ὤμῳ.
Καμπαὶ δ' ἂν Ποτάμοιο καὶ αὐτίκ' ἐπερχομένοιο
Σκορπίου ἐμπίπτοιεν ἐϋῤῥόου ὠκεανοῖο·
ὃς καὶ ἐπερχόμενος φοβέει μέγαν Ὠρίωνα.
Ἄρτεμις ἱλήκοι· προτέρων λόγος, οἵ μιν ἔφαντο
ἑλκῆσαι πέπλοιο, Χίῳ ὅτε θήρια πάντα
καρτερὸς Ὠρίων στιβαρῇ ἐπέκοπτε κορύνῃ,
θήρης ἀρνύμενος κείνῳ χάριν Οἰνοπίωνι.
Ἡ δέ οἱ ἐξ αὐτῆς ἐπετείλατο θήριον ἄλλο,
νήσου ἀναῤῥήξασα μέσας ἑκάτερθε κολώνας,
Σκορπίον, ὅς ῥά μιν οὖτα καὶ ἔκτανε πολλὸν ἐόντα
πλειότερος προφανείς, ἐπεὶ Ἄρτεμιν ἤκαχεν αὐτήν.

quem rutila fulgens pluma prætervolat Ales.
Occidit Andromedæ clarum caput, et fera Pistrix
labitur, horribiles epulas funesta requirens :
hanc contra Cepheus non cessat tendere palmas.
Illa usque ad spinam mergens se cærula condit;
at Cepheus caput atque humeros palmasque reclinat.
Quum vero vis est vehemens exorta Nepaï,
late fusa volat. . . . Per terras fama vagatur (1);
ut quondam Orion manibus violasse Dianam
dicitur, excelsis errans in collibus amens,
quos tenet Ægeo defixa in gurgite Chius
Bacchica, quam viridi convestit tegmine vitis.
Ille feras vecors amenti corde necabat,
Œnopionis avens epulas ornare nitentes.
At vero pedibus subito perculsa Dianæ
insula discessit, disjectaque saxa revellens
perculit, et cæcas lustravit luce lacunas;

(1) ......« hæc per terras. » (J. V. L.)

Τοὔνεκα δὴ καί φασι περαιόθεν ἐρχομένοιο
Σκορπίου Ὠρίωνα περὶ χθονὸς ἔσχατα φεύγειν.
Οὐδὲ μὲν Ἀνδρομέδης καὶ Κήτεος ὅσσ' ἐλέλειπτο
κείνου ἐπαντέλλοντος ἀπευθέες, ἀλλ' ἄρα καὶ τοὶ
πασσυδίῃ φεύγουσιν· ὁ δὲ ζώνῃ τότε Κηφεὺς
γαῖαν ἐπιξύει, τὰ μὲν ἐς κεφαλὴν μάλα πάντα
βάπτων ὠκεανοῖο, τὰ δ' οὐ θέμις, ἀλλὰ τάγ' αὐταὶ
Ἄρκτοι κωλύουσι, πόδας καὶ γοῦνα καὶ ἰξύν.
Ἡ δὲ καὶ αὐτὴ παιδὸς ἐπείγεται εἰδώλοιο
δειλὴ Κασσιέπεια· τὰ δ' οὐκέτι οἱ κατὰ κόσμον
φαίνεται ἐκ δίφροιο, πόδες καὶ γούναθ' ὕπερθεν,
ἀλλ' ἥγ' ἐς κεφαλὴν ἴση δύετ' ἀρνευτῆρι
μειρομένη γονάτων, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλεν ἐκείνη
Δωρίδι καὶ Πανόπῃ μεγάλων ἄτερ ἰσώσασθαι.
Ἡ μὲν ἄρ' εἰς ἑτέρην φέρεται· τὰ δὲ νείοθεν ἄλλα

e quibus ingenti exsistit cum corpore præ se
Scorpios infestus præportans flebile acumen.
Hic valido cupide venantem perculit ictu,
mortiferum in venas figens per vulnera virus :
ille gravi moriens constravit corpore terram.
Quare quum magnis sese Nepa lucibus effert,
Orion fugiens commendat corpora terris.
Tum vero fugit Andromeda et Neptunia Pistrix
tota latet; cedit converso corpore Cepheus,
extremas medio contingens corpore terras.
Hic caput et superas potis est demergere partes,
infera lumborum nunquam convestiet umbra;
nam retinent Arctæ (1) lustrantes lumine suras.
Labitur illa simul gnatam lacrymosa requirens
Cassiopea, neque ex cœlo depulsa decore
fertur; nam verso contingens vertice primum
terras, post humeris, eversa sede, refertur.
Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ,
cum quibus (ut perhibent) ausa est contendere forma.

---

(1) « Arcti. » (J. V. L.)

οὐρανὸς ἀντιφέρει, Στεφάνοιό τε δεύτερα κύκλα
Ὕδρης τ' ἐσχατιήν· φορέει τ' ἔπι Κενταύροιο
σῶμά τε καὶ κεφαλήν, καὶ Θήριον ὅ ῥ' ἐνὶ χειρὶ
δεξιτερῇ Κένταυρος ἔχει. Τοὶ δ' αὖθι μένουσιν
Τόξον ἐπερχόμενον πρότεροι πόδες ἱπποτόφηρος.
Τόξῳ καὶ σπείρη Ὄφιος καὶ σῶμ' Ὀφιούχου
ἀντέλλει ἐπιόντι· καρήατα δ' αὐτὸς ἀγινεῖ
Σκορπίος ἀντέλλων, ἀνάγει δ' αὐτὰς Ὀφιούχου
χεῖρας καὶ προτέρην Ὄφιος πολυτειρέα ἀγήν.
Τοῦ γε μὲν Ἐγγόνασιν (περὶ γὰρ τετραμμένος αἰεὶ
ἀντέλλει) τότε μὲν περάτης ἐξέρχεται ἄλλα,
γυῖά τε καὶ ζώνη καὶ στήθεα πάντα καὶ ὦμος
δεξιτερῇ σὺν χειρί· κάρη δ' ἑτέρης μετὰ χειρὸς
τόξῳ ἀνέρχονται καὶ Τοξότῃ ἀντέλλοντι.
Σὺν τοῖς Ἑρμαίη τε Λύρη καὶ στήθεος ἄχρις
Κηφεὺς ἠῴου παρελαύνεται ὠκεανοῖο,
ἦμος καὶ μεγάλοιο Κυνὸς πᾶσαι ἀμαρυγαὶ
δύνουσιν, καὶ πάντα κατέρχεται Ὠρίωνος,
πάντα γε μὴν ἀτέλεστα διωκομένοιο Λαγωοῦ.

Hæc obit inclinata : at pars exorta Coronæ est
altera, cum caudaque omnis jam panditur Hydra :
at caput et totum sese Centaurus opacis
eripit e tenebris, linquens vestigia parva
Antepedum contecta; simul tum lumina pandit,
ipse feram dextra retinens. Prolabitur inde
Anguitenens capite et manibus; profert simul Anguis
jam caput et summum flexo de corpore lumen.
Hic ille exoritur converso corpore Nixus,
alvum, crura, humeros, simul et præcordia lustrans,
et dextra radios læto cum lumine jactans.
Inde Sagittipotens superas convisere luces
instat, et emergit Nixi caput; et simul effert
sese clara Fides, et prodit pectore Cepheus.
Fervidus ille Canis toto cum corpore cedit,
abditur Orion, obit et Lepus abditus umbra,
inferiora cadunt Aurigæ lumina lapsu.

Ἀλλ' οὐχ Ἡνιόχῳ Ἔριφοι οὐδ' Ὠλενίη Αἶξ
εὐθὺς ἀπέρχονται· τὰ δέ οἱ μεγάλην ἀνὰ χεῖρα
λάμπονται, καὶ οἱ μελέων διακέκριται ἄλλων
κινῆσαι χειμῶνας, ὅτ' ἠελίῳ συνίωσιν.
Ἀλλὰ τὰ μὲν, κεφαλήν τε καὶ ἄλλην χεῖρα καὶ ἰξὺν,
Αἰγοκέρως ἀνιὼν κατάγει· τὰ δὲ νείατα πάντα
αὐτῷ Τοξευτῆρι κατέρχεται. Οὐδέ τι Περσεὺς,
οὐδέ τι ἄκρα κόρυμβα μένει πολυτειρέος Ἀργοῦς·
ἀλλ' ἤτοι Περσεὺς μὲν ἄτερ γουνός τε ποδός τε
δεξιτεροῦ δύεται, πρύμνης δ' ὅσον ἐς περιαγήν·
αὐτὴ δ' Αἰγοκερῆϊ κατέρχεται ἀντέλλοντι,
ἦμος καὶ Προκύων δύεται, τὰ δ' ἀνέρχεται ἄλλα,
Ὄρνις τ' Αἰητός τε, τά γε πτερόεντος Ὀϊστοῦ
τείρεα,........

Inde obiens Capricornus ab alto, lumine pellit
Aurigam instantemque Capram, parvos simul Hædos,
et magnam antiquo depellit nomine Navem.
Crus dextrumque pedem linquens obit infera Perseus
in loca; tum cedens a puppi linquitur Argo. . . .
Obruitur Procyon; emergunt alite lapsu
e terris Volucres; exsistit clara Sagitta. . . .

PROGNOSTICA.

834 Εἴ τί οἱ ἢ που ἔρευθος ἐπιτρέχει, οἷά τε πολλὰ
ἑλκομένων νεφέων ἐρυθαίνεται ἄλλοθεν ἄλλα,
ἢ εἴ που μελανεῖ (1)·

Cf. Ut quum Luna means Hyperionis officit orbi,
stinguuntur radii cæca caligine tecti. . . .
Priscianus, X, 2, § 11.

(1) Hæc de sole scripsit Aratus.

892 Σκέπτεο καὶ Φάτνην. Ἡ μὲν τ' ὀλίγῃ εἰκυῖα
ἀχλύϊ.......

Cf. Est autem tenui quæ candet lumine Phatne....
Id., XVI, cap. 2, § 16.

909 Σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο καὶ οἰδάνουσα θάλασσα
γινέσθω, καὶ μακρὸν ἐπ' αἰγιαλοὶ βοόωντες,
ἀκταί τ' εἰνάλιοι ὁπότ' εὔδιοι ἠχήεσσαι
γίνονται, κορυφαί τε βοώμεναι οὔρεος ἄκραι.
Καὶ δ' ἂν ἐπὶ ξηρὴν ὅτ' ἐρωδιὸς οὐ κατὰ κόσμον
ἐξ ἁλὸς ἔρχηται φωνῇ περίαλλα λεληκὼς,
κινυμένου κε θάλασσαν ὕπερ φορέοιτ' ἀνέμοιο.

Cf. Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros
inflatum mare, quum subito penitusque tumescit,
saxaque cana, salis niveo spumata liquore,
tristificas certant Neptuno reddere voces;
aut densus stridor quum celso e vertice montis
ortus, adaugescit scopulorum sepe (1) repulsus.
Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti,
nuntiat horribiles clamans instare procellas,
haud modicos tremulo fundens e gutture cantus....
Cic. *de Div.*, I, cap. VII, § 13.

946 ἢ μᾶλλον δειλαὶ γενεαὶ, ὕδροισιν ὄνειαρ
αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων·
ἢ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών·
ἤ που καὶ λακέρυζα παρ' ἠϊόνι προυχούσῃ
χείματος ἐρχομένου χέρσῳ ὑπέτυψε κορώνη,

Cf. Vos quoque signa videtis, aquaï dulcis alumnæ,
quum clamore paratis inanes fundere voces,
absurdoque sono fontes et stagna cietis :
sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen,
et matutinis acredula vocibus instat,
vocibus instat, et assiduas jacit ore querelas,

---

(1) Sepe abl. nominis inusit. seps (vid. J. V. L., t. XXIX, p. 500), « sæpe » Orelli non jure, ut puto.

ἤ που καὶ ποταμοῖο ἐβάψατο μέχρι παρ' ἄκρους
ὤμους ἐκ κεφαλῆς, ἢ καὶ μάλα πᾶσα κολυμβᾷ,
ἢ πολλὴ στρέφεται παρ' ὕδωρ παχέα κρώζουσα.

quum primum gelidos rores Aurora remittit :
fuscaque nonnunquam cursans per littora cornix,
demersit caput et fluctum cervice recepit.

Cic. *de Divin.*, I, 8, 14.

Καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος ἐνδίοιο
οὐρανὸν εἰσανιδόντες ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο·
. . . .

Cf. Mollipedesque boves, spectantes lumina cœli,
naribus humiferum duxere ex aere succum. . . .

Cic. *de Divin.*, I, 9, 15.

1051 Τριπλόα δὲ σχῖνος κυέει, τρισσαὶ δέ οἱ αὖξαι
γίνονται καρποῖο, φέρει δέ τε σήμαθ' ἑκάστη
ἑξείης ἀρότῳ. Καὶ γάρ τ' ἀροτήσιον ὥρην
τριπλόα μείρονται,. ....

Cf. Jam vero semper viridis, semperque gravata
Lentiscus, triplici solita grandescere fœtu,
ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

INCERTÆ SEDIS.

Caprigeni pecoris custos de gurgite vasto.

Priscianus, VI, 1. 3.

Illa Arati Phænomena erant ea apud Romanos fama, ut sæpe a nobilibus viris in latinum conversa fuerint. Unde tantam celebritatem tantumque nomen (1) in umbraculis Phænomena comparaverint, facile, credo, perspecta ante poematis utilitate, expediri potest. Primum enim adolescentes in arte versus perficiendi elaborabant, eoque opportunius quod id poema continuationem seriemque rerum præbet e natura sumptarum : deinde nulla alia

(1) Cum Sole et Luna semper Aratus erit.
Ovidius.

ratione commodius tot siderum nomina, tot varios situs, tot labores, memoria comprehendere potuissent (1).

Cicero admodum adolescentulus (2) Aratea Eudoxi Φαινόμενα sermone latino illustravit.

Quantum illius interpretandi modus indiligentem Germanici superet imitationem, ex quibusdam locis inter se collatis perspicue vidimus. Equidem libenter Germanici carmina (3) perlegi, non solum quia viri celeberrimi opera novis animum irretiunt illecebris, sed etiam quod Ovidio plerumque similis verborum copia et lenitate quadam æquabili (4) placet.

At omnino absunt ab illis versibus diligentia ac dicendi brevitas; ac perraro evenit ut vocabula aut sensus Arati nobis repræsentent. Quid dicam de F. Avieno, qui parum latinam enervatamque ejusdem operis παράφρασιν dedit? Isto sane cum carmine comparata Ciceronis Phænomena admodum pulchra æstimantur. Si vero, quid per se valeant intelligere volueris, multo minorem in hoc opusculo inesse virtutem fatearis necesse est. Plures enim versus inopes missique magno cum pondere, ut ait Horatius, ignoratæ artis crimine Ciceronem premunt. Non deest illi quædam verborum elegantia; at illa plurimum laborem arguit, neque claris distincta sententiis elucet oratio (5). Admira-

---

(1) « Sufficit operi ». Quint. *Inst. Orat.*, X, 1.

(2) « Utar, inquit Balbus, carminibus Arati eis, quæ a te admodum adolescentulo conversa, ita me delectant, quia Latina sunt, ut multa ex iis memoria teneam. » (Cic. *de Nat. Deor.*, II, 41, 104.)

(3) Germanicum poetam Quintilianus amplissimis extollit laudibus. « Germanicum Augustum, inquit, ab institutis studiis deflexit cura terrarum, parumque Diis visum est esse eum maximum poetarum..... » (*Inst. Orat.*, X, 1. 91).

(4) Hic unum e pluribus locum (versibus 507 et sqq. Arati respondentem) profero :

> Inde Sagittifero tentus curvabitur arcus,
> Qui, solitus musas venerari supplice plausu,
> Acceptus cœlo Phœbeis ardet in armis;
> Cochlidis inventor, cujus Titania flatu
> Prœlia commisit Divorum lætior ætas,
> Bellantem comitata Jovem, pietatis honorem,
> Ut fuerit geminus forma, sic sidere, cœpit.
> Hic, Auguste, tuum genitali corpore numen
> Attonitas infer gentes patriamque paventem
> In cœlum tulit et maternis reddidit astris.

(5) Culpa quidem transferenda est in Aratum, qui sermone non satis aperto utitur.

bile quantum Ciceroni præstet Lucretius, qui paulo ætate fuit inferior! — Ceterum poetica arsque metrica vix ab incunabulis paulatim perficiebantur, quum Cicero ad scribendum carmen accessit. Itaque, quum vix triginta e Phænomenis queant excipi versus, qui perite particulis in commodiorem locum rejectis dividuntur, versificator tamen haud contemnendus videbitur, si rudia priorum poetarum fragmenta attentius hac in re respexeris.

CAPUT VII.

DE POETICA AC DE RE METRICA A L. ANDRONICO USQUE AD CICERONEM. — DE ACCENTU AC PROSODIA. — CONSTITUITUR CARMINUM PERFECTIO ATQUE ABSOLUTIO APUD MARONEM ET HORATIUM. — QUOMODO ILLI GRÆCORUM IMITATORES INTERPRETESVE PROPRIUM INGENII COLOREM RETINUERINT.

In illis, quæ supra dixi, quo facilius intelligeretur qualis esset poetica apud Græcorum interpretes lingua, annalibus litterarum ab alto repetitis, vetusti sermonis reliquias percensui, non sine magno, fateor, Odysseæ latinæ desiderio; cujus quidem fragmenta nonnullas præstitere voces, quas leviter immutatas Cicero et ipse Virgilius velut hospitio excipere dignati sunt. Quum vero Livii reliquiæ verborum compositiones legenti sufficiant, venit in mentem ejusdem generis vocabula e versibus Nævii, Ennii ceterorumque poetarum excerpere, ut mihi Græcam interpretationem aut imitationem vestigare et quodammodo odorari liceret. Nec me spes vana habuit. Namque mihi in carmina, quæ sunt posteris tradita ab illis auctoribus, inquirenti contigit ut unam e multis ditandi sermonis latini rationem partibus haud dissimilem rei a Ronsardo susceptæ (si parva licet componere magnis) multoque feliciorem exitu animadvertere ac notare potuerim. Plura ex iis vocabulis usurpavit Cicero, licet admodum cautus timi-

dusque, ne superbiores æqualium aures offenderet. — Deinde illud præstare tentavi ut, fragmentis Livii Odysseæ Enniique Medeæ juxta Homerum et Euripidem dispositis, vitia aut virtutes interpretationis latinæ manifestius apparerent. Ennius Græcæ orationis incitationem conatur assequi, Livius autem diligentior id videtur studuisse ut quam sæpissime verbum verbo redderet. Postea Cicero, quum rudem inchoatamque linguam velut hereditatem a majoribus cepisset, præstantissima Græciæ ingenia voluit æmulari : dum vero ut singulas verborum rerumque varietates exprimat enititur, si magnum Homerum, tum copia, tum brevitate mirabilem, convertit, enervatus languet; si Sophoclem, vere poeta Graiæ Camenæ afflatus spiritu; si denique Aratum, versificator aliquoties peritissimus, sæpius autem tardus implicitusque merito judicatur. Excepto enim Homero, qui spem imitandi cuivis abstulit, prout alta humilisve Græci exemplaris oratio est, Cicero aut propter « magniloquentiam » laudari debet, aut propter mediocritatem vituperari.

Sequitur ut doceam quantum per Græcorum interpretationes a Livio usque ad Ciceronem poeticæ ratio ac metricæ profecerit, quomodo Tullius ipse, Lucretius aliique muniverint iter, quod sponte ingressi Maro et Horatius, proprio ingenii colore servato, quanquam Græcos fuerint imitati, sermonem patrium remque metricam ad summam demum adduxere perfectionem.

Ut Fabius Pictor solutæ orationis, sic prima carminum monumenta exegerunt Andronicus Næviusque poeta (1). Ambo linguæ adhuc hæsitanti certius quam antea definitos dedere numeros : sed utrum illi syllabarum prosodia constent, ut versus iste Saturnius, cujus lex paulo durior (2) a Terentiano Mauro descripta his in carminibus legitur (3) :

(1) Vid. E. Egger. *Reliq.* v. s. p. 114.

(2) Atilius Fortunatus, cap. 8, p. 323, Gaist. — « De Saturnio versu dicendum est, quem nostri existimaverunt proprium esse Italicæ regionis. A Græcis enim varie et multis modis tractatus est, non solum a comicis, sed etiam a tragicis ; nostri autem antiqui, ut vere dicam quod apparet, *usi sunt eo, non observata lege, nec uno genere custodito inter se versus;* sed præterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios breviores, alios longiores inseruerunt, *ut vix invenerim apud Nævium quos pro exemplo ponerem.* »

(3) Ter. Maur. de metris.

Aptum videtur esse
nunc hoc loco monere,
quæ sit figura versus
quem credidit vetustas
tanquam Italis repertum
Saturnium vocandum.
Sed et origo græca,
istique metron istud
certo modo dederunt :
nostrique mox poëtæ
rudem sonum secuti,
ut quæque res ferebat,
sic disparis figuræ
versus vagos ferebant.
Post rectius probatum est,
ut tale colon esset
junctum tribus trochæis :
ut, si vocet camœnas || quis novem sorores,
et Nævio poetæ || sic ferunt Metellos,
quum sæpe læderentur, esse comminatos :
« Dabunt malum Metelli || Nævio Poetæ. »
Clauda pars dimetri :
« Adest celer phaselus,
« Memphitides puellæ,
« tinctus colore noctis. »
Post Nævio poetæ
tres vides trochæos ;
nam nil obest trochæo,
longa quod suprema est.

An rursus affirmandum sit auctore Quintiliano : « Poeta nemo dubitaverit imperito quodam initio fusum et aurium mensura et similiter decurrentium spatiorum observatione esse generatum... (1) ? » Illud quæsivere grammatici græcis latinisque doctrinis eruditi (2), atque ex probabili argumentatione nullam omnino illius vere Romani carminis apud Græcos reperiri posse originem putaverunt. Si cum illis senserimus, quid aliud Saturnius iste numerus esse possit nisi distinctio et æqualium et sæpe variorum intervallorum percussio ? Nunquam vero exstitit ille Saturnius,

(1) Quint. *Inst. Orat.*, X, 4, § 114.
(2) Inter eos eminent Ritschl, Duntzer, Lersch et B. Jullianus.

cujus pedes quavis ratione tentaverunt restituere philologi ; nunquam legibus prosodiæ certis circumscribi et definiri potuit. De hac re fere omnes uno ore consentiunt (1). Quomodo autem a soluta oratione Saturnii versus discernantur, hoc operæ pretium est scire. Priscis temporibus horridi (2) erant illi versus, et incompti, et inconditi (3); et quamvis in re metrica minus rudis politiora carminibus Saliorum aut Arvalium carmina condidisset Andronicus, utpote Græcorum interpres, non emendata tamen eadem et « exactis minimum distantia » composuit. Frustra unam iis, quæ superfuere, paucissimis, pedum modulationem requiras, licet quædam inter illa paulo concinniora videantur (4). Sed ῥυθμὸν, id est, numerum eumque opera et artificio quæsitum his in versibus inesse quis negabit?

Virum mihi, Camœna, insece versutum . . .
Matrem procitum plurimi venerunt . . .
In Pylum adveniens aut ibi ommentans . . .
Tuncque remos jussit religare struppis . . .
Utrum genua amplectans virginem oraret . . .
Quem ego nefrendem alui lacteam immulgens opem . . .

Hic ex æqualibus sonorum intervallis efficitur harmonia. Sæpe tamen evenit ut inæqualia sint hæc intervalla. Quemadmodum enim in musica nostrisque versibus continuis, sic in carminibus latinis, similitudo æqualitasque sonorum non semper aurium judicio requiruntur. Iambis (ut exemplo utar) neque idem est syllabarum numerus, neque temporum æqualitas : nihilominus eos esse versus dixeris, siquidem senos ictus certa ratione reddunt. Nonne eadem rectius de Saturniis dici queunt?

(1) A me seorsum sentit L. Benloew (« De accentu in Europæ linguis quæ ex Indis ortæ sunt », p. 192, L. Hachette, 1847) : « Poesim Latinam, inquit, adhuc in cunabulis nihil aliud fuisse constat nisi quamdam numerorum inconditam commixtionem, ubi prosodia, accentus ac θέσις vicissim jus arbitriumque habebant. Testis est ille Saturnius versus. »

(2) Hor. *Epist.*, II, 1, 156.

(3) Virg. *Georg.*, II, 386. Tit. Liv., IV, cap. 20.

(4) Non sine quadam industria breves longis admiscuit Andronicus; atque ante illum nullius fuisse auctoritatis prosodiam affirmare non audeam.

Saturnii scilicet versus ceterique origine Græca inter se dissimillimi sunt quod in illis fere nullius momenti essent syllabæ breves aut productæ, neque quidquam aliud, nisi numerus, quasi lex et norma scribendi a veteribus poetis haberetur. Illa profecto cum Quintiliani opinione congruunt; nec ullo modo possumus ire in sententiam doctissimi illius viri, qui Saturnii versus harmoniam in sonorum intervallis constare subtilius disputando negat (1). Illi immerito, ut videtur, pro argumento valuit totius antiquitatis de hac re silentium. Idem quoque vehementer errat, quum eos versus binis syllabis, non certis pedibus, esse distinguendos arbitratur. Quin etiam utrum ἄρσις, incipiente Saturnio, poni debeat, an θέσις, inquirit (2); atque ἄρσιν priorem fore statuit, quod iste trochaicus esset, nec quantum ipse secum pugnaret, intelligere videtur.

At hæc hactenus, ne fusius uberiusque disseram ea, quæ parum ad præsentem materiam pertinent. Liceat tamen de perdifficili illa quæstione meam sententiam, omissis quidem disputationibus, breviter ac simpliciter exponere. Non erat quoddam carminis genus ille Saturnius; hoc enim ei nomen inditum est, quo facilius a versibus, quos a Græcis latini poetæ sumpserunt, discerneretur; idem sermoni pedestri haud dissimilis, nisi quod numerosus plerumque æqualia sonorum intervalla præberet. Mihi porro non est dubium quin horridus iste, incomptus ac rudis versus, sub infantia populi Romani, postea per Livium Næviumque, Homeri et tragicorum alumnos, eam, quam supra diximus, lenitatem assequi valuerit.

Quoniam de versificatione hic agitur, haud intempestive pauca expediam ad πρόβλημα controversum spectantia, quod animis omnium sponte occurrit, ubi nomen « poesis » cujuslibet in ore versatur. Quæ sit origo, quæ natura prosodiæ?

Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est.

Num jure dixerit ille celeberrimus nostri Glossarii auctor apud Romanos in omni ætate et apud Græcos quinto ante J. C. sæ-

(1) Duntzer, *de Saturnio versu*, lib. II, § 1, p. 29.

(2) Vid. B. Jullian., de quibusdam locis ad scientiam pertinentibus in antiquitate, p. 307.

culo (1) prosodiam nihil ad pronuntianda verba valuisse, ac penes accentum totam fuisse sermonis dominationem? Quomodo prosodiam vicerit accentus, ita ut hic tantum in recentioribus linguis dominetur?

Mihi sane non tantum sumo ut rei perdifficilis nodum expedire valeam, quum viri præter ceteros eruditi parum id assecuti fuerint. Istis in rebus admodum rudis, ego tamen dicam ea quæ sentio, certe sperans me vel gravis errati veniam impetraturum.

Ne rei materiam ignorarem, opera quæ doctissimi artium professores (2) de prosodia aut accentu scripserunt, perlegi. Quin in libris eorum multa sint quæ nos ad investigandum curiosiores majorisque scientiæ cupidos efficiant, nemini dubium est : unde autem, his adjuvantibus, quæstioni antea propositæ planis ac dilucidis disputationibus responderi queat, nihil habemus : nam pleraque istius rei posita sunt in conjectura.

Unus ex iis in opusculo (3), quod mihi maxima laude dignum videtur, rationem latinæ prosodiæ argumentis docere voluit; quæ quidem apud me plurimum valent (4). Naturam vero Grammaticus ille (5), non originem prosodiæ demonstravit; neque quidquam de accentu in ejus thesi reperitur.

---

(1) In heroicis temporibus pro nihilo habitum fuisse accentum, prosodiæ autem solis legibus obstrictos versus constitisse putat.

(2) Bergmann scilicet, L. Benloew et B. Jullianus.

(3) F. G. Bergmann, *de Arte et Doctrina Prosodiæ,* Argentorati, 1842.

(4) Illi erudito viro assentior totam Dissertationem ita concludenti : « Vocales in principio breves sunt; quæcumque autem non mansere breves productæ sunt aut quadam declinatione grammatica (p. 18, hoc declinationis *exterioris* exemplum affert : Thema-DiVa. *Lat.* Divus, Daivus, Deivus. *Græc.* θεῖος, θαιϜος, θειϜος. *Sansc.* Dêvas) aut syllabarum coitu (p. 18), aut positione (p. 22 et 23), aut denique vocis extremo spiritu (p. 26), nisi συναίρεσις (p. 29) consonantiumve finalium virtus vel accentus vel metri necessitas easdem fieri longas impediverit, aut vocales jam productas coegerit ut rursus corriperentur. » Qua quidem ratione efficitur ut prosodiæ leges inter sese quam aptissime cohæreant, et dialectice disputari possint.

(5) F. G. Bergmann, ut opinor, prima initia illius doctrinæ, qua nunc Zeuss ac Bopp maximum nomen in philologis habent, inchoavit. Hodie plerique grammatici « vocales in principio breves esse » affirmant. Bopp vocalem « a » ceterarum esse principium et originem putat : Zeuss (vid. Addenda, *Gramm. Celt.*, p. 1134) vocales primigenias a, i, u, discernit, ita ut « a » producta, « i » infecta, « u » correpta dicatur. Vocales e, o, apud Indos in elementis litterarum desiderari constat.

Sed alter (1), cujus studia vitaque omnis in philologia versata est, accentum alte perspexit. Illius igitur explicationes penitus introspicere conatus sum : at frustra, ut quosdam locos plane intelligerem, elaboravi : multa quidem scite et commode dixit, multa ex ejus libro excerpere licet, quæ nusquam alibi uberius tractata fatebere (2). Illa certe, quamvis pleraque mihi apta et congrua cum ratione videantur, philologo parvam afferunt utilitatem, si, quæ sit origo prosodiæ, multumne apud Græcos Romanosve illa ad verborum pronuntiationem contulerit, an a Grammaticis ex quodam pacto sit inventa, quali denique societatis vinculo cum accentu conjuncta sit, inquirere et argumentis probare velit.

At enim tertius (3) adest, qui me quasi errantem ac devium admonet ut ipso duce utar. Ille se Grammaticorum impedimenta superare posse profitetur; ille putat in quæstione a Littræo allata nihil esse difficultatis, nisi verborum mixturam (4). Ille igitur verba, ῥυθμὸν scilicet et metrum pedesque et prosodiam definiendo explicare nititur (5).

---

(1) L. Benloew.

(2) Ne plura ex his, ad meam operam parum spectantia, consecter, comprehendam brevi. Primum in primigeniis linguis duo discernenda sunt elementa, accentus scilicet et prosodia. Si linguam Indicam, quæ, Græco aut Latino sermone natu major, germana soror utriusque dicitur, attento animo perpenderis, tu sane incerta illius principii, quod multo recentiori tempore adeo valuit, indicia vestigabis (p. 18). — Linque populos Asiam incolentes, oculosque in Græciam converte. Quantum ab illis discrepat ! Ut in artibus et republica, sic in litteris ingenium ejus singulariter eminet. Nam omni cogitatione curaque in id incumbit ut quæque sententia distincte ac dilucide appareat. Qua de causa accentus singula verba a cæteris, quæ circumstant, secernit (p. 71). Sed apud Romanos admirabile est quantum accentus leges (vid. Quintil. *Inst. Orat.* I, 5) fuerint imumtatæ ! Jam non ultima syllaba pro præcipua norma habetur. Illa nempe Latinis quasi nullius momenti est, ita ut eadem, longa aut brevis, nihilo plus valeat quam sæpe diphthongi οι et αι. Illud etiam minus mirum videri debet quia latina lingua, quemadmodum maturius adolevit ac perfecta est, ita maturius quoque mobilitatem istam qua primigenios sermones præditos esse cernimus, amisit; atque, quum verba magis ac magis in oratione consisterent, tanquam ipsa sui tantum juris essent, major inter thema et exitum verbi distinctio fuit. Inde sequitur ut prosodia, quæ priscis in linguis dominabatur, paulatim evicta imperium, ut ita dicam, omnemque potestatem accentui tradiderit.

(3) B. Jullianus.

(4) Vid. Publ. Instit. annales apud heredes Ludov. Hachette secundo die ante Id. Julii mensis MDCCCLXV.

(5) De Rhythmo jure auctores sequitur Aristot. (*Rhet.* III, 8, § 1.— *Poet.* cap. 4),

Omnem igitur memoriam rerum quæ leguntur apud tres illos philologos brevissime complexus sum, ne cui, quorsum hæc scripta pertinerent, prorsus esset ignotum. Quamvis isti multa exposuerint, quæ certum ad dijudicandam litem præbeant adjumentum, unus tamen hoc in animo habuit ut curiosis hominibus omnem dubitationem tolleret.

In ea quidem arte scienter versatur ille; sed recta quædam verbis auget aut minime probabiles conjecturas facit. Primum dissentio ab illo affirmante penes accentum semper linguarum fuisse dominationem. Ludovicus Benloew prorsus ad verum mihi videtur accedere, quum ponit esse duo elementa longe dissimilia priscis in sermonibus (1), accentum et prosodiam.

Utrum in eam sententiam concurrendum sit, an enuntiationem illam, correctione quadam adhibita, laudare oporteat, hoc judicandum a doctioribus relinquo : rem dirimant eruditi homines, qui fere omnes Europæ Asiæque linguas tenent. Id tantum expediam quod mihi injicit ratio, disciplina rei metricæ, heu ! parum instructa ac munita.

« Omnium longitudinum et brevitatum in sonis, inquit Cicero, « sicut acutarum graviumque vocum, judicium ipsa natura in au- « ribus nostris collocavit (2). » — Esse ergo in verbis numerum quemdam, non fuit difficile cognoscere vel recentibus populis, quum nemo ullam orationem sciret litterarum notis servare posteritati. Ubi primum, reperta scriptura, auctores opera chartis mandare cœperunt, intellectum est quantum necesse esset ut

---

Ciceronem, Quintilianumque. Quis enim a M. Tullio hæc scribente dissentiret. « Aures vel animus aurium nuntio naturalem quamdam in se continet vocum om- « nium mensionem. Itaque et longiora et breviora judicat... Poetica et versus inven- « tus est terminatione aurium, observatione prudentium..... » (Cic. *Orat.* cap. 53). Ex eo B. Jullianus colligit metrum haud ita pridem, si versus, adjuvante natura, editi antiquitatem respicias, ab eruditis fuisse repertum; exstitisse leges, quibus parere necesse esset, ut pura et emendata dicerentur carmina ; discernendas esse *veram* numeri quantitatem et prosodiam; istam denique multo serius inventam nihil ad verba pronuntianda valuisse : inde fieri ut olim, non secus atque hodie, penes accentum fuerit et jus et norma sermonum.

(1) Priscos dico, non primigenios. Nam de sermonibus jam arte et doctrina perfectis loquitur L. Benloew.

(2) Cic. *Orat.* cap. 51.

verba quibusdam indiciis discernerentur; itaque scriptores, natura admonente, breves ac longas simul et accentum animadverterunt; atque, multa tentando, incertum ac male compositum (1) suscepere opus, quod nepotes edocti societate pluribus abhinc sæculis perpolita tandem exigere potuerunt. Est enim ut in moribus colendis emendandisque, sic in perficiendis sermonibus longa at continua progressio.

Quum vero antiquissimi inter grammaticos, in re metrica non periti, de prosodia et accentu nihil certum, nihil definitum viderent (variæ enim dialecti (2), varia verborum prolatio, ideoque varia erat distinctio brevium ac longarum), quis admiretur quod iidem, inprimis de accentu, in errore sæpe versati fuerint? Postea valuit error (istis enim prudentibus viris raro mens recta fuit) : unde factum est ut prosodia et accentus inter se repugnaverint, licet congruenter naturæ in unum consentire debuissent.

Ne multa, mihi res altius repetenti nulla hunc et illam dividit discordia. Ars duo diversa contra naturam creavit elementa : ars effecit ut, inter eadem exorto certamine, per plurimas ætates, quo staret victoria, fuerit ambiguum, donec, recentioribus linguis jam in lucem editis, prosodiam accentus e regno (ut sic dicam) ejecerit.

At vero, quum populus rex adhuc toti terrarum orbi leges linguamque suam imponeret, prosodia non jus omne amiserat. Quin etiam, quamvis in magnam dominationis partem venisset accentus, æmulum coegit illa meminisse unam ambobus esse originem; ita ut syllaba proxima superior ad se traheret accentum. — Viguit enim apud veteres Romanos prosodia: imo illa, ut accentus (3), haud parvi fuit ad pronuntianda verba momenti.

---

(1) Etenim quum jam non primigenii sermones essent, vocabulis mirum in modum productis speciemque longe diversam præbentibus, prima eorum elementa quotusquisque discernere poterat?

(2) «Plura illis (Græcis) loquendi genera, quæ «διαλέκτους» vocant; et quod alias vitiosum, interim alias rectum est.» (Quint. *Inst. Orat.* I, 5.)

(3) Assentior Henrico Weil Muellerum vituperanti, quod nihil de tali quæstione affirmare audeat; hic enim : « Quid quod ne de hoc quidem anquisiverunt, quam recte « Bentleius existimavit Romanos recitandis versibus grammaticum etiam expressisse « accentum... quæ opinio tantum abest ut sit certa, ut potius confutetur apertissime

Cicero enim quæsivit quibus numeris potissimum esset utendum, atque inter alia multa hæc scripsit : « Qui pæona prætereunt, non vident mollissimum a sese numerum eumdemque amplissimum præteriri (1)? »

Satis multa de re metrica. Dixi meam sententiam, imo conjecturam feci, utpote subsidiis doctrinæ non satis instructus. Nunc ad rem redeo, a qua fortasse mihi nunquam esset digrediendum.

De Saturnio versu, quo Livius et Nævius usi sunt, aliquid disserui : quid igitur, quod ad versificationem illorum spectet, adjicere queam?... Livii musa interdum « paulo concinnior » (ut supra dixi) hexametrorum « magniloquentiam » æmulata est. Nævio autem non deest epicus color : « Nævii, quem in vatibus et Faunis annumerat Ennius, bellum Punicum quasi Myronis opus delectat (2). » Hæc a Cicerone scripta sunt ; sed Horatio longe alia mens est :

> Nævius in manibus non est, et mentibus hæret
> pæne recens? Adeo sanctum est vetus omne poema (3)!.

Uter Nævium rectius judicaverit, parvi refert. At omnes sciunt ab illo quædam loca sumpsisse Virgilium; at nemo dubitat quin idem, Didonem et Annam una in scenam inducendo, Romanorum animos ad probandum Maronis ipsius commentum præparaverit. Quid multa? primus iste populare carmen edidit.

Jamque adest

> Ennius, et sapiens, et fortis, et alter Homerus,
> ut critici dicunt (4). . . .

Horatius saltem aliter dicit, censor ille priscæ poeticæ acerri-

---

« testimonio Quintiliani asserentis (*Inst. Orat.* I, 5, 28) in Vergiliano illo..... « pecudes pictæque vo*lu*cres » mutato ob metri conditionem accentu, pænultima acuta « legendum esse vo*lu*cres. » (*De re metrica*, p. 207.)

(1) Cic. *Orat.* cap. 57.

(2) Cic. *Brutus*, XIX-75.

(3) Hor. *Epist.* II, 1, 53 et 54.

(4) Hor. *Epist.* II, 1, 50 et 51.

verba quibusdam indiciis discernerentur; itaque scriptores, natura admonente, breves ac longas simul et accentum animadverterunt; atque, multa tentando, incertum ac male compositum (1) suscepere opus, quod nepotes edocti societate pluribus abhinc sæculis perpolita tandem exigere potuerunt. Est enim ut in moribus colendis emendandisque, sic in perficiendis sermonibus longa at continua progressio.

Quum vero antiquissimi inter grammaticos, in re metrica non periti, de prosodia et accentu nihil certum, nihil definitum viderent (variæ enim dialecti (2), varia verborum prolatio, ideoque varia erat distinctio brevium ac longarum), quis admiretur quod iidem, inprimis de accentu, in errore sæpe versati fuerint? Postea valuit error (istis enim prudentibus viris raro mens recta fuit) : unde factum est ut prosodia et accentus inter se repugnaverint, licet congruenter naturæ in unum consentire debuissent.

Ne multa, mihi res altius repetenti nulla hunc et illam dividit discordia. Ars duo diversa contra naturam creavit elementa : ars effecit ut, inter eadem exorto certamine, per plurimas ætates, quo staret victoria, fuerit ambiguum, donec, recentioribus linguis jam in lucem editis, prosodiam accentus e regno (ut sic dicam) ejecerit.

At vero, quum populus rex adhuc toti terrarum orbi leges linguamque suam imponeret, prosodia non jus omne amiserat. Quin etiam, quamvis in magnam dominationis partem venisset accentus, æmulum coegit illa meminisse unam ambobus esse originem; ita ut syllaba proxima superior ad se traheret accentum. — Viguit enim apud veteres Romanos prosodia : imo illa, ut accentus (3), haud parvi fuit ad pronuntianda verba momenti.

---

(1) Etenim quum jam non primigenii sermones essent, vocabulis mirum in modum productis speciemque longe diversam præbentibus, prima eorum elementa quotusquisque discernere poterat?

(2) «Plura illis (Græcis) loquendi genera, quæ «διαλέκτους» vocant; et quod alias vitiosum, interim alias rectum est.» (Quint. *Inst. Orat.* I, 5.)

(3) Assentior Henrico Weil Muellerum vituperanti, quod nihil de tali quæstione affirmare audeat; hic enim :« Quid quod ne de hoc quidem anquisiverunt, quam recte « Bentleius existimavit Romanos recitandis versibus grammaticum etiam expressisse « accentum... quæ opinio tantum abest ut sit certa, ut potius confutetur apertissime

Cicero enim quæsivit quibus numeris potissimum esset utendum, atque inter alia multa hæc scripsit : « Qui pæona prætereunt, non vident mollissimum a sese numerum eumdemque amplissimum præteriri (1)? »

Satis multa de re metrica. Dixi meam sententiam, imo conjecturam feci, utpote subsidiis doctrinæ non satis instructus. Nunc ad rem redeo, a qua fortasse mihi nunquam esset digrediendum.

De Saturnio versu, quo Livius et Nævius usi sunt, aliquid disserui : quid igitur, quod ad versificationem illorum spectet, adjicere queam?... Livii musa interdum « paulo concinnior » (ut supra dixi) hexametrorum « magniloquentiam » æmulata est. Nævio autem non deest epicus color : « Nævii, quem in vatibus et Faunis annumerat Ennius, bellum Punicum quasi Myronis opus delectat (2). » Hæc a Cicerone scripta sunt ; sed Horatio longe alia mens est :

> Nævius in manibus non est, et mentibus hæret
> pæne recens? Adeo sanctum est vetus omne poema (3)! .

Uter Nævium rectius judicaverit, parvi refert. At omnes sciunt ab illo quædam loca sumpsisse Virgilium ; at nemo dubitat quin idem, Didonem et Annam una in scenam inducendo, Romanorum animos ad probandum Maronis ipsius commentum præparaverit. Quid multa? primus iste populare carmen edidit.

Jamque adest

> Ennius, et sapiens, et fortis, et alter Homerus,
> ut critici dicunt (4). . . .

Horatius saltem aliter dicit, censor ille priscæ poeticæ acerri-

---

« testimonio Quintiliani asserentis (*Inst. Orat.* I, 5, 28) in Vergiliano illo..... « pe- « cudes pictæque vo*lu*cres » mutato ob metri conditionem accentu, pænultima acuta « legendum esse vo*lu*cres. » (*De re metrica,* p. 207.)

(1) Cic. *Orat.* cap. 57.

(2) Cic. *Brutus*, XIX-75.

(3) Hor. *Epist.* II, 1, 53 et 54.

(4) Hor. *Epist.* II, 1, 50 et 51.

musque castigator. Summus tamen epicus poeta (1) a M. Tullio ducitur : hic auget rem laudando; ille vehemens est in vituperationem.

Robur et superbiam vere romanam præ se fert Annalium patriæ scriptor; quamobrem mirari desinamus quæ causa sit cur Ennius tanto in honore fuerit usque ad Ciceronis ætatem. Grandiloquus (2) et gravis et epicus est; « neque discedit a communi more verborum (3) » : sed, utpote qui multa ab Homero tragicisque transtulerit (4), in collocatione vocum hæret impeditus, et operosis circumlocutionibus utitur: interpretem enim sese ipse et imitatorem arguit. Interdum etiam

. . . . Professus grandia turget,

ut sæpe fit inter ipsa. cujuscumque nascentis poeticæ pericula, quum quisque carminum auctor vim dicendi, sublimitatem magnificentiamque sequitur. Postea autem mollissimi depinguntur affectus animi: siquidem ante Racinium excellit ingenio Cornelius.

Utcumque Ennii virtutem æstimaveris, melior tibi videbitur ille versificator quam poeta. In hoc enim omni laude cumulandus est : « Namque (ut scripsit Muellerus) (5) versum longum « dactylicum, quem incertæ originis a Græcis tamen inventum « princeps nobilitavit Homerus, Romanorum poeticæ latinæque « linguæ Q. Ennius Calaber addidit. Idem et disticha primus « composuit (6). » — Atque ita « novas atque integras poeticæ

---

(1) Cic. *Opt. gen. orat.* 1 et 2.

(2) Sic orditur :

Horrida Romulidum certamina pango duellum...

(3) *Orat.* XI, 36. — Ennium tamen Cicero jure reprehendit, quod non vitaverit ejusdem litteræ nimiam assiduitatem; cui vitio versus hic erit exemplo :

O Tite, tute, Tati, tibi tanta tyranne tulistei.

(4) *De fin.* I, 3, 7.

(5) *De re met.* lib. I, p. 65, Lipsiæ, 1856.

(6) Elogium ab ipso scriptum :

Adspicite, o ceiveis, senis Ennii imagini' formam :
Heic vostrum panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumeis decoret, nec funera fletu
Faxit. Quur? volito vivo' per ora virum.
Cic. *Tusc.* I, 15; *de Senect.* 20.

vias reperiendo illud insigni conatu commovit certamen ingeniorum, quo antiquissimorum Latinorum rationes metricæ primum acriter concussæ, mox funditus eversæ sunt (1). » — Nos vero hexametros tantum et iambeos paucis tractabimus, quum nullum aliud carminum genus (2) a M. Tullio usurpatum videamus.

Ennius auctor in herois versibus, quos ipse longos appellat (3), magna libertate utitur : namque ut Græcis posterioribus, sic Ennio nimia offecit Homeri auctoritas, « quem sane ea veneratione sunt prosecuti quam εἰδωλολατρείαν vocant ipsi (4). » — Tanta quidem exempli vis in Græcia licentiam poeticam quasi consecravit; Romæ longe aliter sese res habuit. Alterius Homeri cito senuit auctoritas, heredibusque ejus copia permissa est versus multo concinniores efficiendi.

Plura sunt apud Ennium vitia quæ vere Homerica dici queunt, uti extremæ carminum hæ partes :

. . . . Simul auspicio augurioque
. . . . servans genus altivolantum
. . . . . . pedem stabilibat (5), etc.

Quædam vero facile Ennio condonantur, quod fere pro nihilo verborum exitus Latini ducerent. Cujus rei exempla sunt adeo multa ut vix numerari possent. Hic pauca affero : ...faucibu' currus — ...Sol albu' recessit — ...artibu' lumen. — Hæc effatu' pater..

Lucretius aliquando eadem usus est venia. Ignoscenda minus hæc peccata :

---

(1) Muell. *De re metrica*, p. 68.

(2) Fecit et ipse Cicero versus impariter junctos; at paucissimi usque ad nos pervenere. Duo tantum disticha e Græcis conversa legimus; illa superius scripsi. M. Tullio haud difficile fuit ea pura et emendata condere, quum Græci in isdem perfectissimi sint. Exceptis quæ protulit Quintilianus distichis, epigrammata duo ejusdem metri adversus mulieres nemo non memoria tenet.

(3) *De Leg.* II, 27, 68.

(4) Muell. *De re metrica*, p. 134.

(5) Vid. E. Egger, *Rell. v. s.* p. 137 et sqq.

(Teque), Quirine Pater, veneror, horamque Quirini . . .
. . . . polvis ad cœlum vasta videtur (1). . . .

Quamvis Maro scripserit hoc carmen

Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago (2).

Ornati tamen et elaborati versus in Annalibus Ennii reperiuntur. Quoties Homerico spiritu vere instinctus « horrenda bella » canit, præstantiam Virgilii consequitur. Tolle quædam nimis antique dicta : num multa pulchriora nonnullis reliquiis, quas nobis tradidere grammatici, leges apud poetas, qui Mæcenati in deliciis fuerunt?

Quid plura? Ille est cujus in stercore margaritas reperiebat Virgilius (3); ille de quo scripsit Quintilianus, arguti judex acuminis : « Ennium, sicut sacros vetustate lucos, adoremus, in quibus grandia et antiqua robora jam non tantam habent speciem, quantam religionem. »

Ennio inferior Lucilius est in re metrica :

. . . . . Durus componere versus (4).

Multa scripsit negligentius, et utriusque sermonis vocabula miscuit : non quod satirarum scriptorem « emunctæ naris » contemnam, qui, quum viveret Quintilianus, ita deditos ipsi habuit amatores, ut eum non ejusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poetis præferre non dubitaverint. Sed quum pleraque male tornata incudi reddere debuisset, in vituperationem doctorum, licet « doctus » ipse ac perurbanus (5), merito cecidit.

(1) Alia (ut puta Bergmann., p. 27) Homericæ imitationi tribuenda sunt; quum veteres poetæ inprimisque Ennius *vocales longas* (exempli gratia) non conjungunt, imo ut breves numerant : « *militum octo* », « *vomerem atque* », *Insulæ Ionio...* » — Quas certe finales syllabas latini grammatici natura breves semper habuerunt (vid. Quicher. *de Prosod. ap. Latin.* p. 105, ap. Ludov. Hachette, 1867).

(2) *Æneid.* II, 369.

(3) In capite primo libri sexti Saturnalium Macrobius enumeravit versus quos ex dimidio vel solidos etiam ab antiquis latinis poetis mutuatus est Virgilius. Ea quoque disseruit quæ Virgilius traxit a Græcis (lib. V, cap. 2).

(4) «...Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum, et esse aliquid quod tollere possis putat... » (Quintil. *Inst. Orat.* X, 1).

(5) M. T. Cic. *de Orat.* II, 6, 25.

Quanto dignior laude Cicero, dum magniloquentiam hexametrorum assequi nititur! Quanto superioribus poetis emendatior apparet! Sunt quidem plures in operibus maculæ : antiquiora scilicet dicta, et Enniana libertas (1), et malæ incisiones. Sunt etiam versus omnis sonorum jucunditatis expertes, quamvis orator idem verbis solutis una gravitatem vocum suavitatemque adjunxerit.

In iambeis melior tantam adeptus est facultatem ut incredibili quadam diligentia Herculis Sophoclei lamentationes expresserit. Quo quidem metro uti quum vellet, faciliorem susceperat provinciam, quam si versus longos concludere tentavisset : « Senarios, inquit, et Hipponacteos effugere vix possumus. Magnam enim partem ex iambis constat oratio (2). » Arduum tamen opus est, si quis carmen illud ita perficiendi curam sumpserit, ut pes sit « primus ad extremum similis sibi. » Iambus in Accii « nobilibus trimetris » rarus apparet; rarior etiam apud Ennium, quanquam hic numerorum Euripidis jucunditatem in primis Medeæ versibus æmulatur. Ille vero, Ciceroni arte propior, apud æquales in honore magno fuit : laudatur locus, etsi turgidæ sit orationis, ubi ex Argonautis unus, primam videndo ratem, animi motus exponit (3). Sensus cum quodam lumine terminatos affectat, et rem interdum ex sententia gerit.

Utinam apud illos non adeo « commodus et patiens » fuisset iambus, ut de secunda unquam sede cederet aut quarta. Non irrisisset eos in arte poetica « alter Aristarchus ». Ciceroni pepercit, quem poetam tanta laus oratoria tuebatur. Hic tamen ut Catullo longe minor virtute in trimetris, sic in scribendis grandibus hexametris a Lucretio facile superatus est.

« Quantus poeta sit Lucretius, quam acuto et acri ingenio, quanta sit carminis ab eo scripti gravitas ac majestas, quantus ornatus, quam pulchri et præclari versus; quanta sermonis elegantia, integritas, atque, ut ita dicam, sanitas (4), » magnifice

(1) Pro exemplis sint : « Torvu' Draco », « de terra elapsu' repente », etc.

(2) Cic. *Orator.* cap. 56.

(3) Vid. E. Egger. *Rel. v. s.* p. 191.

(4) T. Lucretii vita Lambino auctore.

scripsit Lambinus : unum hoc considero, quod versificator et poeta longe præstiterit inter suos æquales, et vel in locis minus ornatis Ciceronem vicerit. Hac ætate, quum tot essent viri in dicendo excellentes, et, eloquentia jam perfecta, nullus orator patrii sermonis inopiam queri posset, oratio poetica, adhuc impedita priscis locutionibus et omnino græca constructione, vix progrediebatur ! Haud multum dissimilis orationi solutæ erat ; ac si forte desideraretur, ut apud Ciceronem, « Graiæ spiritus camenæ, » quid mirum quod ejusdem temporis incondita carmina, Augusto jam principe, aures virorum delicatas offenderint? Timidiores enim poetæ, sive in verbis eligendis collocandisque elaborarent, sive etiam ponerent « operis summam », nimia veneratione Græcorum vestigia sequebantur.

Itaque ingenio poeta, non arte (1), Lucretius, quasi philosophiæ Epicureæ amorem, quo jam tota mens flagrabat, gremio premere nequiret, sese effudit in magistri laudes, neque quidquam antiquius habuit quam ut præcepta illius pervulgarentur explanata : mirabilis scriptor, vel quum rerum causas explicat argumentis, purissimam semper usurpat orationem, quandoquidem vim primigeniam dare solet vocabulis, ideoque quasi proprium servat in scribendo colorem. Illum tamen non laudibus extulerunt æquales. At non multo post Ovidius (2) (quis crederet?) posterorum ita præsensit admirationem :

> Carmina tunc sunt sublimis peritura Lucreti,
> exitio terras qnum dabit una dies.

Catullo minus præstans ingenium, ars autem in versibus exquisitior : jucunditatis causa, atque ut varietas satietati occurreret, plura carminum genera e Græcis sumpta in latinum transtulit, ita ut primus ante Flaccum « Romanæ fidicen lyræ » exstiterit.

---

(1) Non profecto probanda mihi videntur hæc T. Ciceronis : « Lucretii poemata, ut scribis, ita sunt : non multis luminibus ingenii, multæ tamen artis » (ad Quint. frat. II, 11, 4).

(2) Ante Ovidium Maro illius ingenii præstantiam magniloquis celebrarat carminibus (*Georg.* II).

Hexametri ejus (quoniam de hexametris tantum agitur) nervos habent : illum autem vehementes versus nimiumque plenos sectantem sonos deficiunt flexibilis oratio et expedita illa facilitas, quibus legentem adeo delectant carmina Virgilii! Ne longum fiat, Catullus fere uno tenore in hexametris fluit.

Tandem poetica ac versificatio apud Maronem et Flaccum ad eam adductæ sunt perfectionem, quam citra ultraque nihil absolutum esse posset. Tandem opes immensas ab Ennio cæterisque Græcorum interpretibus jampridem comparatas in rem suam utilitatemque patrii sermonis converterunt. — Ipsi quoque imitatores Græcorum exstitere; ipsi quoque multa verba multosque sensus ab Homero aliisque viris excellentibus mutuati sunt : sed vere Romani propriam ingenii sui naturam, cum in dicendi genere, tum in operibus componendis, retinuerunt.

De re multum disputata mihi venia detur hic pauca disserenti. Primum in illa quæstione me vehementer movet ardor atque impetus animi criticorum, qui poetas lacessitos defenderunt. Ergo hominum studia in eos collata sunt; ergo in amore et deliciis fuere. Quod profecto iisdem non contigisset, nisi quædam vis insita ac peculiaris in carminibus inesset. Nam si quis imitando. exempli motum et calorem in suam transtulerit linguam, quodammodo auctor ipse existimari potest. Illius certe non sunt omnes sententiæ : sed si easdem in sermone suo eadem qua is, quem imitatur, expresserit incitatione, ad lucem quasi restitutas recreat. Imitatorem enim istum appello, qui sensum cujusdam orationis diligentissime reddit. At illum, qui, post Iliadem, in alia lingua, rursus Andromachen et Hectora inter se colloquentes induceret, ita ut spectantium aut legentium animi eadem miseratione moverentur, illum, inquam, nonne merito diceres haud prorsus Homero imparem varios mentis affectus alte perpexisse? Nam nulli imitabile quidquid acre vivit et plenum spiritus. Imo si quis tantum sit imitator, neque quidquam habeat unde præstet inter ceteros, iste mediocris ingloriusque poeta oblivioni datur : nullo quippe modo memoriæ hæret infixus.

Horatius autem et Virgilius, in poetica singulares, nescio quem præ se ferunt vultum, quo secernuntur a multitudine.

Priusquam igitur argumentis utar, hunc poetam (1), quem primo velut aspectu tam vehementer diligo, non esse imitatorem affirmo.

Si trium lyricorum, quos præcipue amavit Horatius et imitatus est, fragmenta, heu! breviora, studiosissime legeris, proprium cuique, ut Horatio ipsi, colorem esse, ipsosque etiam sibi invicem similiores quam poetæ latino videri fatebere.

Anacreon et Sappho inprimis amorem celebravere, amorem autem flagrantem et quasi ferum (2), Baccharum modo insanientem, quem veteres ut interpretarentur, deam quamdam ultricem excogitaverunt.

Prædæ affixa suæ vindex Venus omnis adhæret.

Sed Horatius philosophiæ præceptis amorem « moderatoque temperavit usu (3) ».

Duobus illis lyricis anteposuit Alcæum, quem plectro donavit aureo (4). Ipse ab illo plura sumpsit eo libentius, quod in odis Alcæus suæ præcepta vitæ cecinit. Hoc ejus moralis disciplina præcipuum habet ut ingenue sui amorem proponat. Natura quidem virtutem amat; sed usu rerum, divitias. Æquo animo tole-

---

(1) Horatium dico; nam de Virgilio quid non disseruit vir summus inter criticos, S. B.? In manibus omnium sunt ejus scripta.

(2)

Πῶλε θρηϊκίη, τί δή με
λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα,
νηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δὲ
μ' οὐδὲν εἰδέναι σοφόν;
ἴσθι τοι, καλῶς μὲν ἄν σοι
τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι,
ἡνίας δ' ἔχων στρέφοιμι
ἀμφὶ τέρματα δρόμου.
Νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι,
κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις.
Δεξιὸν γὰρ ἱπποπείρην
οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

Anacr. *Fragm.* VII.

(3) Hor. *Carm.* I, 23.

(4) Hor. *Carm.* II, 10.

randas esse calamitates arbitratur : magna enim solatia miseris afferunt voluptates (1).

Ab eodem adscivit quasdam sententias Horatius: eas autem undique collatas tam ingeniose conjunxit, ut unam ac bene compositam ordinaverit rationem. Non tantum naturam ingeniumve sequitur, ut Anacreon et Alcæus; namque ea vixit ætate, qua jam societas hominum inquirens quomodo regenda esset vita, quid utile, quid non, varias scholarum disserebat opiniones, ac si forte ad easdem quas secuti erant antiqui, sententias reverteretur, illud post longas disputationes ex arbitratu suo agebat.

Cujus vero scholæ esset Horatius, a plurimis quæsitum est : fere omnes eum « Epicuri de grege porcum » (ut ipse se ipsum jocose appellavit) fuisse dixerunt. Quin potius illi fidem addimus hæc remoto joco profitenti :

> Ac ne forte roges quo me duce, quo Lare tuter,
> nullius addictus jurare in verba magistri (2)?

Hactenus de poeta, quicum familiarissime vivere adeo jucundum est, ut eum numerare audeam inter illos, de quibus Cicero scripsit : « Nobiscum pernoctant, rusticantur, peregrinantur (3). »

Ut omnia brevi complectar, Virgilius (4) Horatiusque, quamvis multa e Græcis assumpserint, vere Romani exstiterunt poetæ; et iidem rem metricam poesimque ad summum illud evexere fastigium, ubi ipsæ, nisi consisterent, necesse erat ut in præceps agerentur. Monumentum tandem exegere ære perennius. Qui vero illi sunt a quibus materia omnis collecta fuit, nisi veteres poetæ, nisi Cicero ipse, qui tot verba, tot sententiarum conformationes

---

(1) Οὐ χρὴ κακοῖσι θυμὸν ἐπιτρέπειν·
προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι·
ὦ Βάκχε, φάρμακον δ' ἄριστον
οἶνον ἐνεικαμένοις μεθυσθῆν.
Alc. *Fragm.* γ'.

(2) Hor., *Epist.* I, 1, 13.

(3) Cic. *Arch.* 7.

(4) Macrob. Saturn. V, 3 (de diversis Virgilii locis ex Homeros traductis).

in latinum transtulerunt, ut, si tot ad nos opera pervenissent, exempla proferri possent pæne innumerabilia? M. Tullius in magnam tanti operis partem venit, bonus versificator, bonus interdum at raro poeta.

PARS POSTERIOR.

DE M. TULLIO CICERONE PROSARUM SCRIPTORES AUT ETIAM POETAS ORATIONE SOLUTA IN LATINUM VERTENTE.

CAPUT I.

QUIBUS DE CAUSIS CICERO PLATONEM ALIOSQUE INGENIO PRÆSTANTES PHILOSOPHOS VERTERIT? — QUOMODO IDEM, DUM PHILOSOPHIAM LATINIS LITTERIS PERSEQUITUR, INTERPRETARI SOLEAT?

Cicero, « præcipuus in eloquentia vir (1), haud secus ac si forensis illa gloria cupiditatem animi non expleret insatiabilem, poetæ nomen famamque affectavit : quin etiam id studuit ut primus in philosophia (2) laudem haberet. Volunt enim homines ingenio præstantes se non solum hujus rei in qua omnium concessu excellunt, sed etiam artium diversarum peritissimos judicari : fuere profecto, qui, M. Tullio versus recitante, clamaverunt : « pulchre! bene! recte! » — Admiratione enim quadam affici solent ii qui anteire ceteros vel in unius rei scientia putantur. Ciceronem quidem fecisse carmina vix meminit posteritas : sed nunquam Ciceronem philosophum silebit. Nam Platonis, Aristotelis singulariumque virorum opera quædam in latinum vertendo, lin-

---

(1) Quintil., *Inst. Orat.*, X, 1.

(2) Cicero quidem philosophiam ab ineunte ætate se amplexatum multumque operæ et curæ in hoc studio consumpsisse identidem testatur : cf. *de Off.*, I, 4 ; — *de N. D.*, I, 6 ; — *Tuscul.*, V, 5 ; — *Brut.*, § 306 sqq.

guam philosophiæ propriam creavit (1) auctor, et patrias musas novo litterarum genere nobilitavit.

Qua temporum iniquitate oppressus, in studio sapientiæ reliqua otia consumere, tandem omissis reipublicæ et fori negotiis, statuerit, his verbis aperte fatetur ipse Cicero : « Ego autem (dicam enim ut res est), dum me ambitio, dum honores, dum causæ, dum Reipublicæ non solum cura, sed quædam etiam procuratio multis officiis implicatum et constrictum tenebat, hæc inclusa habebam; et, ne obsolescerent, renovabam, quum licebat, legendo. Nunc vero et gravissimo percussus vulnere, et administratione Reipublicæ liberatus, doloris medicinam a philosophia peto, et otii oblectationem hanc honestissimam judico. Aut enim huic ætati hoc maxime aptum est; aut iis rebus, si quas dignas laude gessimus, hoc in primis consentaneum; aut enim ad nostros cives erudiendos nihil utilius, aut, si hæc non ita sunt, nihil aliud video quod agere possimus (2). »

Itaque, quum J. Cæsar dictator principatum Romæ teneret, nec ulla jam superesset spes libertatis recuperandæ (3), Cicero artem politicam et jura civilia, quibus ex more patrio fere se totum tradiderat, quasi necessitate victus reliquit; tanquam vereretur, ne cives, qui cujusque incœpti finem propositum quærere soliti erant, novas istas otii oblectationes reprehenderent, sese philosophantem defendit (4) (ut ex loco, quem supra protuli, apparet);

---

(1) .. « Apparet Ciceronem non summis philosophis esse adnumerandum, tamen eum optime de litteris meruisse, dicere non dubitamus, non modo, quod quæ Græci invenerant, transtulit posterisque servavit, verum etiam quod linguam latinam suo tempore ad philosophiam parum idoneam conformavit, et ad philosophorum usum subtilitatemque perpolivit. Qua in re quas difficultates superarit ille, qui cognoverit, etiam in hoc genere viri præstantissimi ingenium summa admiratione dignum existimabit. Ac profecto opus erat summo artifice, qui linguam quodammodo inopem necdum ad res subtiliores et spinosiores exprimendas subactam ita excoleret, ut quæ Græci scripsissent, latine dici possent. » (Dr. C. M. Bernhardt., *de Cicerone Græcæ Philos. interprete*, Berolini, 1865).

Quod quidem opusculum (36 p. in-4°) serius accepi quam ut ex illo fructum perciperem.

(2) Cic., *Acad.*, I, 1.

(3) « Nam quum otio langueremus, et is esset reipublicæ status, ut eam unius consilio atque cura gubernari necesse esset ... » (Cic., *de N. D.*, I, 4).

(4) Cic., *de Fin.*, I, 1 et sqq.

atque ut tutius causam patronus vinceret (quam, ne non optima videretur, metuebat, quandoquidem dixit se nihil aliud videre quod agere posset), Brutum, excellentem omni genere laudis, commemoravit, ut, tanti exempli auctoritate munitus, inanitatis absolveretur.

Non certe doloris medicinam a philosophia petivit (1)! Quomodo enim perceptum animo habuisset illam ea virtute esse præditam, ut calamitatem sublevet, quum modo veteris, modo novæ Academiæ doctrinis (2) se favere profiteatur? Insolitam quippe hanc videbat quasi materiam, in qua se plurimum valere dicendo rursus probaret (3). Summus orator in illustrandis rebus inauditis elaboravit. Ad illam igitur se vertit scholam litteris eruditiorem (4), quæ minus diligenter dogmata persequebatur. Nam res ipsas, a quibus initium cujuscumque domus philosophiæ ductum est, utrum approbares an improbares, parvi referebat: hæc enim ad filium scripsit: « Nostra legens non multum a Peripateticis dissidentia; quoniam utrique et Socratici et Platonici esse volumus : de rebus ipsis utere tuo judicio; nihil enim impedio (5). » — Sed de philosophicis quæstionibus voluit, ut ipse dixit, pandere vela orationis, se tantæ rei perficiendæ non imparem ratus. Namque idem filio : « Orationem latinam, ait, profecto legendis nostris efficies pleniorem; nec vero arroganter hoc dictum existimari velim. Nam philosophandi scientiam concedens multis, quod est oratoris proprium, apte distincte ornateque dicere, quoniam in eo studio ætatem consumpsi, si id mihi assumo, videor id meo jure quodammodo vindicare. » Et id quidem quum nemini videret Græcorum contigisse ut idem in utroque genere elaboraret, sese insolentius extulit : filium enim hortatus est ut non solum orationes

---

(1) Cic., *Tuscul.*, II, 4. « Nam efficit hoc philosophia : medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Sed *hæc ejus vis non idem potest apud omnes...* »

(2) Eum in disciplinis, quæ sunt de vita et moribus, etiam plerumque Stoicum esse quis ignorat?

(3) Libros quibus Philosophiam illustravit, incredibili celeritate admirabilique ingenii ubertate conscripsit. « Plura, inquit, brevi tempore eversa quam multis annis stante republica scripsimus » (*de Off.*, III, 4).

(4) Cic., *Orat.*, 3; — *Brut.*, 120.

(5) *Id.*, *de Off.*, I, 1.

ipsius, sed hos etiam de philosophia libros studiose legeret. « Vis enim, inquit, dicendi major est in illis; sed hoc quoque colendum est æquabile et temperatum orationis genus (1). »

Apertius etiam dicendo sensa in hoc loco explicat : « Philosophia jacuit usque ad hanc ætatem, nec ullum habuit lumen litterarum latinarum : quæ illustranda et excitanda nobis est, ut, si occupati profuimus aliquid civibus nostris, prosimus etiam, si possimus, otiosi. In quo eo magis nobis est elaborandum, quod multi jam esse latini libri dicuntur scripti inconsiderate, ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis. Fieri autem potest ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, polite eloqui non possit. Sed mandare quemquam litteris cogitationes suas, qui eas nec disponere nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis et otio et litteris... Quare si aliquid oratoriæ laudis nostra attulimus industria, multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus, e quibus etiam illa manabant (2). » — Ita Cicero consilii sui rationem ostendit. Hoc in animo præcipuum habet ut id quod sentiat de philosophia polite eloquatur : ille igitur orationis faciendæ et ornandæ auctor locupletissimus, ne quid in dicendi genere sit infractum et amputatum studiose curat. Hoc fere unum satis est illi ut alia specie illuminentur sententiæ. Inde fit ut neque nitor, neque impetus, neque eloquentia apud eum desideretur. Disputationes exponit « quasi res agatur, non quasi narretur (3). » Ut in orationibus, sic in dialogis omnes ordinate partes nascuntur, exordium scilicet et confirmatio et peroratio. Illud præsertim in principio Tusculanarum quæstionum notatione dignum arbitror.

Equidem ista profecto, quæ dixi, fusius elegantiusque a litteratis viris disputata fuisse non ignoro; eadem igitur non iterum in mentem revocare ausus essem, nisi nos ante, quæ Ciceroni futura sit Græcos interpretandi ratio, edocerent.

Jam videbimus quomodo M. Tullius leges sequatur quas sibi imposuerat, quum « nobilissimas orationes inter se contrarias Æschinis Demosthenisque » in latinum transferret. « Non con-

(1) *De Off.*, I, 1.
(2) Cic., *Tuscul.*, I, 3.
(3) *Tusc.*, I, 1.

verti, inquit, *ut interpres*, sed *ut orator*, sententiis iisdem et earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis : in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum vimque servavi. Non enim ea me annumerare lectori putavi oportere, sed tanquam appendere (1). » Liber, fateor, qui Œconomicus inscribitur, multo ante hoc tempus e Græco conversus est; sed sæpe vel in Timæo non alia ratione utitur : solet, « quod uno Græci, si aliter non potest, pluribus verbis exponere (2). » — Raro enim splendorem et magnificentiam orationis suæ relinquit interpres ; atque manifeste apparet oratorem illum, cujus in conspectu per totam vitam fuere senatus populusque Romanus, animum inducere non voluisse, ut circuitus suos magnum quiddam sonantes nudis simplicibusque domus Socraticæ sententiis accommodaret.

Quamvis non verbum pro verbo necesse habuerit reddere, difficillimum tamen Cicero suscepit opus. Namque ante illum nemo tale dicendi genus tractaverat, nemo de studiis istis gravissime et copiosissime potuerat dicere. Quid enim memorem Amafinium (3) aut Rabirium, qui, nulla arte adhibita, de rebus ante oculos positis vulgari sermone disputabant (4)? Quid T. Varronem? « Philosophiam multis locis inchoavit, ad impellendum satis, ad edocendum parum (5). » Prætermitto C. Lucretium, qui cum mirabili brevitate dicendi « de natura rerum » tot tantaque disseruit; physica scripsit (6), non philosophica. Quamobrem magnum erat, quum Ciceronem latina deficerent exempla, in rebus

(1) Cic., *de Opt. gen. Orat.*, cap. 5.

(2) Cic., *de Fin.*, III.

(3) Vid. *Tusculan.*, IV, 3. — *Epist. fam.*, XV, 19. « Ipse enim Epicurus, a quo omnes Catii et *Amafinii*, *mali verborum interpretes*, proficiscuntur, dicit : « οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν. »

(4) Cic., *Acad.*, I, 3.

(5) Cic., *Acad.*, *l. c.*

(6) Non in honore magno erant Epicurei, ut Latini scriptores. T. Varro in Academicis (I, 2) : « Quid est magnum, quum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita enim [Epicurus] appellat atomos) concursione fortuita loqui ? » — Vid. *Tusc.*, II, 7.— Atque etiam aliis locis eos perstringit et carpit. (*Tusc.*, I, 2. — *De Fin.*, I, 8 ; III, 40).

inusitatis latine loqui. *Aut enim nova erant rerum novarum facienda nomina aut transferenda* (1).

Primum quæ nova vocabula, quæ sint translata, erit videndum. Supererit ut ostendam quantum inter hanc Tullianam orationem sæpe vagam incertamque, et linguam in usu apud recentiores philosophos tam brevem et pressam intersit. Quum denique pauca disseruerim ad id perpendendum num alia sit elocutio Ciceroni suas, alia Platonis aut cæterorum sententias exprimenti, quæ sint in interpretatis locis utriusque sermonis vere propria, opus tandem absolvam considerando quanti fuerit ad augendas et amplificandas litterarum opes momenti viva spiransque translatio. Sed ante omnia necesse est ut loci a M. T. Cicerone interpretati lectoris oculis subjiciantur.

(1) Vid. *de Orat.*, III, 27 : « Utemur verbis aut eis, quæ propria sunt et quasi certa quasi vocabula rerum, pæne una nata cum rebus ipsis; aut eis, *quæ transferuntur et quasi alieno in loco collocantur;* aut eis, quæ novamus et facimus ipsi. » — Quæ causa sit transferendi, exposuit Cic., *de Orat.*, III, 38.

CAPUT II.

LOCI PLATONIS ALIORUMQUE PHILOSOPHORUM A CICERONE INTERPRETATI.

Cicero Timæum (1) et quosdam locos e Platonis aliorumque philosophorum libris excerptos transtulit, ut ad opera ejusdem generis scribenda omnem verborum copiam pararet. Interdum etiam vertit Græcos, quum incideret ut id apte fieri posset. Quæ quidem fragmenta mutila et quasi decurtata usque ad nos pervenere, ita ut, nisi Platonis alteriusve Græci cujuslibet exemplar haberemus, nullo modo in melius a criticis fuissent restituta. Eruditus ille vir, qui per tot annos summa cum dignitate Parisiorum facultati præfuit, ista primus diligenter et accurate edidit; cujus Orellius exemplum secutus est. Itaque hunc aut illum ducem, non H. Stephanum, adhibui. Quin doctissimi illi homines rem nobis gratissimam fecerint, quis dubitare potest? Nam præter ista fragmenta, qualiacumque sint, nulla alia latinæ interpretationis monumenta florentissimum reliquit Augusti sæculum. A Platone incipiam.

(1) Ætate jam provectus Cicero latine interpretatus est hunc Platonis librum (vid. Leclerq., in Procemio Timæi).

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΤΙΜΑΙΟΣ.

II. . . . Τί τὸ ὂν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε; τὸ μὲν δὴ νοήσει κατὰ λόγου περιληπτὸν, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὂν, τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστὸν, γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι· παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. Ὅτου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεὶ, τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν αὐτοῦ ἀπεργάζηται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν· οὗ δ' ἂν εἰς τὸ γεγονὸς, γεννητῷ παραδείγματι προσχρώμενος, οὐ καλόν. Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς (1) ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ,τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω, σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεὶ, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινὸς ἀρξάμενος. Γέγονεν· ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστιν καὶ σῶμα ἔχων, πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα αἰσθητὰ, τὰ δ' αἰσθητὰ, δόξῃ περιληπτὰ μετ' αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. Τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι. Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν· τόδε δ' οὖν πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο, πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, ἢ πρὸς τὸ γεγονός. Εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος ὅ τε δημιουργὸς ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν· εἰ δὲ μὴ, ὃ μηδ' εἰπεῖν τινὶ θέμις, πρὸς τὸ γεγονός. Παντὶ δὴ σαφὲς, ὅτι πρὸς τὸ ἀΐδιον· ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων. Οὕτω δὴ γεγενημένος πρὸς τὸ λόγῳ καὶ φρονήσει περιληπτὸν καὶ κατὰ

(1) Οὐρανός (ut apud Cic. Cœlum) non modo cœlum, sed mundum etiam designat. Macrobius in Commentariis de Somnio Scipionis (II, 11) hæc scripsit : « Mundus proprie cœlum vocatur. » — Vid. J. V. L., tom. XXII, p. 366.

M. T. CICERONIS EX PLATONE TIMÆUS, SEU DE UNIVERSO.

Hinc incipit Tulliana Platonis oratio :

« II. ..... Quid est quod semper sit, neque ullum habeat ortum, et quod gignatur, nec unquam sit? Quorum alterum intelligentia et ratione comprehenditur, quod unum semper atque idem est : alterum, quod affert opinionem per sensus, rationis expers; quod totum opinabile est, id gignitur et interit, nec unquam esse vere potest. Omne autem quod gignitur ex aliqua causa gigni necesse est; nullius enim rei, causa remota, reperiri origo potest. Quocirca si is, qui aliquod munus efficere molitur, eam speciem, quæ semper est eadem, intuebitur, atque id sibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat necesse est; sin autem eam, quæ gignitur, nunquam illam, quam expetet, pulchritudinem consequetur. Omne igitur cœlum, sive mundus, sive quovis alio vocabulo gaudet, hoc a nobis nuncupatus sit. De quo id primum consideremus, quod principio est in omni quæstione considerandum, semperne fuerit, nullo generatus ortu ; an ortus sit, ab aliquo temporis principatu. Ortus est; quandoquidem cernitur et tangitur et est undique corporatus : omnia autem talia sensum movent; sensusque moventia quæ sunt, eadem in opinione consistunt, quæ ortum habere gignique diximus; nihil autem gigni posse sine causis. Atque illum quidem quasi parentem hujus universitatis invenire, difficile; et quum jam inveneris, indicare in vulgus, nefas. Rursus igitur videndum, ille fabricator tanti operis utrum sit imitatus exemplar, idne, quod semper unum et idem et sui simile, an id quod generatum ortumque dicimus. Atqui, si pulcher est hic mundus, si probus ejus artifex, profecto speciem æternitatis imitari maluit : sin secus, quod ne dictu quidem fas est, generatum exemplum est pro æterno secutus. Non igitur dubium, quin æternitatem maluerit exsequi, quandoquidem neque mundo quidquam pulchrius, neque ejus ædificatore pulchrius. Sic ergo generatus, ad id est effectus, quod ratione sapientiaque comprehenditur, atque immutabili æternitate conti-

ταὐτὰ ἔχον δεδημιούργηται. Τούτων δὲ ὑπαρχόντων αὖ πᾶσα ἀνάγκη τόνδε τὸν κόσμον εἰκόνα τινὸς εἶναι. Μέγιστον δὴ παντὸς ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ἀρχήν· ὧδε οὖν περί τε εἰκόνος καὶ περὶ τοῦ παραδείγματος αὐτῆς διοριστέον,

III. ὡς ἄρα τοὺς λόγους, ὧνπερ εἰσὶν ἐξηγηταὶ, τούτων αὐτῶν καὶ ξυγγενεῖς ὄντας· τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους, καθ' ὅσον τε ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀκινήτοις, τούτου δεῖ μηδὲν ἐλλείπειν· τοὺς δὲ τοῦ πρὸς μὲν ἐκεῖνο ἀπεικασθέντος, ὄντος δὲ εἰκόνος εἰκότας ἀνὰ λόγον τε ἐκείνων ὄντας· ὅτι περ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. Ἐὰν οὖν (ὦ Σώκρατες) πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντῃ πάντως αὐτοὺς ἑαυτοῖς ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς· ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρὴ, μεμνημένους, ὡς ὁ λέγων ἐγὼ ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν· ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους πρέπει τούτου μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν.

. . . .

Λέγωμεν δὴ, δι' ἥντινα αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. Ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος· τούτου δ' ἐκτὸς ὢν πάντα ὅτι μάλιστα γενέσθαι ἐβουλήθη παραπλήσια ἑαυτῷ. Ταύτην δὴ γενέσεως καὶ κόσμου μάλιστ' ἄν τις ἀρχὴν κυριωτάτην παρ' ἀνδρῶν φρονίμων ἀποδεχόμενος ὀρθότατα ἀποδέχοιτ' ἄν. Βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. Θέμις δ' οὔτ' ἦν οὔτ' ἔστι ῷ ἀρίστῳ δρᾷν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον. Λογισάμενος οὖν εὕρισκεν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν οὐδὲν ἀνόητον τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτε ἔργον, νοῦν δ' αὖ χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῳ. Διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὲν ἐν

netur. Ex quo efficitur ut sit necesse hunc, quem cernimus mundum, simulacrum esse alicujus æterni. Difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium. De iis igitur, quæ diximus, hæc sit prima distinctio.

III. In omni oratione cum iis rebus, de quibus explicat, videtur esse cognatio. Itaque quum de re stabili et immutabili disputat, oratio talis sit, qualis illa, quæ neque redargui neque convinci potest. Quum autem ingressa est imitata et efficta simulacra, bene agi putat, si similitudinem veri consequatur. Quantum enim ad id, quod ortum est, æternitas valet, tantum ad fidem veritas. Quocirca, si forte de Deorum natura ortuque mundi disserentes, minus id, quod habemus animo, consequimur, ut tota dilucide et plane exornata oratio sibi constet, et ex omni parte secum ipsa consentiat, haud sane erit mirum; contentique esse debebitis, si probabilia dicentur : æquum est enim meminisse et me, qui disseram, hominem esse, et vos qui judicetis; ut, si probabilia dicentur, nil ultra requiratis.

Quæramus igitur causam, quæ eum impulerit qui hæc machinatus sit, ut originem rerum et molitionem novam quæreret. Probitate videlicet præstabat; probus autem invidet nemini. Itaque omnia sui similia (1) generavit. Hæc nimirum gignendi mundi causa justissima : nam quum constituisset Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiscere, quoad natura pateretur; quidquid erat quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit, non tranquillum et quietum, sed immoderate agitatum et fluctuans, idque ex inordinato in ordinem adduxit : hoc enim judicabat esse præstantius. Fas autem nec est, nec unquam fuit, quidquam, nisi pulcherrimum, facere ei qui esset optimus. Quum rationem igitur habuisset, reperiebat nihil esse eorum, quæ natura cernerentur, non intelligens, intelligente in toto genere præstantius : [intelligentiam autem ulli rei adjunctam esse sine animo, nefas

---

(1) Cicero negligit « ὅτι μάλιστα, » male (J. V. L.).

ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι ξυνιστὰς τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. Οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον ζῷον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν.

IV. Τούτου δ' ὑπάρχοντος αὖ τὰ τούτοις ἐφεξῆς ἡμῖν λεκτέον, τίνι τῶν ζώων αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησε. Τῶν μὲν οὖν ἐν μέρους εἴδει πεφυκότων μηδενὶ καταξιώσωμεν· ἀτελεῖ γὰρ ἐοικὸς οὐδέν ποτ' ἂν γένοιτο καλόν· οὗ δ' ἔστι τἆλλα ζῶα καθ' ἓν καὶ κατὰ γένη μόρια, τούτῳ πάντων ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι τιθῶμεν. Τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνο ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς ὅσα τε ἄλλα θρέμματα ξυνέστηκεν ὁρατά. Τῷ γὰρ τῶν νοουμένων καλλίστῳ καὶ κατὰ πάντα τελέῳ μάλιστα αὐτὸν ὁ θεὸς ὁμοιῶσαι βουληθεὶς ζῶον ἓν ὁρατὸν, πάνθ' ὅσα αὐτοῦ κατὰ φύσιν συγγενῆ ζῶα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ, ξυνέστησε. Πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. Τὸ γὰρ περιέχον πάντα ὁπόσα νοητὰ ζῶα, μεθ' ἑτέρου δεύτερον οὐκ ἄν ποτ' εἴη· πάλιν γὰρ ἂν ἕτερον εἶναι τὸ περὶ ἐκείνω δέοι ζῶον, οὗ μέρος ἂν εἴτην ἐκείνω, καὶ οὐκ ἂν ἔτι ἐκείνοιν, ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ περιέχοντι τόδ' ἂν ἀφωμοιωμένον λέγοιτο ὀρθότερον. Ἵνα οὖν τόδε κατὰ τὴν μόνωσιν ὅμοιον ᾖ τῷ παντελεῖ ζώῳ, διὰ ταῦτα οὔτε δύο οὔτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν κόσμους, ἀλλ' εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς ἔστι τε καὶ ἔτ' ἔσται. Σωματοειδὲς δὲ δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι. Χωρισθὲν δὲ πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ, στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς· ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος ξυνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει. Δύο δὲ μόνω καλῶς ξυνίστασθαι τρίτου χωρὶς οὐ δυνατόν· δεσμὸν γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινὰ ἀμφοῖν ξυναγωγὸν γίγνεσθαι. Δεσμῶν δὲ κάλλιστος ὃς ἂν αὑτὸν καὶ τὰ ξυνδούμενα ὅτι μάλιστα ἓν ποιῇ. Τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία κάλλιστα ἀποτελεῖν.

V. Ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν εἴτε ὄγκων εἴτε δυνάμεων ὡντι-

esse (1).] Quocirca intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore: sic ratus est apud illud effectum esse pulcherrimum. Quam ob causam non est cunctandum profiteri, si modo investigari aliquid conjectura potest, hunc mundum animal esse, idque intelligens et divina providentia constitutum.

IV. Hoc posito, quod sequitur, videndum est cujusnam animantium Deus in fingendo mundo similitudinem secutus sit. Nullius profecto, eorum quidem quæ sunt nobis nota animantia. Sunt enim omnia in quædam genera partita, aut inchoata, aut nulla ex parte perfecta. Imperfecto autem nec absoluto simile pulchrum esse nihil potest. Cujus ergo omne animal quasi particula quædam est, sive in singulis, sive in universo genere cernatur, ejus similem mundum esse dicamus. Omnes igitur, qui animo cernuntur et ratione intelliguntur, animantes, complexu rationis et intelligentiæ, sicut homines, hoc mundo et pecudes et omnia, quæ sub adspectum cadunt, comprehenduntur. Quod enim pulcherrimum in rerum natura intelligi potest, et quod ex omni parte absolutissimum est, ei quum Deus similem mundum efficere vellet, animal unum, adspectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit. Rectene igitur unum mundum dixerimus, an esse plures et innumerabiles, dictu verius et melius? Unus profecto, siquidem factus est ad exemplum. Quod enim omnes animantes eos, qui ratione intelliguntur, complectitur, id non potest esse cum altero. Rursus enim alius animans, qui eos contineat, sit necesse est, cujus partes sint animantes superiores, cœlumque hoc simulacrum illius ultimi sit, non proximi. Quorum ne quid accideret, atque ut hic mundus esset animanti absoluto simillimus, hoc ipso, quod solus atque unus esset, idcirco singularem Deus hunc mundum atque unigenam procreavit. Corporeum autem et adspectabile itemque tractabile omne necesse est esse quod natum est. Nihil porro, igni vacuum, videri potest; nec vero tangi, quod careat solido; solidum autem nihil, quod terræ sit expers. Quamobrem mundum efficere moliens Deus, terram primum ignemque jungebat : omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid requirunt, et quasi nodum vinculumque desiderant. Sed vinculorum id est aptissimum atque pulcherrimum, quod ex se atque de his, quæ adstringit, quam maxime unum efficit. Id optime assequitur, quæ græce ἀναλογία, latine (audendum est enim, quoniam hæc primum a nobis novantur) comparatio proportiove dici potest.

V. Quando enim trium vel numerorum, vel figurarum, vel quorum-

(1) Hæc a viris doctis e Græcis varie suppleta sunt (Orelli, vol. IV, 2, pag. 498).

νωνοῦν ᾖ τὸ μέσον, ὅτιπερ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτὸ, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον, καὶ πάλιν αὖθις ὅτι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τὸ μέσον πρὸς τὸ πρῶτον, τότε τὸ μέσον μὲν πρῶτον καὶ ἔσχατον γιγνόμενον, τὸ δ' ἔσχατον καὶ τὸ πρῶτον αὖ μέσα ἀμφότερα, πάνθ' οὕτως ἐξ ἀνάγκης τὰ αὐτὰ εἶναι ξυμβήσεται, τὰ αὐτὰ δὲ γενόμενα ἀλλήλοις ἓν πάντα ἔσται. Εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μὲν, βάθος δὲ μηδὲν ἔχον ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, μία μεσότης ἂν ἐξήρκει τά τε μεθ' ἑαυτῆς ξυνδεῖν καὶ ἑαυτήν· νῦν δέ, στερεοειδῆ γὰρ αὐτὸν προσῆκεν εἶναι, τὰ δὲ στερεὰ μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ ἀεὶ μεσότητες ξυναρμόττουσιν· οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς καὶ πρὸς ἄλληλα καθόσον ἦν δυνατὸν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος ὅτιπερ πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀέρα πρὸς ὕδωρ, καὶ ὅτι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, ὕδωρ πρὸς γῆν, ξυνέδησε καὶ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν. Καὶ διὰ ταῦτα ἔκ τε δὴ τούτων τοιούτων καὶ τὸν ἀριθμόν τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν, φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων, ὥστ' εἰς ταὐτὸν αὑτῷ ξυνελθὸν ἄλυτον ὑπὸ τοῦ ἄλλου πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος γενέσθαι. Τῶν δὲ δὴ τεττάρων ἓν ὅλον ἕκαστον εἴληφεν ἡ τοῦ κόσμου ξύστασις. Ἐκ γὰρ πυρὸς παντὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς ξυνέστησεν αὐτὸν ὁ ξυνιστὰς, μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπολιπὼν, τάδε διανοηθείς· πρῶτον μὲν ἵνα ὅλον ὅτι μάλιστα ζῷον τέλεον ἐκ τελέων τῶν μερῶν εἴη, πρὸς δὲ τούτοις ἓν, ἅτε οὐχ ὑπολελειμμένων ἐξ ὧν ἄλλο τοιοῦτο γένοιτ' ἂν, ἔτι δὲ ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον ᾖ, κατανοῶν, ὡς ξυστατῷ σώματι [σώματα] θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ πάνθ' ὅσα δυνάμεις ἰσχυρὰς ἔχει, περιιστάμενα ἔξωθεν καὶ προσπίπτοντα ἀκαίρως λύει καὶ νόσους γῆράς τε ἐπάγοντα φθίνειν ποιεῖ. Διὰ δὴ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν τόνδε ἓν ὅλον ὅλων ἐξ ἁπάντων τέλεον καὶ ἀγήρων καὶ ἄνοσον αὐτὸ ἐτεκτήνατο.

VI. Σχῆμα δὲ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ πρέπον καὶ τὸ ξυγγενές. Τῷ δὲ τὰ πάντ' ἐν αὐτῷ ζῷα περιέχειν μέλλοντι ζῴῳ πρέπον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιειληφὸς ἐν αὑτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα. Διὸ καὶ σφαιροειδὲς, ἐκ μέσου πάντῃ πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον, κυκλο-

cumque generum, contingit, ut quod medium sit, ut ei primum proportione, ita id postremo comparetur, vicissimque, ut extremum cum medio, sic medium cum medio conferatur : id, quod medium est, tum primum fit, tum postremum; postrema vero et prima media fiunt; ita necessitas cogit, ut eadem sint ea, quæ disjuncta fuerunt; eadem autem quum facta sint, efficitur, ut omnia sint unum. Quod si universitatis corpus planum et æquabile explicaretur, neque in eo quidquam esset requisitum, unum interjectum medium et se ipsum, et ea, quibus esset interpositum, colligaret. Sed quum soliditas mundo quæreretur, solida autem omnia uno medio nunquam, duobus semper copulentur; ita contigit, ut inter ignem et terram, aquam Deus animamque poneret, eaque inter se compararet, et proportione conjungeret, ut quemadmodum ignis animæ, sic anima aquæ; quodque anima aquæ, id aqua terræ proportione redderet. Qua ex conjunctione cœlum ita aptum est, ut sub adspectum et tactum cadat. Itaque et ob eam causam et ex iis rebus, numero quatuor, mundi est corpus effectum, ea constructum proportione, qua dixi : ex quo ipse se concordi quadam amicitia et caritate complectitur; atque ita apte cohæret, ut dissolvi nullo modo queat, nisi ab eodem, a quo est colligatus. Earum autem quattuor rerum, quas supra dixi, sic in omni mundo omnes partes collocatæ sunt, ut nulla pars hujusce generis excederet extra, atque in hoc universo inessent genera illa universa. Id ob eas causas, primum ut mundus animans posset ex perfectis partibus esse perfectus; deinde ut unus esset, nulla parte, unde alter gigneretur, relicta; postremo ne quis enim morbus eum posset aut senectus affligere. Omnis enim coagmentatio corporis, vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur et frangitur, et ad morbos senectutemque compellitur. Hanc igitur habuit rationem effector mundi molitorque Deus, ut unum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolveretur, quod omni morbo seniove careret.

VI. Formam autem et maxime sibi cognatam et decoram dedit. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur : et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cujus omnis extremitas paribus a

τερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο, πάντων τελεώτατον ὁμοιότατόν τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχημάτων, νομίσας μυρίῳ κάλλιον ὅμοιον ἀνομοίου. Λεῖον δὲ δὴ κύκλῳ πᾶν ἔξωθεν αὐτὸ ἀπηκριβοῦτο, πολλῶν χάριν· ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδὲν, ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν· οὐδ' ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν· πνεῦμά τε οὐκ ἦν περιεστὸς δεόμενον ἀναπνοῆς. Οὐδ' αὖ τινὸς ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου σχεῖν, ᾧ τὴν μὲν εἰς ἑαυτὸ τροφὴν δέξοιτο, τὴν δὲ πρότερον ἐξικμασμένην ἀποπέμψοι πάλιν· ἀπῄει τε γὰρ οὐδὲν οὐδὲ προσῄει αὐτῷ ποθέν· οὐδὲ γὰρ ἦν. Αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τροφὴν τὴν ἑαυτοῦ φθίσιν παρέχον καὶ πάντα ἐν ἑαυτῷ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ πάσχον καὶ δρῶν ἐκ τέχνης γέγονεν· ἡγήσατο γὰρ αὐτὸ ὁ ξυντιθεὶς αὔταρκες ὂν ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον, ἢ προσδεὲς ἄλλων. Χειρῶν δὲ, αἷς οὔτε λαβεῖν οὔτε αὖ τινὰ ἀμύνασθαι χρεία τις ἦν, μάτην οὐκ ᾤετο δεῖν αὐτῷ προσάπτειν, οὐδὲ ποδῶν οὐδὲ ὅλως τῆς περὶ τὴν βάσιν ὑπηρεσίας. Κίνησιν γὰρ ἀπένειμεν αὐτῷ τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν, τῶν ἑπτὰ τὴν περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα οὖσαν. Διὸ δὴ κατὰ ταὐτὰ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν ἑαυτῷ περιαγαγὼν αὐτὸ ἐποίησε κύκλῳ κινεῖσθαι στρεφόμενον, τὰς δὲ ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἀφεῖλε καὶ ἀπλανὲς ἀπειργάσατο ἐκείνων. Ἐπὶ δὲ τὴν περίοδον ταύτην ἅτ' οὐδὲν ποδῶν δέον ἀσκελὲς καὶ ἄπουν αὐτὸ ἐγέννησεν. Οὗτος δὴ πᾶς ὄντος ἀεὶ λογισμὸς θεοῦ περὶ τὸν ποτὲ ἐσόμενον θεὸν λογισθεὶς λεῖον καὶ ὁμαλὸν πανταχῇ τε ἐκ μέσου ἴσον καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων σωμάτων σῶμα ἐποίησε. Ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ θεὶς διὰ παντός τε ἔτεινε καὶ ἔτι ἔξωθεν τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψε ταύτῃ, καὶ κύκλῳ δὴ κύκλον στρεφόμενον οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέστησε, δι' ἀρετὴν δὲ αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενον ξυγγίνεσθαι καὶ οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενον, γνώριμον δὲ καὶ φίλον ἱκανῶς αὐτὸν αὐτῷ. Διὰ πάντα δὴ ταῦτα εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο. Τὴν δὲ δὴ ψυχὴν οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ ὁ θεὸς νεωτέραν· οὐ γὰρ ἂν ἄρχεσθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου ξυνέρξας εἴασεν· ἀλλά πως ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες τοῦ προστυχόντος τε καὶ εἰκῇ ταύτῃ πῃ καὶ λέγομεν·....

medio radiis attingitur; idque ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius, nihil ut asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum; omnesque partes simillimas omnium, quod ejus præstabat judicio dissimilitudini similitudo. Omni autem totam figuram mundi lævitate circumdedit : nec enim oculis egebat, quia nihil extra, quod cerni posset, relictum erat; nec auribus, quia ne quod audiretur quidem; neque erant anima circumfusa extrema mundi, ut respirationem requireret; nec vero desiderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti et consumpti cibi; neque enim ulla decessio fieri poterat, neque accessio : neque vero erat unde. Ita se ipse consumptione et senio alebat sui, quum ipse per se et a se et pateretur et faceret omnia. Sic enim ratus est ille, qui ista junxit et condidit, ipsum se contentum esse mundum neque egere altero. Itaque nec ei manus affinxit, quia nec capiendum quidquam erat, nec repellendum; nec pedes, nec alia membra, quibus ingressum corpore sustineret. Motum enim dedit cœlo eum, qui figuræ ejus sit aptissimus, qui unus ex septem motibus mentem atque intelligentiam cohiberet maxime. Itaque una conversione atque eadem ipse circum se torquetur et vertitur. Sex autem reliquos motus ab eo separavit; itaque eum ab omni erratione liberavit. Ad hanc igitur conversionem, quæ pedibus et gradu non egeret, ingrediendi membra non dedit. Hæc Deus is, qui erat, de aliquando Deo futuro cogitans, lævem eum effecit et undique æquabilem, et a medio ad summum parem et perfectum atque absolutum ex absolutis atque perfectis. Animum autem ut in eo medio collocavit, ita per totum tetendit; deinde eum circumdedit corpore, et vestivit extrinsecus; cœloque solivago et volubili et in orbem incitato complexus est, quod secum ipsum propter virtutem facile esse posset, nec desideraret alterum, satis sibi ipsum notum et familiare. Sic Deus ille æternus hunc perfecte beatum Deum procreavit. Sed animum haud ita, ut modo locuti sumus, tum denique, quum corpus ei effecisset, inchoavit; neque enim esset rectum, minori parere majorem : sed nos multa inconsiderate ac temere dicimus.

VII. Ὁ δὲ καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου ξυνεστήσατο ἐκ τῶνδέ τε καὶ τοιῷδε τρόπῳ. Τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ ξυνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς τοῦ ἑτέρου, καὶ κατὰ ταῦτα ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ, καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς ταὐτὸν ξυναρμόττων βίᾳ. Μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἓν πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας ὅσας προσῆκε διένειμεν, ἑκάστην δὲ ἔκ τε ταὐτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένην. Ἤρχετο δὲ διαιρεῖν ὧδε· μίαν ἀφεῖλε το πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν, μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης, τὴν δ' αὖ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν, πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης, τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν, ἑβδόμην δ' ἑπτακαιεικοσιπλασίαν τῆς πρώτης. Μετὰ δὲ ταῦτα συνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δὲ ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην. Ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαστάσεσι τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα συνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον, τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τεσσαράκοντα καὶ διακόσια. Καὶ δὴ καὶ τὸ μιχθὲν, ἐξ οὗ ταῦτα κατέτεμνεν, οὕτως ἤδη πᾶν καταναλώκει. Ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις οἷον χῖ προσβαλὼν κατέκαμψεν εἰς ἓν κύκλῳ, ξυνάψας αὐταῖς τε καὶ ἀλλήλαις ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς, καὶ τῇ κατὰ ταὐτὰ ἐν ταὐτῷ περια-

VII. Deus autem et ortu et virtute antiquiorem genuit animum, eumque ut dominum et imperantem obedienti præfecit corpori; idque molitus tali quodam est modo. Ex materia, quæ individua est, et quæ semper unius modi suique similis, et ex ea, quæ corporibus dividua gignitur, tertium materiæ genus ex duobus in medium admiscuit quod esset ejusdem naturæ, et quod alterius; idque interjecit inter individuum, atque id, quod dividuum esset in corpore: et quum tria sumpsisset, unam in speciem temperavit; naturamque illam, quam alterius diximus, vi cum eadem conjunxit, fugientem et ejus copulationis alienam. Permiscens cum materia, quum ex tribus effecisset unum, id ipsum in ea, quæ decuit, membra partitus est. Jam partes singulas ex eodem et ex altero et ex materia temperavit. Fuit autem talis illa partitio. Unam principio partem detraxit ex toto; secundam autem primæ partis duplam; deinde tertiam, quæ esset secundæ sesquialtera, primæ tripla; deinde quartam, quæ secundæ dupla esset; quintam inde, quæ tertiæ tripla; tum sextam octuplam primæ; postremo septimam, quæ septem et viginti partibus antecederet primæ. Deinde instituit dupla et tripla intervalla explere, partes rursus ex toto desecans; quas intervallis ita locabat, ut in singulis essent bina media (vix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellant: sed quasi ita dixerim, intelligatur; erit enim planius). Earum alteram, eadem parte præstantem extremis, eademque superatam; alteram pari numero præstantem extremis, parique numero superatam. Sesquialteris autem intervallis et sesquitertiis et sesquioctavis sumptis ex his colligationibus in primis intervallis, sesquioctavo intervallo sesquitertia omnia explebat, quum particulam singulorum relinqueret. Ejus autem particulæ intervallo relicto habebat numerus ad numerum eamdem proportionem comparationemque in extremis, quam habent CCLVI cum CCXLIII; atque ita permixtum illud, ex quo hæc secuit, jam omne consumpserat. Hanc igitur omnem conjunctionem duplicem in longitudinem diffidit; mediæque accommodans mediam, quasi decussavit; deinde in orbem torsit, ut et ipse secum et inter se, ex commissura, quæ e regione

γομένη κινήσει πέριξ αὐτὰς ἔλαβε, καὶ τὸν μὲν ἔξω, τὸν δ' ἐντὸς ἐποιεῖτο τῶν κύκλων. Τὴν μὲν οὖν ἔξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταὐτοῦ φύσεως, τὴν δ' ἐντὸς τῆς θατέρου. Τὴν μὲν δὴ ταὐτοῦ κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιὰ περιήγαγε, τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον ἐπ' ἀριστερά. Κράτος δ' ἔδωκε τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾷ· μίαν γὰρ αὐτὴν ἄσχιστον εἴασε, τὴν δ' ἐντὸς σχίσας ἑξαχῇ ἑπτὰ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὴν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διάστασιν ἑκάστην, οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν, κατὰ τἀναντία μὲν ἀλλήλοις προσέταξεν ἰέναι τοὺς κύκλους, τάχει δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίους, τοὺς δὲ τέτταρας ἀλλήλοις καὶ τοῖς τρισὶν ἀνομοίως, ἐν λόγῳ δὲ φερομένους.

VIII. Ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτο πᾶν τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο καὶ μέσον μέσῃ ξυναγαγὼν προσήρμοττεν. Ἡ δ' ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν πάντη διαπλεκεῖσα κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξωθεν περικαλύψασα αὐτὴ ἐν αὐτῇ στρεφομένη θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον. Καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν, αὐτὴ δὲ ἀόρατος μὲν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας ψυχὴ, τῶν νοητῶν ἀεί τε ὄντων ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀρίστη γενομένη τῶν γεννηθέντων. Ἅτε οὖν ἐκ τῆς ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως, ἔκ τε οὐσίας, τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀνὰ λόγον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὐτὴν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται καὶ ὅταν ἀμέριστον, λέγει κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς, ὅτῳ τ' ἄν τι ταὐτὸν ᾖ καὶ ὅτου ἂν ἕτερον, πρὸς ὅτι τε μάλιστα καὶ ὅπη καὶ ὅπως καὶ ὁπότε ξυμβαίνει κατὰ τὰ γιγνόμενά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί. Λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος περί τε θάτερον ὂν καὶ περὶ τὸ ταὐτὸν, ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ὢν εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς· ὅταν δὲ αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν

esset, jungerentur; eoque motu, cujus orbis semper in eodem erat eodemque modo ciebatur, undique est eas circumplexus. Atque ita quum alterum esset exteriorem, interiorem alterum, amplexus orbem; illum, ejusdem naturæ; hunc, alterius nominavit; eamque, quæ erat ejusdem, detorsit a latere in dextram partem; hanc autem citimam a media linea direxit ad lævam : sed principatum dedit superiori, quam solam individuam reliquit; interiorem autem quum in sex partes divisisset, septem orbes dispares duplo et triplo intervallo moveri jussit, contrariis inter se partibus. Eorum autem trium fecit pares celeritates; sed quatuor et inter se dispares et dissimiles trium reliquorum.

VIII. Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex sua mente et voluntate genuisset, tum denique omne, quod erat concretum atque corporeum, substernebat animo, interiusque faciebat; atque ita medio medium accommodans copulabat. Sic animus a medio profectus extremitatem cœli a suprema regione rotundo ambitu circumjecit, seseque ipse versans, divinum sempiternæ sapientisque vitæ induxit exordium. Et corpus quidem cœli adspectabile effectum est, animus autem oculorum effugit obtutum. Est autem animus ex omnibus, rationis contentionisque (ἁρμονία græce) sempiternarum rerum et sub intelligentiam cadentium, compos et particeps; quo nihil ab optimo et præstantissimo genitore melius procreatum : quippe qui ex eadem vinctus alteraque natura, adjuncta materia, temperatione trium partium, proportione compacta, se ipse conversans, quum materiam mutabilem arripuisset, et quum individuam atque simplicem, per quam omnis movetur, discernitque quid sit ejusdem generis, quid alterius, et cetera dijudicat, quid cuique rei sit maxime aptum, quid quoque loco aut modo aut tempore contingat; quæque distinctio sit inter ea, quæ gignantur, et ea, quæ sint semper eadem. Ratio autem vera, quæ versatur in iis, quæ sunt semper eadem, et in iis, quæ mutantur, quum in eodem et in altero movetur ipsa per se sine voce, et sine ullo sono, quum eamdem partem attingit, qua solus cieri potest; orbis illius generis alterius immutatus et rectus omnia animo mentique denuntiat : tum opiniones adsensionesque firmæ veræque gignuntur. Quum autem in illis rebus vertitur, quæ manentes sem-

ᾗ καὶ ὁ τοῦ ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, νοῦς ἐπιστήμη τε ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται. . . . .

. . . .

IX. Ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα γεννηθῇ χρόνος, ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα ἐπίκλην ἔχοντα πλανητὰ εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε. Σώματα δὲ αὐτῶν ἑκάστων ποιήσας ὁ θεὸς ἔθηκεν εἰς τὰς περιφορὰς, ἃς ἡ θατέρου περίοδος ᾔει, ἑπτὰ οὔσας ὄντα ἑπτά· Σελήνην μὲν εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον, Ἥλιον δὲ εἰς τὸν δεύτερον ὑπὲρ γῆς, Ἑωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον εἰς τὸν τάχει μὲν ἰσόδρομον Ἡλίῳ κύκλον ἰόντας, τὴν δ' ἐναντίαν εἰληχότας αὐτῷ δύναμιν· ὅθεν καταλαμβάνουσί τε καὶ καταλαμβάνονται καὶ κατὰ ταὐτὰ ὑπ' ἀλλήλων Ἥλιός τε καὶ ὁ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Ἑωσφόρος. Τὰ δ' ἄλλα οἷ δὴ καὶ δι' ἃς αἰτίας ἱδρύσατο, εἴ τις ἐπεξίοι πάσας, ὁ λόγος πάρεργος ὢν πλέον ἂν ἔργον ὧν ἕνεκα λέγεται παράσχοι. Ταῦτα μὲν οὖν ἴσως τάχ' ἂν κατὰ σχολὴν ὕστερον τῆς ἀξίας τύχοι διηγήσεως· ἐπειδὴ δὲ οὖν εἰς τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν ἕκαστον ἀφίκετο φορὰν τῶν ὅσα ἔδει ξυναπεργάζεσθαι χρόνον, δεσμοῖς τε ἐμψύχοις σώματα δεθέντα ζῷα ἐγεννήθη τό τε προσταχθὲν ἔμαθε, κατὰ δὴ τὴν θατέρου φορὰν πλαγίαν οὖσαν, διὰ τῆς ταὐτοῦ φορᾶς ἰούσης τε καὶ κρατουμένης, τὸ μὲν μείζονα αὐτῶν, τὸ δ' ἐλάττω κύκλον ἰὸν, θᾶττον μὲν τὰ τὸν ἐλάττω, τὰ δὲ τὸν μείζω βραδύτερον περιῄει· τῇ δὲ ταὐτοῦ φορᾷ τὰ τάχιστα περιιόντα ὑπὸ τῶν βραδύτερον ἰόντων ἐφαίνετο καταλαμβάνοντα καταλαμβάνεσθαι. Πάντας γὰρ τοὺς κύκλους αὐτῶν στρέφουσα ἕλικα, διὰ τὸ διχῇ κατὰ τὰ ἐναντία ἅμα προϊέναι, τὸ βραδύτατα ἀπιὸν ἀφ' αὐτῆς οὔσης ταχίστης ἐγγύτατα ἀπέφαινεν. Ἵνα δ' εἴη μέτρον ἐναργές τι πρὸς ἄλληλα βραδύτητι καὶ τάχει καὶ τὰ περὶ τὰς ὀκτὼ φορὰς πορεύοιτο, φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆς δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν Ἥλιον, ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανὸν, μετάσχοι τε ἀριθμοῦ τὰ ζῷα, ὅσοις ἦν προσῆκον, μαθόντα παρὰ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς. Νὺξ μὲν οὖν ἡμέρα τε γέγονεν οὕτως

per eædem, non sensu, sed intelligentia continentur; [tum intelligentia scientiaque necessario efficitur...]

Deest aliquid.

IX. Ratione igitur et mente divina, ad originem temporis, curriculum inventum est Solis et Lunæ. [Corpora autem eorum singulorum quum effecisset Deus, ea ad eas conversiones collocavit, quas alterius circuitus conficiebat, quæ sunt septem, ut et illa septem : ita vim suam Natura convertit,] ut terram Lunæ cursus proxime ambiret, eique supra terram proxima Solis circumvectio esset. Lucifer deinde et sancta Mercurii stella cursum habent Solis celeritati parem, sed vim quamdam contrariam; eaque conversione (1), quam inter se habent Lucifer, Mercurius, Sol, alii alios vincunt, vicissimque vincuntur. Reliquorum siderum quæ causa collocandi fuerit, quæque aliorum sit collocatio, in sermonem alium differendum est, ne in eo, quod attingendum fuit, quam in eo, cujus causa id attigimus, longior ponatur oratio. Quando igitur unumquodque eorum siderum cursum decorum est adeptum, e quibus erat motus temporis consignandus; colligatisque corporibus vinculis animalibus, tum animantia orta sunt; eaque imperio parere didicerunt : tunc ex alterius naturæ motione transversa, in ejusdem naturæ motum incurrentia, in eoque hærentia atque impedita, quum alia majorem lustrarent orbem, alia minorem, tardiusque majorem, celeriusque minorem, motu vero unius ejusdemque naturæ : quæ velocissime movebantur, ea celeritate vinci a tardioribus, et, quum superabant, superari videbantur. Omnis enim orbis eorum quasi facilitatis (2) inflexione vertebatur : quam bifariam contrarie simul procedentia efficiebant, ut quod esset tardissimum id proximum fieret celerrimo. Atque ut esset mensura quædam evidens, quæ in istis octo cursibus celeritates tarditatesque declararet : Deus ipse Solem, quasi lumen, accendit ad secundum supra terram ambitum, ut quam maxime cœlum omnibus colluceret, animantesque, quibus jus esset doceri, ab ejusdem motu, et ab eo, quod simile esset, numerorum naturam vimque cognoscerent. Nox igitur et dies ad hunc modum

(1) Concursatione (Orelli); — concursione (H. Stephanus).
(2) Helicis (Orelli), non jure, ut puto.

καὶ διὰ ταῦτα, ἡ τῆς μιᾶς καὶ φρονιμωτάτης κυκλήσεως περίοδος· μεὶς δὲ, ἐπειδὰν σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον ἥλιον ἐπικαταλάβῃ· ἐνιαυτὸς δὲ, ὁπόταν ἥλιος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθῃ κύκλον. Τῶν δ' ἄλλων τὰς περιόδους οὐκ ἐννενοηκότες ἄνθρωποι, πλὴν ὀλίγοι τῶν πολλῶν, οὔτε ὀνομάζουσιν οὔτε πρὸς ἄλληλα ξυμμετροῦνται σκοποῦντες ἀριθμοῖς, ὥστε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐκ ἴσασι χρόνον ὄντα τὰς τούτων πλάνας, πλήθει μὲν ἀμηχάνῳ χρωμένας, πεποικιλμένας δὲ θαυμαστῶς. Ἔστι δ' ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν, ὡς ὅγε τέλεος ἀριθμὸς χρόνου τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν τῷ τοῦ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ.

X. Κατὰ ταῦτα δὴ καὶ τούτων ἕνεκα ἐγεννήθη τῶν ἄστρων ὅσα δι' οὐρανοῦ πορευόμενα ἔσχε τροπὰς, ἵνα τόδε ὡς ὁμοιότατον ᾖ τῷ τελέῳ καὶ νοητῷ ζῴῳ πρὸς τὴν τῆς διαιωνίας μίμησιν φύσεως. — Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἤδη μέχρι χρόνου γενέσεως ἀπείργαστο εἰς ὁμοιότητα ᾧπερ ἀπεικάζετο· τῷ δὲ μήπω τὰ πάντα ζῷα ἐντὸς αὐτοῦ γεγενημένα περιειληφέναι, ταύτῃ ἔτι εἶχεν ἀνομοίως. Τοῦτο δὴ τὸ κατάλοιπον ἀπειργάζετο αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ παραδείγματος ἀποτυπούμενος φύσιν. Ἧπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας τῷ, ὅ ἐστι ζῷον, οἷαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι, καθορᾷ, τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε σχεῖν. Εἰσὶ δὲ τέτταρες· μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος, ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον, τρίτη δὲ ἔνυδρον εἶδος, πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον τέταρτον. Τοῦ μὲν οὖν θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπήρξατο, ὅπως ὅτι λαμπρότατον ἰδεῖν τε κάλλιστον εἴη· τῷ δὲ παντὶ προσεικάζων εὔκυκλον ἐποίει, τίθησί τε εἰς τὴν τοῦ κρατίστου φρόνησιν ἐκείνῳ ξυνεπόμενον, νείμας περὶ πάντα κύκλῳ τὸν οὐρανὸν, κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ πεποικιλμένον εἶναι καθ' ὅλον. Κινήσεις δὲ δύο προσῆψεν ἑκάστῳ, τὴν μὲν ἐν ταὐτῷ κατὰ ταὐτὰ, περὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ διανοουμένῳ, τὴν δὲ εἰς τὸ πρόσθεν, ὑπὸ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς κρατουμένῳ· τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον καὶ ἑστὸς, ἵν' ὅτι μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον γένοιτο ὡς

et ob has generata causas, unum circuitum orbis efficit sapientissimum atque optimum; mensis autem, quando Luna, lustrato suo cursu, Solem consecuta est; annus, ubi Sol suum totum confecit et peragravit orbem. Cæterorum autem siderum ambitus ignorantes homines, præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero commetiuntur. Itaque nesciunt hos siderum errores, id ipsum esse, quod rite dicitur tempus, multitudine infinita, varietate admirabili præditos. Attamen illud perspici et intelligi potest, absoluto perfectoque numero temporis, absolutum perfectumque annum tunc compleri denique, quum se octo ambitus, confectis suis cursibus, ad idem caput retulerunt, quumque eos permensus est idem et semper sui similis orbis (1).

X. Has igitur ob causas nata astra sunt, quæ, per cœlum penetrantia, solstitiali se et brumali revocatione converterent : ut hoc omne animal, quod videmus, esset illi animali, quod sentimus, ad æternitatis imitationem simillimum. Et cætera quidem usque ad temporis ortum impressa ab illis, quæ imitabatur, effinxerat : sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat, ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis similitudo. Quot igitur et quales animalium formas mens, in speciem rerum intuens, poterat cernere, totidem et tales in hoc mundo secum cogitavit effingere. Erant autem animantium genera quatuor. Quorum unum divinum atque cœleste; alterum pennigerum et aerium; tertium, aquatile; terrestre, quartum. Divinæ animationis maxime speciem faciebat ex igne, ita ut splendidissimus esset et adspectu pulcherrimus; quumque similem universitatis naturæ efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit, comiteque (2) eum sapientia quam optimæ mentis effecit, circumque cœlum æqualiter distribuit, ut hunc hac varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus. Dedit autem divinis duo genera motus : unum, quod semper esset in eodem æque, et idem in omnibus atque uno modo [celeraret (3)]; alterum, quod in anticam partem a conversione ejusdem et similis pelleretur. Quinque autem reliquis motibus orbem eum esse voluit expertem, immo-

(1) Cf. Cic., *de Rep.*, VI, 12.
(2) Comitem (Orell.).
(3) Hoc corruptum, ut vidit H. Steph. (Orell.).

ἄριστον. Ἐξ ἧς δὴ τῆς αἰτίας γέγονεν ὅσ' ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῷα θεῖα ὄντα καὶ ἀΐδια καὶ κατὰ ταὐτὰ ἐν ταὐτῷ στρεφόμενα ἀεὶ μένει· τὰ δὲ τρεπόμενα καὶ πλάνην τοιαύτην ἴσχοντα, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐῤῥήθη, κατ' ἐκεῖνα γέγονε. Γῆν δὲ, τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἰλλομένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην καὶ πρεσϐυτάτην θεῶν ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ γεγόνασι. Χορείας δὲ τούτων αὐτῶν καὶ παραϐολὰς ἀλλήλων, καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις καὶ προσχωρήσεις, ἔν τε ταῖς ξυνάψεσιν ὁποῖοι τῶν θεῶν κατ' ἀλλήλους γιγνόμενοι καὶ ὅσοι καταντικρὺ, μεθ' οὕστινάς τε ἐπίπροσθεν ἀλλήλοις ἡμῖν τε κατὰ χρόνους οὕστινας ἕκαστοι κατακαλύπτονται καὶ πάλιν ἀναφαινόμενοι φόϐους καὶ σημεῖα τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων τοῖς οὐ δυναμένοις λογίζεσθαι πέμπουσι, τὸ λέγειν ἄνευ διόψεως τούτων αὖ τῶν μιμημάτων μάταιος ἂν εἴη πόνος.

XI. Ἀλλὰ ταῦτά τε ἱκανῶς ἡμῖν ταύτῃ καὶ τὰ περὶ θεῶν ὁρατῶν καὶ γεννητῶν εἰρημένα φύσεως ἐχέτω τέλος. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς, πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τούς γε αὐτῶν προγόνους εἰδόσιν. Ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. Οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ τούτων τῶν θεῶν ἐχέτω καὶ λεγέσθω· Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην, τούτων δὲ Φόρκυς Κρόνος τε καὶ Ῥέα καὶ ὅσοι μετὰ τούτων, ἐκ δὲ Κρόνου τε καὶ Ῥέας Ζεὺς Ἥρα τε καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν ἔτι τε τούτων ἄλλους ἐκγόνους. Ἐπεὶ δ' οὖν πάντες, ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς καὶ ὅσοι φαίνονται καθόσον ἂν ἐθέλωσιν, οἱ θεοὶ γένεσιν ἔσχον, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας τάδε· « Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ γε μὴ ἐθέλοντος. Τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτὸν, τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν

bilem et stantem. Ex quo genere ea sunt sidera, quæ infixa cœlo non moventur loco, quæ sunt animantia, eaque divina; ob eamque causam suis sedibus inhærent, et perpetuo manent. Quæ autem vaga et mutabili ratione (1) labuntur, ita generata sunt, ut supra diximus. Jam vero Terram, altricem nostram, quæ trajecto axe sustinetur, diei noctisque effectricem eamdemque custodem, antiquissimam Deorum voluit esse eorum, qui intra cœlum gignerentur. Flexiones autem Deorum, et inter ipsos Deos concursiones, quæque in orbibus eorum conversiones, antecessionesque eveniant, quumque inter se pæne contingant, eos, qui prope copulentur contraria regione, et pone quos aut ante labantur, quibusque temporibus a nostro adspectu oblitescant, rursusque emersi terrorem incutiant rationis expertibus, si verbis explicare conemur, nullo posito sub oculis simulacro, earum rerum frustra suscipiatur labor.

XI. Sed hæc satis sint dicta nobis; quæ de Deorum, qui cernuntur, quique orti sunt, natura præfati sumus, habeant hunc terminum. Reliquorum autem, quos Græci δαίμονας appellant, nostri (opinor) Lares, si modo hoc recte conversum videri potest, et nosse et enuntiare ortum eorum, majus est quam ut profiteri scribere nos audeamus. Credendum nimirum est veteribus et priscis, ut aiunt, viris, qui se progeniem Deorum esse dicebant. Itaque eorum vocabula nobis prodiderunt. Nosse autem generatores suos optime poterant; ac difficile est a Diis ortis fidem non habere : quanquam nec argumentis nec rationibus certis eorum oratio confirmatur; sed quia de suis rebus notis videntur loqui, veteri legi morique parendum est. Sic igitur, ut ab his est traditum, horum Deorum ortus habeatur atque dicatur, ut Oceanum Salaciamque cœli satu, Terræque conceptu generatos editosque memoremus; ex his Phorcyn, Saturnum et Opem; deinceps Jovem atque Junonem, reliquos, quos fratres inter se agnatosque usurpare atque appellare videmus, et eorum, ut utamur veteri verbo, prosapiam. Quando igitur omnes, et qui moventur palamque ostenduntur, et qui ea tenus nobis declarantur, qua ipsi volunt, creati sunt; tum ad Deos is Deus, qui omnia genuit, fatur : « Hæc vos, qui Deorum satu orti estis, attendite. Quorum operum ego parens effectorque sum [quæ per me facta] non sunt dissoluta,

(1) Erratione (Orelli), non jure; nam « vaga » et « mobilis » nomen « πλάνην » exprimunt.

καὶ ἔχον εὖ λύειν ἐθέλειν κακοῦ. Δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔ τι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων, οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε ξυνεδεῖσθε. Νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος, μάθετε. Θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρία ἀγέννητα. Τούτων δὲ μὴ γενομένων οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται· τὰ γὰρ ἅπαντ' ἐν αὐτῷ γένη ζώων οὐχ ἕξει, δεῖ δὲ, εἰ μέλλει τέλεος ἱκανῶς εἶναι. Δι' ἐμοῦ δὲ ταῦτα γενόμενα καὶ βίου μετασχόντα θεοῖς ἰσάζοιτ' ἄν. Ἵνα οὖν θνητά τε ᾖ τό τε πᾶν τόδε ὄντως ἅπαν ᾖ, τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζώων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμετέραν γένεσιν. Καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον ἡγεμονοῦν τ' ἐν αὐτοῖς τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω· τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες ἀπεργάζεσθε ζῷα καὶ γεννᾶτε τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε. »

XII. Ταῦτ' εἶπε, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων τρόπων μέν τινα τὸν αὐτὸν, ἀκήρατα δ' οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δεύτερα καὶ τρίτα. Ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς, ὅτι γένεσις πρώτη μὲν ἔσοιτο τεταγμένη μία πᾶσιν, ἵνα μή τις ἐλαττοῖτο ὑπ' αὐτοῦ, δέοι δὲ σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἕκαστα ὄργανα χρόνων φῦναι ζώων τὸ θεοσεβέστατον, διπλῆς δὲ οὔσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ κρεῖττον τοιοῦτον εἴη γένος, ὃ καὶ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ. Ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσίοι, τὸ δ' ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν, πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι, δεύτερον δὲ ἡδονῇ καὶ λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα, πρὸς δὲ τούτοις φόβον καὶ θυμὸν ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε

me invito : quanquam omne colligatum solvi potest; sed haudquaquam boni est, ratione vinctum velle dissolvere. Sed quoniam orti estis, immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis : neutiquam tamen dissolvemini, nec vos ulla mortis fata periment, nec fraus valentior quam consilium meum; quod majus est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa, quibus estis tum, quum gignebamini, colligati. Quid sentiam igitur cognoscite. Tria nobis genera reliqua sunt, eaque mortalia; quibus prætermissis, cœli absolutio perfecta non erit. Omnia enim genera animalium complexu non tenebit; teneat autem oportebit, ut eodem ne quid absit. Quæ a me ipso effecta sint, quod Deorum vitam possit adæquare. Ut igitur mortali generentur conditione, vos suscipite ut illa gignatis, imiteminique vim meam, qua in vestro ortu me usum esse meministis: in quibus qui tales creantur, ut Deorum immortalium quasi gentiles esse debeant, divini generis appellentur, teneantque omnium animantium principatum, vobisque jure et lege volentes pareant; quorum vobis initium satusque traditur a me : vos autem ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem. Ita orientur animantes, quos et vivos alatis et consumptos sinu recipiatis. »

XII. Hæc ille dixit. Deinde ad temperationem superiorem revertit, in qua omnem animum universæ naturæ temperans permiscebat, superiorisque permixtionis reliquias fundens æquabat, eodem modo ferme, nisi quod non ita incorrupta, ut ea quæ semper idem, sed ab iis secundum sumebat atque tertium. Toto igitur omni constituto, sideribus parem numerum distribuit animorum, et singulos adjunxit ad singula, atque ita quasi in currum universitatis imposuit, commonstravitque leges fatales ac necessarias; et ostendit primum ortum unum fore omnibus, eumque moderatum atque constantem nec ab ullo imminutum; satis autem, et quasi sparsis animis, fore, uti certis temporum intervallis oriretur animal, quod esset ad cultum Deorum aptissimum. Sed quum duplex esset natura generis humani, sic se res habebant, ut præstantius genus esset eorum, qui essent futuri viri. Quum autem animis corpora cum necessitate insevisset, quumque ad corpora [necessitate] tum accessio fieret, tum abscessio; necesse erat sensum existere unum communemque omnium, vehementiore motu excitatum conjunctumque naturæ; deinde voluptate et modestia mixtum amorem; post iram, et metum, et reliquos motus animi, comites superiorum, et his etiam contrarios dissidentes : quos qui ratione rexerit, juste

διεστηκότα· ὧν εἰ μὲν κρατήσοιεν, δίκῃ βιώσοιντο, κρατηθέντες δὲ, ἀδικίᾳ. Καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα χρόνον βιοὺς, πάλιν εἰς τὴν τοῦ ξυννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου, βίον εὐδαίμονα καὶ συνήθη ἕξοι· σφαλεὶς δὲ τούτων εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβαλοῖ, μὴ παυόμενός τε ἐν τούτοις ἔτι κακίας, τρόπον ὃν κακύνοιτο, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς τοῦ τρόπου γενέσεως εἴς τινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβαλοῖ θηρίου φύσιν, ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξοι, πρὶν τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ ξυνεπισπόμενος τὸν πολὺν ὄχλον καὶ ὕστερον προσφύντα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα, λόγῳ κρατήσας εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως.

XIII. Διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα, ἵνα τῆς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος, ἔσπειρε τοὺς μὲν εἰς γῆν, τοὺς δ' εἰς σελήνην, τοὺς δ' εἰς τἆλλα ὅσα ὄργανα χρόνου. Τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητὰ, τό τ' ἐπίλοιπον ὅσον ἔτι ἦν ψυχῆς ἀνθρωπίνης δέον προσγένεσθαι, τοῦτο καὶ πάνθ' ὅσα ἀκόλουθα ἐκείνοις ἀπεργασαμένους ἄρχειν καὶ κατὰ δύναμιν ὅτι κάλλιστα καὶ ἄριστα τὸ θνητὸν διακυβερνᾷν ζῶον, ὅτι μὴ κακῶν αὐτὸ ἑαυτῷ γίγνοιτο αἴτιον. Καὶ ὁ μὲν δὴ ἅπαντα ταῦτα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει· μένοντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ πατρὸς τάξιν ἐπείθοντο αὐτῇ, καὶ λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζώου, μιμούμενοι τὸν σφέτερον δημιουργὸν, πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μόρια ὡς ἀποδοθησόμενα πάλιν, εἰς ταὐτὸν τὰ λαμβανόμενα ξυνεκόλλων οὐ τοῖς ἀλύτοις, οἷς αὐτοὶ ξυνείχοντο, δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις πυκνοῖς γόμφοις ξυντήκοντες, ἓν ἐξ ἁπάντων ἀπεργαζόμενοι σῶμα ἕκαστον, τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν εἰς ἐπίῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον. Αἱ δ' εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολὺν οὔτ' ἐκράτουν οὔτ' ἐκρατοῦντο, βίᾳ δ' ἐφέροντο καὶ ἔφερον, ὥστε τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῷον, ἀτάκτως μὴν ὅπῃ τύχοι προϊέναι καὶ ἀλόγως, τὰς ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἔχον· εἴς τε γὰρ τὸ

vixerit; qui autem his se dediderit, injuste. Atque ille, qui recte et honeste curriculum vivendi a natura datum confecerit, ad illud astrum, quocum aptus fuerit revertetur; qui autem immoderate et intemperate vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet. Et si ne tum quidem finem vitiorum faciet, gravius etiam jactabitur, et in suis moribus simillimas figuras pecudum et ferarum transferetur; neque malorum terminum prius adspiciet, quam illam sequi cœperit conversionem, quam habebat in se ipse, ejusdem et unius, simul innatam et insitam : quod tum eveniet, quum illa, quæ ex igne, aere, aqua atque terra, turbulenta et rationis expertia insederint, denique ratione depulerit, et ad primam atque optimam affectionem animi pervenerit.

XIII. Quæ quum ita designasset, seseque, si quid postea fraudis aut vitii evenisset, extra omnem culpam causamque posuisset; alios in terram, alios in lunam, alios in reliquas mundi partes, quæ sunt ad spatiorum temporis significationem notæ constitutæ, spargens quasi serebat. Post autem sationem eam Diis, ut ita dicam, junioribus permisit, ut corpora mortalia effingerent, quantumque esset reliquum ex humano animo, quod deberet accedere, id omne et quæ consequentia essent, perpolirent et absolverent; deinde ut huic animanti principes se ducesque præberent, vitamque ejus pulcherrime regerent et gubernarent : nisi quatenus ipse benefactus sua culpa sibi aliquid miseriæ quæreret. Atque is quidem, qui cuncta composuit, constanter in suo manebat statu : qui autem erant ab eo creati, quum parentis ordinem cognovissent, hunc sequebantur. Itaque quum accepissent immortale principium mortalis animantis, imitantes genitorem et effectorem sui, particulas ignis et terræ et aquæ et aeris a mundo, quas rursus redderent, mutuabantur, easque inter se copulabant, haud iisdem vinculis, quibus ipsi erant colligati, sed talibus, quæ cerni non possent propter parvitatem, crebris quasi cuneolis injectis, unum efficiebant ex omnibus corpus; itemque in eo influente atque effluente animo divino ambitus illigabant. Atque illi in flumen [ingens] immersi, neque tenebant, neque tenebantur; sed vi magna tum ferebant, tum ferebantur. Ita totum animal movebatur illud quidem, sed immoderate et fortuitu, ut sex motibus veheretur. Nam et ante, et pone,

πρόσθε καὶ ὄπισθεν καὶ πάλιν εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ κάτω τε καὶ ἄνω καὶ πάντη κατὰ τοὺς ἓξ τόπους πλανώμενα προήει.

. . . .

. . . .

XIV. Τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιίαν καὶ πάντα ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα, κατιδεῖν οὐδὲν ἔτι χαλεπόν· ἐκ γὰρ τῆς ἐντὸς ἐκτός τε τοῦ πυρὸς ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις, ἑνός τε αὖ περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γενομένου καὶ πολλαχῇ μεταῤῥυθμισθέντος, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνεται, τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς τῷ περὶ τὴν ὄψιν πυρὶ περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν ξυμπαγοῦς γιγνομένου. Δεξιὰ δὲ φαντάζεται τὰ ἀριστερὰ, ὅτι τοῖς ἐναντίοις μέρεσι τῆς ὄψεως περὶ τἀναντία μέρη γίγνεται ἐπαφὴ παρὰ τὸ καθεστὸς ἔθος τῆς προσβολῆς· δεξιὰ δὲ τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ ἀριστερὰ τοὐναντίον, ὅταν μεταπέσῃ συμπηγνύμενον, ᾧ συμπήγνυται φῶς· τοῦτο δὲ, ὅταν ἡ τῶν κατόπτρων λειότης ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὕψη λαβοῦσα τὸ δεξιὸν εἰς τὸ ἀριστερὸν μέρος ἀπώσῃ τῆς ὄψεως καὶ θάτερον ἐπὶ θάτερον. Κατὰ δὲ τὸ μῆκος στραφὲν τοῦ προσώπου ταὐτὸν τοῦτο ὕπτιον ἐποίησε πᾶν φαίνεσθαι, τὸ κάτω πρὸς τὸ ἄνω τῆς αὐγῆς τό τ' ἄνω πρὸς τὸ κάτω πάλιν ἀπῶσαν. Ταῦτ' οὖν πάντ' ἔστι τῶν ξυναιτίων, οἷς θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται τὴν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδέαν ἀποτελῶν· δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων οὐ ξυναίτια, ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα πηγνύντα τε καὶ διαχέοντα καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπεργαζόμενα. Λόγον δὲ οὐδένα οὐδὲ νοῦν εἰς οὐδὲν δυνατὰ ἔχειν ἐστί. Τῶν γὰρ ὄντων ᾧ νοῦν μόνῳ κτᾶσθαι προσήκει, λεκτέον ψυχήν· τοῦτο δὲ ἀόρατον, πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ γῆ σώματα πάντα ὁρατὰ γέγονε. Τὸν δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἐραστὴν ἀνάγκη τὰς τῆς ἔμφρονος φύσεως αἰτίας πρώτας μεταδιώκειν, ὅσαι δὲ ὑπ' ἄλλων κινουμένων, ἕτερα δὲ ἐξ ἀνάγκης κινούντων γίγνονται, δευτέρας. Ποιητέον δὴ κατὰ ταῦτα καὶ ἡμῖν· λεκτέα μὲν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτιῶν γένη, χωρὶς δὲ ὅσαι μετὰ νοῦ καλῶν καὶ ἀγαθῶν δημιουργοὶ καὶ ὅσαι μονωθεῖσαι φρονήσεως τὸ τυχὸν ἄτακτον ἑκάστοτε ἐξεργάζονται. Τὰ μὲν οὖν τῶν

et ad lævam, et ad dextram, et sursum, et deorsum, modo huc, modo illuc, [sex oras regionesque versus errans procedebat (1)].

Desunt nonnulla.

XIV. Jam vero earum imaginum, quæ finguntur et redduntur in speculis, eorumque, quæ splendida et lævia sunt, rationem perspicere haud difficile est. Nam ex ignis utriusque æterni atque interni communione inter ipsos, quum unus per singulas partes effectus, et multis modis concors et aptus redditus, in lævore consedit [sed si in splendore consedit] : tum vel eadem species, vel interdum immutata redditur; omniaque hujusmodi necessario in speculo referuntur, quum ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os offusus, in re lævi et splendida se confudit et contulit. Dextra autem videntur, quæ læva sunt, quia contrariis partibus oculorum contrarias partes attingunt, præter morem usitatum adjectionis et commissuræ..... Respondent autem dextra dextris, læva lævis, conversione luminum, quum ea inter se [non] (2) cohærescunt : id fit, quum speculorum lævitas hinc illincque altitudinem assumpsit, et ita dextra detrusit in lævam partem oculorum, lævaque in dextram. Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum; quæ convertens inferiora reddit quæ sunt superiora. Atque hæc omnia ex eo genere sunt, quæ rerum adjuvant causas : quibus utitur ministris Deus, quum optimi speciem, quoad fieri potest, efficit. Sed existimant plerique non hæc adjuvantia causarum, sed has ipsas esse omnium causas, quæ vim habeant frigoris et caloris, concretionis et liquoris, careant autem omni intelligentia atque ratione, quæ, nisi in animo, nulla alia in natura reperiantur. Animus autem sensum omnem effugit oculorum. At ignis, et aqua, et terra, et aer, corpora sunt, eaque cernuntur. Illum autem, qui intelligentiæ sapientiæque se amatorem profitetur, necesse est intelligentis sapientisque naturæ primas causas conquirere; deinde secundas causas rerum earum, quæ necessario movent alias, quum ipsæ ab aliis moventur. Quocirca nobis sic cerno esse faciendum, ut de utroque nos quidem dicamus genere causarum, separatim autem de iis, quæ eum intelligentia sunt efficientes pulcherrimarum rerum atque optimarum; et de iis, quæ, vacantes prudentia, inconstantia perturbataque efficiunt. Ac de oculorum quidem

---

(1) Suppl. Lambin. in edit. 1566.

(2) *Non* supervacaneum est; nam Plato dicit : « ὅταν μεταπέσῃ συμπηγνύμενον .... »

ὀμμάτων ξυμμεταίτια πρὸς τὸ ἔχειν τὴν δύναμιν, ἣν νῦν εἴληχεν, εἰρήσθω· τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, δι' ὃ θεὸς αὔθ' ἡμῖν δεδώρηται, μετὰ τοῦτο ῥητέον. Ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἄν ποτε ἐῤῥήθη μήτε ἄστρα μήτε ἥλιον μήτε οὐρανὸν ἰδόντων. Νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμὸν, χρόνου δὲ ἔννοιαν περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν, ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα Φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔτε ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.

. . . .

causis, ut haberent eam vim, quam nunc habent, satis ferme esse dictum puto. Maxima autem eorum utilitas donata humano generi Deorum munere deinceps explicetur. Rerum enim optimarum cognitiones nobis oculi attulerunt. Nam hæc, quæ est habita de Universitate oratio a nobis, haud unquam esset inventa, si neque sidera, neque Sol, neque cœlum sub oculorum adspectum cadere potuissent. Nunc vero dies noctesque oculis cognitæ, tum mensium annorumque conversiones ad numerum machinatæ sunt, et spatium temporis demensæ sunt, et ad quæstionem totius Naturæ impulerunt: quibus ex rebus Philosophiam adepti sumus; quo bono nullum optabilius, nullum præstantius, neque datum est mortalium generi Deorum concessu atque munere, neque dabitur (1).

Multa desiderantur.

---

(1) Eamdem sententiam in Academ. (I, 2) transtulit Cicero: hæc etiam in Tuscul. quæst. (I, 26) scripsit: « Philosophia vero, omnium mater artium, quid est aliud, nisi, ut Plato ait, donum, ut ego, inventum Deorum? »

VARIA FRAGMENTA.

Πλάτωνος Πολιτεία, βιβλ. Α.

.... Δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι παρὰ αὐτῶν πυνθάνεσθαι, ὥσπερ τινὰ ὁδὸν προεληλυθότων, ἣν καὶ ἡμᾶς ἴσως δεήσει πορεύεσθαι, ποία τίς ἐστι, τραχεῖα καὶ χαλεπὴ, ἢ ῥαδία καὶ εὔπορος. [Καὶ δὴ καὶ σοῦ ἡδέως ἂν πυθοίμην ὅ,τι σοι φαίνεται τοῦτο, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἤδη εἶ τῆς ἡλικίας, ὃ δὴ ἐπὶ γήραος οὐδῷ φασὶν εἶναι οἱ ποιηταὶ, πότερον χαλεπὸν τοῦ βίου, ἢ πῶς σὺ αὐτὸ ἐξαγγέλλεις]. Ἐγώ σοι, ἔφη, νὴ τὸν Δία ἐρῶ, ὦ Σώκρατες, οἷόν γ' ἐμοὶ φαίνεται. Πολλάκις γὰρ συνερχόμεθά τινες εἰς ταὐτὸ, παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διασώζοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν. Οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες καὶ ἀναμιμνησκόμενοι περὶ τἀφροδίσια καὶ περὶ πότους καὶ εὐωχίας καὶ ἄλλ' ἄττα, ἃ τῶν τοιούτων ἔχεται· καὶ ἀγανακτοῦσιν ὡς μεγάλων τινῶν ἀπεστερημένοι, καὶ τότε μὲν εὖ ζῶντες, νῦν δὲ οὐδὲ ζῶντες. Ἔνιοι δὲ καὶ τὰς τῶν οἰκείων προπηλακίσεις τοῦ γήρως ὀδύρονται, καὶ ἐπὶ τούτῳ δὴ τὸ γῆρας ὑμνοῦσιν, ὅσον κακῶν σφίσιν αἴτιον. Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν, ὦ Σώκρατες, οὗτοι οὐ τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι. Εἰ γὰρ ἦν τοῦτο αἴτιον, κἂν ἐγὼ τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐπεπόνθειν, ἕνεκά γε γήρως, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὅσοι ἐνταῦθα ἦλθον ἡλικίας· νῦν δ' ἐγὼ ἤδη ἐντετύχηκα οὐχ οὕτως ἔχουσι καὶ ἄλλοις,........ παντάπασι γὰρ τῶν γε τοιούτων ἐν τῷ γήρᾳ πολλὴ εἰρήνη γίνεται καὶ ἐλευθερία. Ἐπειδὰν γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι παύσωνται κατατείνουσαι καὶ χαλάσωσι, παντάπασι τὸ τοῦ Σοφοκλέους γίνεται· δεσποτῶν πάνυ πολλῶν ἔστι καὶ μαινομένων ἀπηλλάχθαι. Ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι καὶ τῶν γε πρὸς τοὺς οἰκείους, μία τις αἰτία ἐστὶν, οὐ τὸ γῆρας, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων. Ἂν μὲν γὰρ κόσμιοι καὶ εὔκολοι ὦσι, καὶ τὸ γῆρας μετρίως ἐστὶν ἐπίπονον· εἰ δὲ μὴ, καὶ γῆρας, ὦ Σώκρατες, καὶ νεότης χαλεπὴ τῷ τοιούτῳ ξυμβαίνει...... Οἶμαί σου τοὺς πολλοὺς, ὅταν ταῦτα λέγῃς, οὐκ ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' ἡγεῖσθαί σε ῥᾳδίως τὸ γῆρας φέρειν, οὐ διὰ τὸν τρόπον, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν

ὀμμάτων ξυμμεταίτια πρὸς τὸ ἔχειν τὴν δύναμιν, ἣν νῦν εἴληχεν, εἰρήσθω· τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, δι' ὃ θεὸς αὔθ' ἡμῖν δεδώρηται, μετὰ τοῦτο ῥητέον. Ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἄν ποτε ἐῤῥήθη μήτε ἄστρα μήτε ἥλιον μήτε οὐρανὸν ἰδόντων. Νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμόν, χρόνου δὲ ἔννοιαν περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν, ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα Φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔτε ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.

. . . .

causis, ut haberent eam vim, quam nunc habent, satis ferme esse dictum puto. Maxima autem eorum utilitas donata humano generi Deorum munere deinceps explicetur. Rerum enim optimarum cognitiones nobis oculi attulerunt. Nam hæc, quæ est habita de Universitate oratio a nobis, haud unquam esset inventa, si neque sidera, neque Sol, neque cœlum sub oculorum adspectum cadere potuissent. Nunc vero dies noctesque oculis cognitæ, tum mensium annorumque conversiones ad numerum machinatæ sunt, et spatium temporis demensæ sunt, et ad quæstionem totius Naturæ impulerunt: quibus ex rebus Philosophiam adepti sumus; quo bono nullum optabilius, nullum præstantius, neque datum est mortalium generi Deorum concessu atque munere, neque dabitur (1).

Multa desiderantur.

---

(1) Eamdem sententiam in Academ. (I, 2) transtulit Cicero: hæc etiam in Tuscul. quæst. (I, 26) scripsit: « Philosophia vero, omnium mater artium, quid est aliud, nisi, ut Plato ait, donum, ut ego, inventum Deorum? »

VARIA FRAGMENTA.

Πλάτωνος Πολιτεία, βιβλ. Α.

.... Δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι παρὰ αὐτῶν πυνθάνεσθαι, ὥσπερ τινὰ ὁδὸν προεληλυθότων, ἣν καὶ ἡμᾶς ἴσως δεήσει πορεύεσθαι, ποία τίς ἐστι, τραχεῖα καὶ χαλεπὴ, ἢ ῥαδία καὶ εὔπορος. [Καὶ δὴ καὶ σοῦ ἡδέως ἂν πυθοίμην ὅ,τι σοι φαίνεται τοῦτο, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἤδη εἶ τῆς ἡλικίας, ὃ δὴ ἐπὶ γήραος οὐδῷ φασὶν εἶναι οἱ ποιηταὶ, πότερον χαλεπὸν τοῦ βίου, ἢ πῶς σὺ αὐτὸ ἐξαγγέλλεις]. Ἐγώ σοι, ἔφη, νὴ τὸν Δία ἐρῶ, ὦ Σώκρατες, οἷόν γ' ἐμοὶ φαίνεται. Πολλάκις γὰρ συνερχόμεθά τινες εἰς ταὐτὸ, παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διασώζοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν. Οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες καὶ ἀναμιμνησκόμενοι περὶ τἀφροδίσια καὶ περὶ πότους καὶ εὐωχίας καὶ ἄλλ' ἄττα, ἃ τῶν τοιούτων ἔχεται· καὶ ἀγανακτοῦσιν ὡς μεγάλων τινῶν ἀπεστερημένοι, καὶ τότε μὲν εὖ ζῶντες, νῦν δὲ οὐδὲ ζῶντες. Ἔνιοι δὲ καὶ τὰς τῶν οἰκείων προπηλακίσεις τοῦ γήρως ὀδύρονται, καὶ ἐπὶ τούτῳ δὴ τὸ γῆρας ὑμνοῦσιν, ὅσον κακῶν σφίσιν αἴτιον. Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν, ὦ Σώκρατες, οὗτοι οὐ τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι. Εἰ γὰρ ἦν τοῦτο αἴτιον, κἂν ἐγὼ τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐπεπόνθειν, ἕνεκά γε γήρως, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὅσοι ἐνταῦθα ἦλθον ἡλικίας· νῦν δ' ἐγὼ ἤδη ἐντετύχηκα οὐχ οὕτως ἔχουσι καὶ ἄλλοις,........ παντάπασι γὰρ τῶν γε τοιούτων ἐν τῷ γήρᾳ πολλὴ εἰρήνη γίνεται καὶ ἐλευθερία. Ἐπειδὰν γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι παύσωνται κατατείνουσαι καὶ χαλάσωσι, παντάπασι τὸ τοῦ Σοφοκλέους γίνεται· δεσποτῶν πάνυ πολλῶν ἔστι καὶ μαινομένων ἀπηλλάχθαι. Ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι καὶ τῶν γε πρὸς τοὺς οἰκείους, μία τις αἰτία ἐστὶν, οὐ τὸ γῆρας, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων. Ἂν μὲν γὰρ κόσμιοι καὶ εὔκολοι ὦσι, καὶ τὸ γῆρας μετρίως ἐστὶν ἐπίπονον· εἰ δὲ μὴ, καὶ γῆρας, ὦ Σώκρατες, καὶ νεότης χαλεπὴ τῷ τοιούτῳ ξυμβαίνει...... Οἶμαί σου τοὺς πολλοὺς, ὅταν ταῦτα λέγῃς, οὐκ ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' ἡγεῖσθαί σε ῥαδίως τὸ γῆρας φέρειν, οὐ διὰ τὸν τρόπον, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν

οὐσίαν κεκτῆσθαι. Τοῖς γὰρ πλουσίοις πολλὰ παραμύθιά φασιν εἶναι. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις· οὐ γὰρ ἀποδέχονται· καὶ λέγουσι μέν τι, οὐ μέντοιγε ὅσον οἴονται. Ἀλλὰ τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους εὖ ἔχει, ὃς τῷ Σεριφίῳ λοιδορουμένῳ καὶ λέγοντι, ὅτι οὐ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν εὐδοκιμοῖ, ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς Σερίφιος ὢν ὀνομαστὸς ἐγένετο οὔτ' ἐκεῖνος Ἀθηναῖος. Καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις, χαλεπῶς δὲ τὸ γῆρας φέρουσιν, εὖ ἔχει ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι οὔτ' ἂν ὁ ἐπιεικὴς πάνυ τοι ῥαδίως γῆρας μετὰ πενίας ἐνέγκοι, οὔθ' ὁ μὴ ἐπιεικὴς, πλουτήσας, εὔκολός ποτ' ἂν ἑαυτῷ γένοιτο.

M. T. Ciceronis Cato Major seu de Senectute, cap. II et III.

Scipio. — Volumus sane, nisi molestum est, Cato, tanquam aliquam viam longam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum sit, istuc, quo pervenisti, videre quale sit.

Cato. — Faciam, ut potero, Læli. Sæpe enim interfui querelis meorum æqualium (pares autem cum paribus, vetere proverbio, facillime congregantur) (1), quæ C. Salinator, quæ Sp. Albinus, homines consulares, nostri fere æquales, deplorare solebant : tum quod voluptatibus carerent, sine quibus vitam nullam putarent; tum quod spernerentur ab iis, a quibus essent coli soliti. Qui mihi non id videbantur accusare quod esset accusandum. Nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usu evenirent, reliquisque omnibus majoribus natu; quorum ego multorum cognovi senectutem sine querela : qui se et libidinum vinculis laxatos esse non moleste ferrent, nec a suis despicerentur. Sed omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa, non in ætate. Moderati enim, et nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem. Importunitas autem et inhumanitas omni ætati molesta est.

Lælius. — Est, ut dicis, Cato. Sed fortasse dixerit quispiam, tibi propter opes et copias dignitatem tuam tolerabiliorem senectutem videri; id autem non posse multis contingere.

Cato. — Est istuc quidem, Læli, aliquid; sed nequaquam in isto sunt omnia : ut Themistocles fertur Seriphio cuidam in jurgio respondisse, quum ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendorem assecutum : nec Hercule, inquit, si ego Seriphius essem, nobilis; nec tu, si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses. Quod eodem modo de senectute potest dici. Neque enim in summa inopia levis esse senectus potest, ne sapienti quidem; nec insipienti etiam in summa copia non gravis.

---

(1) Cf. Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον (Hom., *Odyss.*, XVII, 218).

Πολιτεία, βιβλ. Β.

.... Εἶναι μὲν γάρ (φασιν) αὐτὸν (Γύγην) ποιμένα θητεύοντα παρὰ τῷ τότε Λυδίας ἄρχοντι, ὄμβρου δὲ πολλοῦ γενομένου καὶ σεισμοῦ ῥαγῆναί τι τῆς γῆς καὶ γενέσθαι χάσμα κατὰ τὸν τόπον ᾗ ἔνεμεν. Ἰδόντα δὲ καὶ θαυμάσαντα καταβῆναι καὶ ἰδεῖν ἄλλα τε δὴ, ἃ μυθολογοῦσι, θαυμαστὰ, καὶ ἵππον χαλκοῦν, κοῖλον, θυρίδας ἔχοντα, καθ' ἃς ἐγκύψαντα ἰδεῖν ἐνόντα νεκρὸν, ὡς φαίνεσθαι, μείζω ἢ κατ' ἄνθρωπον. Τοῦτον δὲ ἄλλο μὲν ἔχειν οὐδὲν, περὶ δὲ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον, ὃν περιελόμενον ἐκβῆναι. Συλλόγου δὲ γενομένου τοῖς ποιμέσιν εἰωθότος, ἵν' ἐξαγγέλλοιεν κατὰ μῆνα τῷ βασιλεῖ τὰ περὶ τὰ ποίμνια, ἀφικέσθαι καὶ ἐκεῖνον ἔχοντα τὸν δακτύλιον. Καθήμενον οὖν μετὰ τῶν ἄλλων, τυχεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιαγαγόντα πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρός. Τούτου δὲ γενομένου, ἀφανῆ αὐτὸν γενέσθαι τοῖς παρακαθημένοις, καὶ διαλέγεσθαι ὡς περὶ οἰχομένου. Καὶ τὸν θαυμάζειν τε πάλιν ἐπιψηλαφῶντα τὸν δακτύλιον στρέψαι ἔξω τὴν σφενδόνην, καὶ στρέψαντα φανερὸν γενέσθαι. Καὶ τοῦτο ἐννοήσαντα ἀποπειρᾶσθαι τοῦ δακτυλίου, εἰ ταύτην ἔχοι τὴν δύναμιν, καὶ αὐτῷ οὕτω ξυμβαίνειν· στρέφοντι μὲν εἴσω τὴν σφενδόνην ἀδήλῳ γίγνεσθαι, ἔξω δὲ δήλῳ. Αἰσθόμενον δὲ εὐθὺς διαπράξασθαι τῶν ἀγγέλων γενέσθαι τῶν παρὰ τὸν βασιλέα· ἐλθόντα δὲ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχεύσαντα, μετ' ἐκείνης ἐπιθέμενον τῷ βασιλεῖ, ἀποκτεῖναι καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν.

M. T. Ciceronis, *de Off.*, III, cap. 9.

Hinc ille Gyges inducitur a Platone : « Qui, quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneumque equum, ut ferunt fabulæ, animadvertit, cujus in lateribus fores essent : quibus apertis hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, annulumque aureum in digito; quem ut detraxit, ipse induit (erat autem regius pastor); tum in concilium se pastorum recepit. Ibi quum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat; idem rursus vi-

debatur, quum in locum annulum inverterat. Itaque hac opportunitate annuli usus reginæ stuprum intulit, eaque adjutrice regem dominum interemit; sustulit quos obstare arbitrabatur; nec in his eum facinoribus quisquam potuit videre. Sic repente annuli beneficio rex exortus est Lydiæ.»

Πολιτεία, βιβλ. Θ.

.... Ὅταν τὸ μὲν ἄλλο τῆς ψυχῆς εὕδῃ, ὅσον λογιστικὸν καὶ ἥμερον καὶ ἄρχον ἐκείνου, τὸ δὲ θηριῶδές τε καὶ ἄγριον ἢ σίτων ἢ μέθης πλησθὲν σκιρτᾷ τε καὶ ἀπωσάμενον τὸν ὕπνον ζητῇ ἰέναι καὶ ἀποπιμπλάναι τὰ αὑτοῦ ἤθη· οἶσθ' ὅτι πάντα ἐν τῷ τοιούτῳ τολμᾷ ποιεῖν, ὡς ἀπὸ πάσης λελυμένον τε καὶ ἀπηλλαγμένον αἰσχύνης καὶ φρονήσεως· μητρί τε γὰρ ἐπιχειρεῖν μίγνυσθαι, ὡς οἴεται, οὐδὲν ὀκνεῖ ἄλλῳ τε ὁτῳοῦν ἀνθρώπων καὶ θεῶν καὶ θηρίων, μιαιφονεῖν τε ὁτιοῦν, βρώματός τε ἀπέχεσθαι μηδενὸς, καὶ ἑνὶ λόγῳ οὔτε ἀνοίας οὐδὲν ἐλλείπει οὔτ' ἀναισχυντίας. — Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Ὅταν δέ γε, οἶμαι, ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὑτοῦ καὶ σωφρόνως καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ, τὸ λογιστικὸν μὲν ἐγείρας ἑαυτοῦ καὶ ἑστιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων, εἰς σύννοιαν αὐτὸς αὑτῷ· ἀφικόμενος, τὸ ἐπιθυμητικὸν δὲ μήτε ἐνδείᾳ δοὺς μήτε πλησμονῇ, ὅπως ἂν κοιμηθῇ καὶ μὴ παρέχῃ θόρυβον τῷ βελτίστῳ χαῖρον ἢ λυπούμενον, ἀλλ' ἐᾷ αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον καθαρὸν σκοπεῖν καὶ ὀρέγεσθαι του αἰσθάνεσθαι ὃ μὴ οἶδεν, ἤ τι τῶν γεγονότων ἢ ὄντων ἢ καὶ μελλόντων, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ θυμοειδὲς πραΰνας καὶ μή τισιν εἰς ὀργὰς ἐλθὼν κεκινημένῳ τῷ θυμῷ καθεύδῃ, ἀλλ' ἡσυχάσας μὲν τὼ δύο εἴδη, τὸ τρίτον δὲ κινήσας, ἐν ᾧ τὸ φρονεῖν ἐγγίγνεται, οὕτω ἀναπαύηται, οἶσθ' ὅτι τῆς τ' ἀληθείας ἐν τῷ τοιούτῳ μάλιστα ἅπτεται, καὶ ἥκιστα παράνομοι τότε αἱ ὄψεις φαντάζονται τῶν ἐνυπνίων.

M. T. Ciceronis, *de Divinat.*, I, cap. 29.

Vide quid Socrates in Platonis Politia loquatur : « Quum dormientibus ea pars animi, quæ mentis et rationis sit particeps, sopita langueat; illa autem, in qua feritas quædam sit atque agrestis immanitas, quum sit immoderato tumefacta potu atque pastu, exsultare eam in somno immode-

rateque jactari : itaque huic omnia visa objiciuntur a mente ac ratione vacua, ut aut cum matre corpus miscere videatur, aut cum quovis alio vel homine vel Deo, sæpe bellua, atque etiam trucidare aliquem et impie cruentari, multaque facere impure atque tetre, cum temeritate et impudentia. — At qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, ea parte animi, quæ mentis et consilii est, agitata et erecta, saturataque bonarum cogitationum epulis; eaque parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta nec satietate affluenti (quorum utrumque præstringere aciem mentis solet, sive deest naturæ quidpiam, sive abundat atque affluit), illa etiam tertia parte animi, in qua irarum exsistit ardor, sedata atque restincta : tum eveniet, duabus animi temerariis partibus compressis, ut illa tertia pars rationis et mentis eluceat, et se vegetam ad somniandum acremque præbeat : tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia. »

Hæc verba ipsa Platonis expressi.

Ἀπολογία Σωκρ. κεφάλ. 32.

.... Ὡς πολλὴ ἐλπίς ἐστιν ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι. Δυοῖν γὰρ θάτερόν ἐστι τὸ τεθνάναι· ἢ γὰρ οἷς μηδὲν εἶναι μηδ' αἴσθησιν μηδεμίαν μηδενὸς ἔχειν τὸν τεθνεῶτα· ἢ, κατὰ τὰ λεγόμενα, μεταβολή τις τυγχάνει οὖσα καὶ μετοίκησις τῆς ψυχῆς τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον. Καὶ εἴτε δὴ μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν, ἀλλ' οἷον ὕπνος, ἐπειδάν τις καθεύδων μηδ' ὄναρ μηδὲν ὁρᾷ, θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος. Ἐγὼ γὰρ ἂν οἶμαι, εἴ τινα ἐκλεξάμενον δέοι ταύτην τὴν νύκτα, ἐν ᾗ οὕτω κατέδαρθεν, ὥστε μηδὲ ὄναρ ἰδεῖν, καὶ τὰς ἄλλας νύκτας τε καὶ ἡμέρας τὰς τοῦ βίου τοῦ ἑαυτοῦ ἀντιπαραθέντα ταύτῃ τῇ νυκτὶ δέον σκεψάμενον εἰπεῖν, πόσας ἄμεινον καὶ ἥδιον ἡμέρας καὶ νύκτας ταύτης τῆς νυκτὸς βεβίωκεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ βίῳ, οἶμαι ἂν μὴ ὅτι ἰδιώτην τινά, ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν [αὐτὸν] ταύτας πρὸς τὰς ἄλλας ἡμέρας τε καὶ νύκτας. Εἰ οὖν τοιοῦτον ὁ θάνατός ἐστι, κέρδος ἔγωγε λέγω. Καὶ γὰρ οὐδὲν πλεῖον ὁ πᾶς χρόνος φαίνεται οὕτω δὴ εἶναι ἢ μία νύξ. Εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος ἐνθένδ' εἰς ἄλλον τόπον, καὶ ἀληθῆ ἐστι τὰ λεγόμενα, ὡς ἄρα ἐκεῖ εἰσι πάντες οἱ τεθνεῶτες, τί μεῖζον ἀγαθὸν τούτου εἴη ἄν, ὦ ἄνδρες δικασταί; Εἰ γάρ τις ἀφικόμενος εἰς Ἅδου, ἀπαλλαγεὶς τούτων τῶν φασκόντων δικαστῶν

εἶναι, εὑρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστὰς, οἵπερ καὶ λέγονται ἐκεῖ δικάζειν, Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς καὶ Αἰακὸς καὶ Τριπτόλεμος, καὶ ἄλλοι ὅσοι τῶν ἡμιθέων δίκαιοι ἐγένοντο ἐν τῷ ἑαυτῶν βίῳ, ἆρα φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία; ἢ αὖ Ὀρφεῖ συγγενέσθαι καὶ Μουσαίῳ καὶ Ἡσιόδῳ καὶ Ὁμήρῳ, ἐπὶ πόσῳ ἄν τις δέξαιτ' ἂν ὑμῶν; Ἐγὼ μὲν γὰρ πολλάκις ἐθέλω τεθνάναι, εἰ ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ· ἐπεὶ ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότ' ἐντύχοιμι Παλαμήδῃ καὶ Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν διὰ κρίσιν ἄδικον τέθνηκεν; [Ἀντιπαραβάλλοντι τὰ ἐμαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων, ὡς ἐγῷμαι, οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη. Καὶ δὴ καὶ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα ὥσπερ τοὺς ἐνταῦθα διάγειν, τίς αὐτῶν σοφός ἐστι, καὶ τίς οἴεται μὲν, ἔστι δ' οὔ.] Ἐπὶ πόσῳ δ' ἄν τις, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, δέξαιτο ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιὰν, ἢ Ὀδυσσέα, ἢ Σίσυφον, ἢ ἄλλους μυρίους ἄν τις εἴποι καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, οἷς διαλέγεσθαι ἐκεῖ καὶ ξυνεῖναι καὶ ἐξετάζειν ἀμήχανον ἂν εἴη εὐδαιμονίας πάντως; Οὐ δήπου τούτου γε ἕνεκα οἱ ἐκεῖ ἀποκτενοῦσι. Τά τε γὰρ ἄλλα εὐδαιμονέστεροί εἰσιν οἱ ἐκεῖ τῶν ἐνθάδε, καὶ ἤδη τὸν λοιπὸν χρόνον ἀθάνατοί εἰσιν, εἴπερ γε τὰ λεγόμενα ἀληθῆ ἐστιν.

Κεφάλ. 33.

Ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς χρὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, εὐέλπιδας εἶναι πρὸς τὸν θάνατον, καὶ ἕν τι τοῦτο διανοεῖσθαι ἀληθὲς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν, οὔτε ζῶντι οὔτε τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα· οὐδὲ τὰ ἐμὰ νῦν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γέγονεν, ἀλλά μοι δῆλόν ἐστι τοῦτο, ὅτι ἤδη τεθνάναι καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων βέλτιον ἦν μοι. Διὰ τοῦτο κἀμέ οὐδαμοῦ ἀπέτρεψε τὸ σημεῖον. Καὶ ἔγωγε τοῖς καταψηφισαμένοις μου καὶ τοῖς κατηγόροις οὐ πάνυ χαλεπαίνω. Καίτοι οὐ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ κατεψηφίζοντό μου καὶ κατηγόρουν, ἀλλ' οἰόμενοι βλάπτειν τι· τοῦτ' αὐτοῖς ἄξιον μέμφεσθαι. [Τοσόνδε μέντοι αὐτῶν δέομαι, τοὺς υἱεῖς μου, ἐπειδὰν ἡβήσωσι, τιμωρήσασθε, ὦ ἄνδρες, ταὐτὰ ταῦτα λυ-

ποῦντες, ἅπερ ἐγὼ ὑμᾶς ἐλύπουν, ἐὰν ὑμῖν δοκῶσιν ἢ χρημάτων ἢ ἄλλου του πρότερον ἐπιμελεῖσθαι ἢ ἀρετῆς, κἂν δοκῶσί τι εἶναι, μηδὲν ὄντες, ὀνειδίζετε αὐτοῖς, ὥσπερ ἐγὼ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἐπιμελοῦνται ὧν δεῖ, καὶ οἴονταί τι εἶναι, ὄντες οὐδενὸς ἄξιοι]. Καὶ ἐὰν ταῦτα ποιῆτε, δίκαια πεπονθὼς ἐγὼ ἔσομαι ὑφ' ὑμῶν, αὐτός τε καὶ οἱ υἱεῖς. Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. Ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ἔρχονται ἐπὶ ἄμεινον πρᾶγμα, ἄδηλον παντὶ πλὴν ἢ τῷ θεῷ.

M. Tullii Ciceronis *Tusculan.*, I, 41.

Magna me spes tenet, Judices, bene mihi evenire quod mittar ad mortem. Necesse est enim sit alterum de duobus : ut aut sensus omnino mors omnes auferat, aut in alium quemdam locum ex his locis migretur. Quamobrem sive sensus exstinguitur, morsque ei somno similis est, qui nonnunquam etiam sine visis somniorum placatissimam quietem affert, Dii boni! quid lucri est mori! Aut quam multi dies reperiri possint, qui tali nocti anteponantur, cui similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis? Quis me beatior? Sin vera sunt quæ dicuntur migrationem esse mortem in eas oras, quas, qui e vita excesserint, incolunt; id multo jam beatius est, te, qui ab iis, qui se judicum numero haberi velint, evaseris, ad eos venire qui vere judices appellentur, Minoem, Rhadamantum, Æacum, Triptolemum; convenireque eos, qui juste et cum fide vixerint; hæc peregrinatio vobis mediocris videri potest? ut vero colloqui cum Orpheo, Musæo, Homero, Hesiodo, liceat, quanti tandem æstimatis! Equidem sæpe emori, si fieri posset, vellem, ut ea quæ dico mihi liceret invenire. Quanta delectatione autem afficerer, quum Palamedem, quum Ajacem, quum alios judicio aliorum circumventos convenirem! Tentarem etiam summi regis, qui maximas copias duxit ad Trojam, et Ulyssis Sisyphique prudentiam. Nec ob eam rem, quum hæc exquirerem, sicut hic faciebam, capite damnarer.

—Ne vos quidem, Judices, ii qui me absolvistis, mortem timueritis. Nec enim cuiquam bono mali quidquam evenire potest, nec vivo, nec mortuo; nec unquam ejus res a Diis immortalibus negliguntur: nec mihi ipsi hoc accidit fortuito. Nec vero ego iis, a quibus accusatus sum, aut a quibus condemnatus, habeo quod succenseam; nisi quod mihi nocere si crediderunt. Et hæc quidem hoc modo : nihil autem melius æstimo.

— Sed tempus est, inquit, jam hinc abire, me, ut moriar; vos, ut vitam agatis. Utrum autem sit melius, Dii immortales sciunt : hominem quidem scire arbitror neminem.

Πλάτωνος Πρωταγόρας, κεφάλ. I.

— Πόθεν, ὦ Σώκρατες, φαίνει; ἢ δῆλα δὴ (1) ὅτι ἀπὸ κυνηγεσίου τοῦ περὶ τὴν Ἀλκιβιάδου ὥραν;

M. T. Ciceronis Protagoras ex Platone.

— Quid tu? unde tandem appares, o Socrate? an id quidem dubium non est, quin ex Alcibiade (2)?

— Ἐγὼ μὲν καὶ αὐτός, ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, ἀξιῶ ὑμᾶς συγχωρεῖν, καὶ ἀλλήλοις περὶ τῶν λόγων ἀμφισϐητεῖν μέν, ἐρίζειν δὲ μή.

Πρωταγ. κεφ. XXVII.

— Nunc a vobis, Protagora et Socrate, postulo, concedatis alter alteri, et inter vos de hujusmodi rebus controversemini, non concertetis (3).

— .... Καὶ τίς ἄλλη ἀναξία ἡδονῇ πρὸς λύπην ἐστίν, ἀλλ' ἢ ὑπερϐολὴ ἀλλήλων ἢ ἔλλειψις;

Πρωταγ. Ibid.

— Quæ igitur potest esse indignitas voluptatis ad molestiam, nisi in magnitudine, aut longitudine alterius utrius posita (4)?

— . . . .

— Confirmandi genera compluria (5).

---

(1) Multo elegantius legi δῆλα δή separatim, quam δηλαδή (Henric. Steph., *Lex. Cicer. græc. lat.*, pag. 130).

(2) E Prisciano, lib. VI. Grammaticus vero interrumpit forte orationem; nam amplius est in Platone : πόθεν, etc. (J. V. L.).

(3) Ex eodem, lib. VI.

(4) Videtur mendosa vox; non enim reddit græcam vocem « ἢ ἔλλειψις ». Ficinus autem sic vertit : « Quæ vero alia inest ad dolorem indignitas voluptati, quam ex-« cessus inter sese atque defectus? »

(5) E Donato in Phormionem Terentii, IV, 3, 6. — His verbis locum assignare in interpretatione Ciceroniana admodum difficile est. Eadem forsan ante orationem Prodici de recentium hominum prima societate legi potuissent. Græca hæc tantum : « ἀλλὰ πότερον ὑμῖν μῦθον λέγων ἐπιδείξω; » — (Vid. J. V. L., vol. XXII, pag. 378.)

Πλάτωνος Κρίτων.

Σ. — Τῇ γάρ που ὑστεραίᾳ δεῖ με ἀποθνήσκειν ἢ ᾗ ἂν ἔλθῃ τὸ πλοῖον.

Κ. — Φασί γέ τοι δὴ οἱ τούτων κύριοι.

Σ. — Οὐ τοίνυν τῆς ἐπιούσης ἡμέρας οἶμαι αὐτὸ ἥξειν, ἀλλὰ τῆς ἑτέρας. Τεκμαίρομαι δὲ ἔκ τινος ἐνυπνίου, ὃ ἑώρακα ὀλίγον πρότερον ταύτης τῆς νυκτός· καὶ κινδυνεύεις ἐν καιρῷ τινι οὐκ ἐγεῖραί με.

Κ. — Ἦν δὲ δὴ τί τὸ ἐνύπνιον;

Σ. — Ἐδόκει τίς μοι γυνὴ προσελθοῦσα καλὴ καὶ εὐειδής, λευκὰ ἱμάτια ἔχουσα, καλέσαι με καὶ εἰπεῖν· ὦ Σώκρατες,

Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἵκοιο.

Cic., *de Divinat.*, I, 25.

Est apud Platonem Socrates, quum esset in custodia publica, dicens Critoni suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum; vidisse se in somniis pulchritudine eximia feminam quæ, se nomine appellans, diceret Homericum quemdam ejusmodi versum :

Tertia te Pthiæ tempestas læta locabit.

Πλάτωνος Φαίδων, κεφάλ. 64.

— Οὐ πείθω, ἔφη, ὦ ἄνδρες, Κρίτωνα, ὡς ἐγώ εἰμι οὗτος ὁ Σωκράτης, ὁ νυνὶ διαλεγόμενος, καὶ διατάττων ἕκαστον τῶν λεγομένων, ἀλλ' οἴεταί με ἐκεῖνον εἶναι, ὃν ὄψεται ὀλίγον ὕστερον νεκρὸν, καὶ ἐρωτᾷ πῶς δεῖ με θάπτειν. Ὅτι δ' ἐγὼ πάλαι πολὺν λόγον πεποίημαι, ὡς ἐπειδὰν πίω τὸ φάρμακον, οὐκέθ' ὑμῖν παραμενῶ, ἀλλ' οἰχήσομαι ἀπιὼν εἰς μακάρων δή τινας εὐδαιμονίας, ταῦτά μοι δοκῶ αὐτῷ ἄλλως λέγειν. — Dixerant ante : Θάψομεν δὲ τίνα σὲ τρόπον; — ὅπως ἄν, ἔφη, βούλησθε· ἐάν περ γε λάβητέ με καὶ μὴ ἐκφύγω ὑμᾶς.

Cic., *Tusculan.*, I, cap. 43.

Multam vero, inquit, operam, amici, frustra consumpsi. Critoni enim nostro non persuasi me hinc avolaturum, neque quidquam mei relicturum. Verumtamen, Crito, si me assequi potueris aut sicubi nactus eris, ut tibi videbitur, sepelito. Sed, mihi crede, nemo me vestrum, quum hinc excessero, consequetur.

Πλάτωνος Φαῖδρος, κεφάλ. 24.

Ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος. Τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον· τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. Μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτ' οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτὸ, οὔποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται, τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. Ἀρχὴ δ' ἀγένητον. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ' ἐξ ἑνός· εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν [πᾶν] ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. Ἐπειδὴ δ' ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. Ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης οὔτ' αὐτή ποτ' ἔκ του οὔτ' ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται, εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίγνεσθαι. Οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχὴ τὸ αὐτὸ αὐτὸ κινοῦν. Τοῦτο δ' οὔτ' ἀπόλλυσθαι οὔτε γίγνεσθαι δυνατὸν, ἢ πάντα τ' οὐρανὸν πᾶσάν τε γένεσιν συμπεσοῦσαν στῆναι, καὶ μήποτ' αὖθις ἔχειν ὅθεν κινηθέντα γενήσεται. Ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται. Πᾶν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον, ᾧ δ' ἔνδοθεν αὐτῷ ἐξ αὑτοῦ, ἔμψυχον; ὡς ταύτης οὔσης φύσεως ψυχῆς. Εἰ δ' ἐστὶ τοῦθ' οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν ἢ ψυχὴν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη (1).

---

(1) Theodorus Gaza hunc locum in interpretatione Græca « Somnii Scipionis » transcripsit.

Cic., *Tusculan.*, I, cap. 23, et *de Repub.*, VI, cap. 18 (1).

« Quod semper movetur, æternum est. Quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod se ipsum movet, quia nunquam deseritur a se, nunquam ne moveri quidem desinit; quin etiam ceteris, quæ moventur, hic fons, hoc principium est movendi. Principii autem nulla est origo. Nam e principio oriuntur omnia; ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Nec enim esset principium, quod gigneretur aliunde. Quod si nunquam oritur, ne occidit quidem unquam. Nam principium exstinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec a se aliud creabit, siquidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur. Id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne cœlum, omnisque terra consistat necesse est, nec vim ullam nanciscatur, qua primo pulsa moveatur. Quum pateat igitur æternum id esse, quod se ipsum moveat, quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est enim omne, quod pulsu agitatur externo; quod autem est animal, id motu cietur interiore et suo. Nam hæc est propria natura animi atque vis. Quæ si est una ex omnibus, quæ seipsam semper moveat; neque nata certe est, et æterna est. »

Πλάτωνος Φαῖδρος, κεφ. 64.

Σ. — Νέος ἔτι, ὦ Φαῖδρε, Ἰσοκράτης· ὃ μέντοι μαντεύομαι κατ' αὐτοῦ λέγειν ἐθέλω.

Φ. — Τὸ ποῖον δή;

Σ. — Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως, ἔτι τ' ἤθει γεννικωτέρῳ κεκρᾶσθαι· ὥστ' οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστὸν, προϊούσης τῆς ἡλικίας εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λόγους, οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ, πλέον ἢ παίδων διενέγκοι τῶν πώποθ' ἁψαμένων λόγων, ἔτι τ' εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσαι ταῦτα, ἐπὶ μείζω δέ τις αὐτὸν ἄγοι ὁρμὴ θειοτέρα. Φύσει γὰρ, ὦ φίλε, ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τἀνδρὸς διανοίᾳ.

Cic., *Orat.*, cap. 13.

Adolescens etiam nunc, o Phædre, Isocrates est: sed quid de illo augurer lubet dicere. Quid tandem? inquit ille. Majore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lysiæ comparetur: præterea ad virtutem

---

(1) Idem locus bis eadem ratione a Tullio in latinum conversus est.

major indoles; ut minime mirum futurum sit, si, quum ætate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum, quantum pueris, reliquis præstet omnibus, qui unquam orationes attigerunt; aut si contentus his non fuerit, divino aliquo animi motu majora concupiscat. Inest enim natura philosophia in hujus viri mente quædam.

Πλάτωνος νόμων βιβλ. XII.

Γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν· μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς. Χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον κτῆμα· ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος οὐκ εὐχερὲς ἀνάθημα· σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς πολέμων ὄργανα· ξύλου δὲ μονόξυλον ὅτι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθου ὡσαύτως, πρὸς τὰ κοινὰ ἱερὰ, ὑφὴν δὲ μὴ πλέον ἔργον γυναικὸς μιᾶς ἔμμηνον. Χρώματα δὲ λευκὰ πρέποντ' ἂν θεοῖς εἴη καὶ ἀλλόθι καὶ ἐν ὑφῇ· βάμματα δὲ μὴ προσφέρειν ἀλλ' ἢ πρὸς τὰ πολέμου κοσμήματα. Θειότατα δὲ δῶρα ὄρνιθές τε καὶ ἀγάλματα, ὥσπερ ἂν ἐν μιᾷ ζωγράφος ἡμέρᾳ εἷς ἀποτελῇ· καὶ τἆλλα ἔστω κατὰ τὰ τοιαῦτα ἀναθήματα μεμιμημένα.

Cic., *de Legibus*, II, cap. 18.

« Terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra Deorum omnium est. Quocirca ne quis iterum idem consecrato. Aurum autem et argentum in urbibus et privatim, et in fanis invidiosa res est. Tum ebur, ex inani corpore extractum, haud satis castum donum Deo. Jam æs atque ferrum duelli instrumenta, non fani. Ligneum autem, quod quis voluerit, uno e ligno dedicato, itemque lapideum, in delubris communibus : textile ne operosius, quam mulieris opus menstruum. Color autem albus præcipue decorus Deo est tum in ceteris, tum maxime in textili. Tincta vere absint, nisi a bellicis insignibus. Divinissima autem dona, aves et formæ ab uno pictore uno absolutæ die : itemque cetera hujus exempli dona sunto. »

Πλάτωνος, *ibidem*.

Θήκας δ' εἶναι τῶν χωρίων, ὁπόσα μὲν ἐργάσιμα, μηδαμοῦ, μήτε τι μέγα μήτε τι σμικρὸν μνῆμα· ἃ δὲ ἡ χώρα πρὸς τοῦτ' αὐτὸ μόνον φύσιν ἔχει, τὰ τῶν τετελευτηκότων σώματα μάλιστα ἀλυπήτως τοῖς ζῶσι δεχομένη κρύπτειν, ταῦτα ἐκπληροῦν, τοῖς δὲ ἀνθρώποις

ὅσα τροφὴν μήτηρ οὖσα ἡ γῆ πρὸς ταῦτα πέφυκε βούλεσθαι φέρειν, μήτε ζῶν μήτε τις ἀποθανὼν στερείτω τὸν ζῶνθ' ἡμῶν. Χῶμα δὲ μὴ χοῦν ὑψηλότερον πέντε ἀνδρῶν ἔργον ἐν πένθ' ἡμέραις ἀποτελούμενον, λίθινα δὲ ἐπιστήματα μὴ μείζω ποιεῖν, ἢ ὅσα δέχεσθαι, τῶν τοῦ τετελευτηκότος ἐγκώμια βίου μὴ πλείω τεττάρων ἡρωϊκῶν στίχων.

Cic., *de Leg.*, II, cap. 27.

De sepulchris autem (Plato) hæc dicit. Vetat ex agro culto, eove, qui coli possit, ullam partem sumi sepulchro; sed, quæ natura agri tantummodo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento vivorum recipiat, ea potissimum ut compleatur; quæ autem terra fruges ferre, et, ut mater, cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, neve vivus, neve mortuus. Exstrui autem vetat sepulchrum altius, quam quod quinque diebus homines quinque absolverint, nec e lapide excitari plus, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui, incisam ne plus quatuor herois versibus; quos longos appellat Ennius.

Πλάτωνος Γοργίας, κεφ. 26.

Π. — Ἀρχέλαον δή που τοῦτον τὸν Περδίκκου ὁρᾷς ἄρχοντα Μακεδονίας;

Σ. — Εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἀκούω γε.

Π. — Εὐδαίμων οὖν σοι δοκεῖ εἶναι ἢ ἄθλιος;

Σ. — Οὐκ οἶδα, ὦ Πῶλε. Οὐ γάρ πω συγγέγονα τῷ ἀνδρί.

Π. — Τί δαί; συγγενόμενος ἂν γνοίης, ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γιγνώσκεις ὅτι εὐδαιμονεῖ;

Σ. — Μὰ Δία οὐ δῆτα.

Π. — Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γιγνώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα.

Σ. — Καὶ ἀληθῆ γ' ἐρῶ. Οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης.

Π. — Τί δέ; ἐν τούτῳ πᾶσα ἡ εὐδαιμονία ἐστίν;

Σ. — Ὥς γε ἐγὼ λέγω, ὦ Πῶλε. Τὸν μὲν γὰρ καλὸν κἀγαθὸν ἄνδρα καὶ γυναῖκα εὐδαίμονα εἶναί φημι· τὸν δὲ ἄδικον καὶ πονηρόν, ἄθλιον.

Π. — Ἄθλιος ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ Ἀρχέλαος, κατὰ τὸν σὸν λόγον ;
Σ. — Εἴπερ γε, ὦ φίλε, ἄδικος.

Cic., *Tusculan.*, V, cap. 12.

... Velut in Gorgia Socrates, quum esset ex eo quæsitum, Archelaum, Perdiccæ filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret?
— Haud scio, inquit : nunquam enim cum eo collocutus sum.
— Ain' tu? an aliter id scire non potes?
— Nullo modo.
— Tu igitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere, beatusne sit?
— An ego possim, quum ignorem, quam sit doctus, quam vir bonus?
— Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas?
— Ita prorsus existimo, bonos, beatos ; improbos, miseros.
— Miser ergo Archelaus?
— Certe, si injustus.

Πλάτωνος Μενέξενος, κεφ. 20.

Ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα ἢ ἐγγὺς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις [ἀνθρώποις] αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἠνάγκασται καὶ τἀκείνου, τούτῳ ἄριστα παρεσκεύασται ζῆν, οὗτός ἐστιν ὁ σώφρων καὶ οὗτος ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνιμος· οὗτος γιγνομένων χρημάτων καὶ παίδων καὶ διαφθειρομένων, μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ· οὔτε γὰρ χαίρων οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται διὰ τὸ αὐτῷ πεποιθέναι.

Cic., *Tusculan.*, V, cap. 12.

Quid vero in epitaphio? quo modo idem? « Nam cui viro, inquit (Socrates), ex se ipso apta sunt omnia, quæ ad beate vivendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario, pendere ex alterius eventis et errare coguntur : huic optime vivendi ratio comparata est. Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens; hic, et nascentibus et cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis, parebit et obediet præcepto illi veteri :

Neque enim lætabitur unquam, nec mœrebit nimis,
Quod semper in se ipso omnem spem ponet sui (1). »

---

(1) Non male, ut opinor, hæc pro versiculis habuit J. V. Leclerq. — Orellius autem auctoritatem Bentleii, quem scimus primum quæsivisse qui carminum istorum numeri essent, sprevit ac repudiavit.

Epistola Platonis ad Dionis propinquos (Epist., VII).

Ἐλθόντα δέ με ὁ ταύτῃ λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων, Ἰταλιωτικῶν τε καὶ Συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης, οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε, δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῆν καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ, καὶ ὅσα τούτων ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῷ βίῳ· ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐθῶν οὔτ' ἂν φρόνιμος οὐδείς ποτε γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύναιτο, οὐχ οὕτω θαυμαστῇ φύσει κρατήσεται, σώφρων δὲ οὐδ' ἂν μελλήσαι ποτὲ γενέσθαι.

Cic., *Tusculan.*, V, cap. 35.

« Quo quum venissem, vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum, nullo modo mihi placuit; bis in die saturum fieri, nec unquam pernoctare solum; ceteraque, quæ comitantur huic vitæ, in qua sapiens nemo efficietur unquam, moderatus vere multo minus. Quæ enim natura tam mirabiliter temperari potest? »

Plato in Epist. IX ad Archytam.

.... Ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι ...

Cic., *de Officiis*, I, cap. 7.

(Ut præclare scriptum est a Platone), non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici. . . .

Idem, *de Fin.*, II.

...Atque ut ad Archytam scripsit Plato, non sibi soli se natum meminerit, sed patriæ, sed suis; ut perexigua pars ipsi relinquatur.

Plat., *Civit.*, VIII.

.... Ὅταν, οἶμαι, δημοκρατουμένη πόλις ἐλευθερίας διψήσασα κακῶν οἰνοχόων προστατούντων τύχῃ, καὶ πορρωτέρω τοῦ δέοντος ἀκράτου αὐτῆς μεθυσθῇ, τοὺς ἄρχοντας δὴ, ἂν μὴ πάνυ πρᾶοι ὦσι, καὶ πολλὴν παρέχωσι τὴν ἐλευθερίαν, κολάζει αἰτιωμένη ὡς μιαρούς τε καὶ ὀλιγαρχικούς. — Δρῶσι γὰρ, ἔφη, τοῦτο. Τοὺς δέ γε, εἶπον, τῶν ἀρχόντων κατηκόους προπηλακίζει ὡς ἐθελοδούλους τε καὶ οὐδὲν ὄντας, τοὺς δὲ ἄρχοντας μὲν ἀρχομένους, ἀρχομένους δὲ ἄρχουσιν ὁμοίους ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ ἐπαινεῖ τε καὶ τιμᾷ· ἀρ' οὖν ἀνάγκη ἐν τοιαύτῃ πόλει ἐπὶ πᾶν τὸ τῆς ἐλευθερίας ἰέναι; — Πῶς γὰρ οὔ; — Καὶ καταδύεσθαί γε, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ φίλε, εἴς τε τὰς ἰδίας οἰκίας, καὶ τελευτᾷν μέχρι τῶν θηρίων τὴν ἀναρχίαν ἐμφυομένην. — Πῶς, ἦ δ' ὅς, τὸ τοιοῦτον λέγομεν; — Οἷον, ἔφην, πατέρα μὲν ἐθίζεσθαι παιδὶ ὅμοιον γίγνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι τοὺς υἱεῖς, υἱὸν δὲ πατρὶ, καὶ μήτε αἰσχύνεσθαι μήτε δεδιέναι τοὺς γονέας, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖ· μέτοικον δὲ ἀστῷ καὶ ἀστὸν μετοίκῳ ἐξισοῦσθαι, καὶ ξένον ὡσαύτως... Διδάσκαλός τε ἐν τῷ τοιούτῳ φοιτητὰς φοβεῖται καὶ θωπεύει, φοιτηταί τε διδασκάλων ὀλιγωροῦσιν, οὕτω δὲ καὶ παιδαγωγῶν· καὶ ὅλως οἱ μὲν νέοι πρεσβυτέροις ἀπεικάζονται καὶ διαμιλλῶνται καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις, οἱ δὲ γέροντες ξυνκαθιέντες τοῖς νέοις εὐτραπελίας τε καὶ χαριεντισμοῦ ἐμπίπλανται, μιμούμενοι τοὺς νέους, ἵνα δὴ μὴ δοκῶσιν ἀηδεῖς εἶναι μηδὲ δεσποτικοί. . . . . — . . . Τὸ δέ γε ἔσχατον, ὦ φίλε, τῆς ἐλευθερίας τοῦ πλήθους, ὅσον γίγνεται ἐν τῇ τοιαύτῃ πόλει, ὅταν δὴ οἱ ἐωνημένοι καὶ αἱ ἐωνημέναι μηδὲν ἧττον ἐλεύθεροι ὦσι τῶν πριαμένων· ἐν γυναιξὶ δὲ πρὸς ἄνδρας καὶ ἄνδρασι πρὸς γυναῖκας ὅση ἡ ἰσονομία καὶ ἐλευθερία γίγνεται, ὀλίγου ἐπελαθόμεθ' εἰπεῖν.... — Ἀτεχνῶς γὰρ αἵ τε κύνες κατὰ τὴν παροιμίαν οἷαί περ αἱ δέσποιναι, γίγνονταί τε δὴ καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, πάνυ ἐλευθέρως καὶ σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι, κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐμβάλλοντες τῷ ἀεὶ ἀπαντῶντι, ἐὰν μὴ ἐξίστηται· καὶ τἆλλα πάντα οὕτω μεστὰ ἐλευθερίας γίγνεται.... — Τὸ δὲ δὴ κεφαλαῖον

πάντων τούτων ξυνηθροισμένων ἐννοεῖς, ὡς ἁπαλὴν τὴν ψυχὴν τῶν πολιτῶν ποιεῖ, ὥστε κἂν ὁτιοῦν δουλείας τις προφέρηται, ἀγανακτεῖν καὶ μὴ ἀνέχεσθαι; Τελευτῶντες γάρ που οἶσθ' ὅτι οὐδὲ τῶν νόμων φροντίζουσι γεγραμμένων ἢ ἀγράφων, ἵνα μὴ μηδαμῇ μηδεὶς αὐτοῖς ᾖ δεσπότης.

Cic., *de Republ.*, I, 43.

Tum fit illud, quod apud Platonem est luculente dictum, si modo id exprimere latine potuero; nam difficile factu est : sed conabor tamen (1). « Quum enim, inquit, inexplebiles populi fauces exaruerunt libertatis siti, malisque usus ille ministris, non modice temperatam, sed nimis meracam libertatem sitiens hauserit; tum magistratus et principes, nisi valde lenes et remissi sint, et large sibi libertatem ministrent, insequitur, insimulat, arguit; præpotentes, reges, tyrannos vocat. »

. . . . Illa sequuntur : « Eos, qui pareant principibus, agitari ab eo populo, et servos voluntarios appellari; eos autem, qui in magistratu privatorum similes esse velint; eosque privatos, qui efficiant, ne quid inter privatum et magistratum differat, *ferunt laudibus* et *mactant honoribus* (2) : ut necesse sit in ejusmodi republica plena libertatis esse omnia; ut et privata domus omnis vacet dominatione; et hoc malum usque ad bestias perveniat; denique ut pater filium metuat, filius patrem negligat, absit omnis pudor, ut plane liberi sint; nihil intersit, civis sit an peregrinus; magister ut discipulos metuat et iis blandiatur, spernantque discipuli magistros; adolescentes ut senum sibi pondus assumant, senes autem ad ludum adolescentium descendant, ne sint iis odiosi et graves.

— « Ex quo fit ut etiam servi se liberius gerant; uxores eodem jure sint, quo viri; quin tanta libertate canes etiam, et equi, aselli denique liberi sint, sic incurrant, ut iis de via decedendum sit. Ergo ex hac infinita, inquit, licentia hæc summa cogitur, ut ita fastidiosæ mollesque mentes evadant civium, ut, si minima vis adhibeatur imperii, irascantur et perferre nequeant : ex quo leges quoque incipiunt negligere, ut plane sine ullo domino sint. »

---

(1) Notabile Tullii dictum de interpretando Platone; quanquam de Leg., II, 7, ait, genus orationis Platonicæ imitari difficile, sententias interpretari perfacile. Jam totum hunc locum mira brevitate ac libertate Latinum facit, prorsus ut in aliorum librorum non interpretationibus solitus fuit... (Frid. Creuzeri annot., Francof., 1826).

(2) Verba hæc e Cicerone de Rep. sed sine libri nota, atque omissa copula *et* citat Nonius voc. *mactare* (Frid. Creuzer.). Locum exprimit, tacito Ciceronis nomine, etiam Lactantius. Inst., V, 9.

Plato, *ibid.*

Ταὐτὸν, — ὅπερ ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ νόσημα ἐγγενόμενον ἀπώλεσεν αὐτὴν, τοῦτο καὶ ἐν ταύτῃ πλέον τε καὶ ἰσχυρότερον ἐκ τῆς ἐξουσίας ἐγγενόμενον καταδουλοῦται δημοκρατίαν· καὶ τῷ ὄντι τὸ ἄγαν τι ποιεῖν μεγάλην φιλεῖ εἰς τοὐναντίον μεταβολὴν ἀνταποδιδόναι, ἐν ὥραις τε καὶ ἐν φυτοῖς καὶ ἐν σώμασι, καὶ δὴ καὶ ἐν πολιτείαις οὐχ ἥκιστα. — Ἡ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν καὶ ἰδιώτῃ καὶ πόλει. — Εἰκότως τοίνυν, οὐκ ἐξ ἄλλης πολιτείας τυραννὶς καθίσταται ἢ ἐκ δημοκρατίας, ἐξ, οἶμαι, τῆς ἀκροτάτης ἐλευθερίας δουλεία πλείστη τε καὶ ἀγριωτάτη. — Paulo inferius : Τοῦτο μὲν ἄρα δῆλον, ὅτι ὅτανπερ φύηται τύραννος, ἐκ προστατικῆς ῥίζης καὶ οὐκ ἄλλοθεν ἐκβλαστάνει. — Ante : Οὐκοῦν ἕνα τινὰ ἀεὶ ὁ δῆμος εἴωθε διαφερόντως προΐστασθαι ἑαυτοῦ, καὶ τοῦτον τρέφειν τε καὶ αὔξειν μέγαν. — Inferius : Οὗτος δὲ, ἔφην, ὁ στασιάζων γίγνεται πρὸς τοὺς ἔχοντας τὰς οὐσίας... — Τὸ δὴ τυραννικὸν αἴτημα τὸ πολυθρύλλητον ἐπὶ τούτῳ πάντες οἱ εἰς τοῦτο προβεβηκότες ἐξευρίσκουσιν, αἰτεῖν τὸν δῆμον φύλακάς τινας τοῦ σώματος, ἵνα σῶς αὐτοῖς ᾖ ὁ τοῦ δήμου βοηθός.... Inferius : καταβαλὼν ἄλλους πολλοὺς ἕστηκεν ἐν τῷ δίφρῳ τῆς πόλεως, τύραννος ἀντὶ προστάτου ἀποτετελεσμένος.

Cicer., *de Republ.*, I, 44.

« Ex hac nimia licentia, quam illi solam libertatem putant, ait ille (Plato), ut e stirpe quadam, exsistere et quasi nasci tyrannum. Nam ut ex nimia potentia principum oritur interitus principum, sic hunc nimis liberum populum libertas ipsa servitute afficit. Sic omnia nimia, quum vel in tempestate, vel in agris, vel in corporibus lætiora fuerunt, in contraria fere convertuntur, maximeque id in rebus publicis evenit : nimiaque illa libertas et populis et privatis in nimiam servitutem cedit. Itaque ex hac maxima libertate tyrannis gignitur, et illa injustissima et durissima servitus. Ex hoc enim populo indomito, vel potius immani, deligitur aliqui plerumque dux contra illos principes afflictos jam et depulsos loco, audax, impurus, consectans proterve bene sæpe de republica meritos *populo gratificans et aliena et*

sua (1) : cui quia privato sunt oppositi timores, dantur imperia, et ea continuantur; præsidiis etiam, ut Athenis Pisistratus, sepiuntur : postremo a quibus producti sunt, existunt eorum ipsorum tyranni (2). . . .

XENOPHONTIS LOCI A CICERONE INTERPRETATI.

Ξενοφῶντος Οἰκονομικός (3).

Cap. VI, 12.

Ὅς ἐμοὶ ἐδόκει εἶναι τῷ ὄντι τούτων τῶν ἀνδρῶν, ἐφ' οἷς τοῦτο τὸ ὄνομα δικαίως ἐστὶν ὃ καλεῖται καλός τε κἀγαθὸς ἀνήρ·...

M. T. Ciceronis, *OEconomicorum, ex Xenophonte*, liber primus (1).

Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hæc nomine dignantur.

Ex Prisciano, lib. VIII, c. 4, § 19.

Cap. VII, 9.

— Πρὸς θεῶν, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, τί πρῶτον διδάσκειν ἤρχου αὐτήν, διηγοῦ μοι·...

. . . . . Quid igitur, proh Deum immortalium, primum eam docebas, quæso?

(Ex Donato, in Ter. Phormion., II, 3, 4.)

---

(1) Locum e I, de Rep., citat Fronto exempl. eloc. voc. *Gratificor.*

(2) Præclarus ille locus merito omnium admirationem movet, ac mihi proponendus videtur cum principibus, ut lenes ac remissi sint (ut ait Cicero), populisque libertatem modice temperatam ministrent; tum populis, ne ex nimia licentia, velut e stirpe quadam, existant eorum ipsorum tyranni.

(3) Œconomica scripsit Cicero a. p. U. c. 670 aut 671, Œconomicum Xenophonteum, sinon interpretatus, certe secutus : quanquam his in fragmentis multa insunt interpretationis vestigia. Macrobius (Saturn., II, c. 16) Ciceronis Œconomicon librum tertium memorat. Ac Servius (ad Virg., Georg., I, 43, p. 63) omnino tres fuisse libros narrat, I, de Domesticis, II Extraneis de officiis patrisfamilias. III, de Agricultura. — Ego fragmenta, quoniam, quo quæque e libro sumpta sint, non liquet, ad Xenophontei Œconomici ordinem redigere malui (Orell., IV, vol. 2, pag. 472). — Non Orellio assentior, et, J. V. Leclerquio auctore, Œconomica in tres libros divisi.

Ἐμοὶ γάρ τοι, ἔφη φάναι, καὶ οἱ θεοὶ, ὦ γύναι, δοκοῦσι πολὺ διεσκεμμένως μάλιστα τὸ ζεῦγος τοῦτο συντεθεικέναι ὃ καλεῖται θῆλυ καὶ ἄῤῥεν, ὅπως ὅτι ὠφελιμώτατον ᾖ αὑτῷ εἰς τὴν κοινωνίαν. Πρῶτον μὲν γὰρ τῷ μὴ ἐκλιπεῖν ζώων γένη, τοῦτο τὸ ζεῦγος κεῖται μετ' ἀλλήλων τεκνοποιούμενον· ἔπειτα τὸ γηροβοσκοὺς κεκτῆσθαι ἑαυτοῖς ἐκ τούτου τοῦ ζεύγους τοῖς γοῦν ἀνθρώποις πορίζεται· ἔπειτα δὲ καὶ ἡ δίαιτα τοῖς ἀνθρώποις, οὐχ ὥσπερ τοῖς κτήνεσιν, ἐστὶν ἐν ὑπαίθρῳ, ἀλλὰ στεγνῶν δεῖται δηλονότι. Δεῖ μέντοι τοῖς μέλλουσιν ἀνθρώποις ἕξειν ὅ,τι εἰσφέρωσιν εἰς τὸ στεγνὸν ἔχειν τοὺς ἐργαζομένους τὰς ἐν τῷ ὑπαίθρῳ ἐργασίας. Καὶ γὰρ νεατὸς, καὶ σπόρος, καὶ φυτεία, καὶ νομαὶ, ὑπαίθρια ταῦτα ἔργα ἐστίν· ἐκ τούτων δὲ τὰ ἐπιτήδεια γίγνεται. Δεῖ δ' αὖ, ἐπειδὰν ταῦτα εἰσενεχθῇ εἰς τὸ στεγνὸν, καὶ τοῦ σώσοντος, ταῦτα, καὶ τοῦ ἐργασομένου δ' ἃ τῶν στεγνῶν ἔργα δεόμενά ἐστι. Στεγνῶν δὲ δεῖται καὶ ἡ τῶν νεογνῶν τέκνων παιδοτροφία, στεγνῶν δὲ καὶ αἱ ἐκ τοῦ καρποῦ σιτοποιΐαι δέονται· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ τῆς ἐσθῆτος ἐκ τῶν ἐρίων ἐργασία. Ἐπεὶ δ' ἀμφότερα ταῦτα καὶ ἔργων καὶ ἐπιμελείας δεῖται τά τε ἔνδον καὶ τὰ ἔξω, καὶ τὴν φύσιν, φάναι, εὐθὺς παρεσκεύασεν ὁ θεὸς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὴν μὲν τῆς γυναικὸς ἐπὶ τὰ ἔνδον ἔργα καὶ ἐπιμελήματα, τὴν δὲ τοῦ ἀνδρὸς ἐπὶ τὰ ἔξω ἔργα καὶ ἐπιμελήματα. Ῥίγη μὲν γὰρ καὶ θάλπη καὶ ὁδοιπορίας καὶ στρατείας τοῦ ἀνδρὸς τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν μᾶλλον δύνασθαι καρτερεῖν κατεσκεύασεν· ὥστε τὰ ἔξω ἐπέταξεν αὐτῷ ἔργα· τῇ δὲ γυναικὶ ἧσσον τὸ σῶμα δυνατὸν πρὸς ταῦτα φύσας, τὰ ἔνδον ἔργα αὐτῇ, φάναι ἔφη, προστάξαι μοι δοκεῖ ὁ θεός. Εἰδὼς δὲ ὅτι τῇ γυναικὶ καὶ ἐνέφυσε καὶ προσέταξε τὴν τῶν νεογνῶν τέκνων τροφὴν, καὶ τοῦ στέργειν τὰ νεογνὰ βρέφη πλεῖον αὐτῇ ἐδάσατο ἢ τῷ ἀνδρί. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ φυλάττειν τὰ εἰσενεχθέντα τῇ γυναικὶ προσέταξε, γιγνώσκων ὁ θεὸς, ὅτι πρὸς τὸ φυλάττειν οὐ κάκιόν ἐστι φοβερὰν εἶναι

τὴν ψυχὴν, πλεῖον μέρος καὶ τοῦ φόβου ἐδάσατο τῇ γυναικὶ ἢ τῷ ἀνδρί. Εἰδὼς δὲ ὅτι καὶ ἀρήγειν αὖ δεήσει, ἐάν τις ἀδικῇ τὸν τὰ ἔξω ἔργα ἔχοντα, τούτῳ αὖ πλεῖον μέρος τοῦ θράσους ἐδάσατο. Ὅτι δ' ἀμφοτέρους δεῖ καὶ διδόναι καὶ λαμβάνειν, τὴν μνήμην καὶ τὴν ἐπιμέλειαν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέροις κατέθηκεν. Ὥστε οὐκ ἂν ἔχοις διελεῖν, πότερα τὸ ἔθνος τὸ θῆλυ ἢ τὸ ἄρρεν τούτων πλεονεκτεῖ. Καὶ τὸ ἐγκρατεῖς δὲ εἶναι, ὧν δεῖ, εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέροις κατέθηκε, καὶ ἐξουσίαν ἐποίησεν ὁ θεὸς, ὁπότερος ἂν ᾖ βελτίων, εἴθ' ὁ ἀνὴρ, εἴθ' ἡ γυνὴ, τοῦτον καὶ πλεῖον φέρεσθαι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ. Διὰ δὲ τὸ τὴν φύσιν μὴ πρὸς πάντα ταὐτὰ ἀμφοτέρων εὖ πεφυκέναι, διὰ τοῦτο καὶ δέονται μᾶλλον ἀλλήλων, καὶ τὸ ζεῦγος ὠφελιμώτερον ἑαυτῷ γεγένηται, ἃ τὸ ἕτερον ἐκλείπεται, τὸ ἕτερον δυνάμενον.

—Xenophon Atheniensis eo libro, qui OEconomicus inscribitur, prodidit « Maritale conjugium sic comparatum esse natura, ut non solum jucundissima, verum etiam utilissima vitæ societas iniretur : nam primum (quod etiam Cicero ait), ne genus humanum temporis longinquitate occideret, propter hoc marem cum femina esse conjunctum; deinde ut ex hac eadem societate mortalibus adjutoria senectutis, nec minus propugnacula præparentur. Tum etiam, quum victus et cultus humanus non, uti feris, in propatulo ac silvestribus locis, sed domi sub tecto accurandus esset, necessarium fuit, alterutrum foris et sub Dio esse, qui labore et industria compararet; intus, qui tectis reconderet atque custodiret : siquidem vel rusticari, vel navigare, vel etiam genere alio negotiari necesse erat, ut aliquas facultates acquireremus; quum vero paratæ res sub tectum essent congestæ, alium esse oportuit, qui et illatas custodiret, et ea conficeret opera, quæ domi deberent administrari. Nam et fruges ceteraque alimenta terrestria indigebant tecto; et ovium ceterarumque pecudum fœtus atque fructus clauso custodiendi erant, nec minus reliqua utensilia, quibus aut alitur hominum genus aut etiam excolitur. Quare quum et operam et diligentiam ea, quæ proposuimus, desiderarent, nec exigua cura foris acquirerentur, quæ domi custodiri oporteret : jure, ut dixi, a natura comparata est [opera] mulieris ad domesticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forensem et extraneam. Itaque viro calores, et frigora perpetienda, tum etiam itinera et labores pacis ac belli, id est, rusticationis et militarium stipendiorum, Deus tribuit; mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit.... et quoniam hunc sexum custodiæ et diligentiæ assignaverat, idcirco timidiorem reddidit, quam virilem; nam metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. Quod autem necesse

erat foris et in aperto victum quærentibus nonnunquam injuriam propulsare, idcirco virum, quam mulierem, fecit audaciorem. Quia vero partis opibus æque fuit opus memoria et diligentia, non minorem feminæ, quam viro, earum rerum tribuit possessionem..... Tum etiam, quod simplex natura non omnes res commodas amplecti volebat, idcirco alterum alterius indigere voluit; quoniam, quod alteri deest, præsto plerumque est alteri. »

E Columella, XII, § 1-7.

Cap. VIII, 2.

Ἔστι μὲν γὰρ πενία αὕτη σαφὴς, τὸ δεόμενόν τινος μὴ ἔχειν χρῆσθαι. Ἀλυποτέρα δὲ αὕτη ἡ ἔνδεια, τὸ ζητοῦντά τι μὴ δύνασθαι λαϐεῖν, ἢ τὴν ἀρχὴν μηδὲ ζητεῖν, εἰδότα ὅτι οὐκ ἔστιν. Ἀλλὰ γὰρ, ἔφην ἐγὼ, τούτων οὐ σὺ αἰτία, ἀλλ' ἐγὼ, ὅτι οὐ τάξας σοι παρέδωκα ὅπου χρὴ ἕκαστα κεῖσθαι, ὅπως εἰδῇς ὅπου γε δεῖ τιθέναι, καὶ ὁπόθεν λαμϐάνειν. Ἔστι δ' οὐδὲν οὕτως, ὦ γύναι, οὔτ' εὔχρηστον οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις. Καὶ γὰρ χορὸς ἐξ ἀνθρώπων συγκείμενός ἐστιν. Ἀλλ' ὅταν μὲν ποιῶσιν, ὅ,τι ἂν τύχῃ ἕκαστος, ταραχή τις φαίνεται, καὶ θεᾶσθαι ἀτερπές· ὅταν δὲ τεταγμένως ποιῶσι καὶ φθέγγωνται, ἅμα οἱ αὐτοὶ οὗτοι καὶ ἀξιοθέατοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ ἀξιάκουστοι. Καὶ στρατιά γε, ἔφην ἐγὼ, ὦ γύναι, ἄτακτος μὲν οὖσα, ταραχωδέστατον, καὶ τοῖς μὲν πολεμίοις εὐχειρωτότατον, τοῖς δὲ φίλοις ἀηδέστατον ὁρᾶν καὶ ἀχρηστότατον, ὄνος ὁμοῦ, ὁπλίτης, σκευόφορος, ψιλὸς, ἱππεὺς, ἅμαξα.

Nam vetus est proverbium, paupertatem certissimam esse, quum alicujus indigeas, uti eo non posse, quia ignoretur, ubi projectum jaceat, quod desideretur.... Itaque in re familiari laboriosior est negligentia, quam diligentia. Quis enim dubitet, nihil esse pulchrius in omni ratione vitæ dispositione atque ordine? quod etiam ludicris spectaculis licet sæpe cognoscere. Nam ubi chorus canentium non certis modis neque numeris præeuntis magistri consensit, dissonum quiddam ac tumultuosum audientibus canere videtur. At ubi certis numeris ac pedibus, velut facta conspiratione, consensit atque concinuit; ex ejusmodi vocum concordia, non solum ipsis canentibus amicum quiddam et dulce resonat, verum etiam spectantes audientesque lætissima voluptate permulcentur. Jam vero in exercitu neque miles neque imperator sine ordine ac dispositione quidquam valet explicare, quum armatus inermem, eques peditem, plaustrum equitem, si sint permixi, confundant.

E Columella, XII, § 3-5.

ὅσα τροφὴν μήτηρ οὖσα ἡ γῆ πρὸς ταῦτα πέφυκε βούλεσθαι φέρειν, μήτε ζῶν μήτε τις ἀποθανὼν στερείτω τὸν ζῶνθ' ἡμῶν. Χῶμα δὲ μὴ χοῦν ὑψηλότερον πέντε ἀνδρῶν ἔργον ἐν πένθ' ἡμέραις ἀποτελούμενον, λίθινα δὲ ἐπιστήματα μὴ μείζω ποιεῖν, ἢ ὅσα δέχεσθαι, τῶν τοῦ τετελευτηκότος ἐγκώμια βίου μὴ πλείω τεττάρων ἡρωϊκῶν στίχων.

Cic., *de Leg.*, II, cap. 27.

De sepulchris autem (Plato) hæc dicit. Vetat ex agro culto, eove, qui coli possit, ullam partem sumi sepulchro; sed, quæ natura agri tantummodo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento vivorum recipiat, ea potissimum ut compleatur; quæ autem terra fruges ferre, et, ut mater, cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, neve vivus, neve mortuus. Exstrui autem vetat sepulchrum altius, quam quod quinque diebus homines quinque absolverint, nec e lapide excitari plus, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui, incisam ne plus quatuor herois versibus; quos longos appellat Ennius.

Πλάτωνος Γοργίας, κεφ. 26.

Π. — Ἀρχέλαον δή που τοῦτον τὸν Περδίκκου ὁρᾷς ἄρχοντα Μακεδονίας;

Σ. — Εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἀκούω γε.

Π. — Εὐδαίμων οὖν σοι δοκεῖ εἶναι ἢ ἄθλιος;

Σ. — Οὐκ οἶδα, ὦ Πῶλε. Οὐ γάρ πω συγγέγονα τῷ ἀνδρί.

Π. — Τί δαί; συγγενόμενος ἂν γνοίης, ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γιγνώσκεις ὅτι εὐδαιμονεῖ;

Σ. — Μὰ Δία οὐ δῆτα.

Π. — Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γιγνώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα.

Σ. — Καὶ ἀληθῆ γ' ἐρῶ. Οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης.

Π. — Τί δέ; ἐν τούτῳ πᾶσα ἡ εὐδαιμονία ἐστίν;

Σ. — Ὥς γε ἐγὼ λέγω, ὦ Πῶλε. Τὸν μὲν γὰρ καλὸν κἀγαθὸν ἄνδρα καὶ γυναῖκα εὐδαίμονα εἶναί φημι· τὸν δὲ ἄδικον καὶ πονηρόν, ἄθλιον.

suo quæque loco disposuimus : deinde quibus quotidie servuli utuntur, quæ ad lanificia, quæ ad cibaria coquenda et conficienda pertinent, hæc ipsa iis, qui his uti solent, tradidimus, et, ubi ea ponerent, demonstravimus, et ut salva essent, præcepimus. Quibus autem ad dies festos et ad hospitum adventum utimur et ad quædam rara negotia, hæc promo tradidimus, et loca omnium demonstravimus, et cuique sua annumeravimus, atque annumerata ipsi exscripsimus, eamque admonuimus, ut quodcumque opus esset, sciret, unde daret; et meminisset atque adnotaret, quid et quando, et cui dedisset : et, quum recepisset, ut quidque suo loco reponeret.

E Columella, *ibid.*

M. T. CICERONIS ŒCONOMICORUM EX XENOPHONTE, lib. II.

Cap. XII, 3.

Ποτέρα δὲ, ἐγὼ ἔφην, ὦ Ἰσχόμαχε, ὅταν δεηθῇς ἐπιτρόπου, καταμαθὼν, ἤν που ᾖ ἐπιτροπευτικὸς ἀνὴρ, τοῦτον πειρᾷ ὠνεῖσθαι (ὥσπερ ὅταν τέκτονος δεηθῇς, καταμαθὼν, εὖ οἶδ' ὅτι, ἤν που ἴδῃς τεκτονικὸν τοῦτον πειρᾷ κτᾶσθαι) ἢ αὐτὸς παιδεύεις τοὺς ἐπιτρόπους;

Αὐτὸς νὴ Δία, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πειρῶμαι παιδεύειν. Καὶ γὰρ ὅστις μέλλει ἀρκέσειν, ὅταν ἐγὼ ἀπῶ, ἀντ' ἐμοῦ ἐπιμελόμενος, τί αὐτὸν καὶ δεῖ ἄλλο ἐπίστασθαι, ἢ ἅπερ ἐγώ;

— Utrumne, Ischomache, inquam, si res familiaris desiderasset, mercari villicum tanquam fabrum, an ipse instituere consuevisti?

— Ego vero ipse instituo. Etenim qui me absente in meum locum substituitur, et vicarius meæ diligentiæ succedit, is ea, quæ ego, scire debet.

E Columella, XI, 1.

EJUSDEM ŒCONOMICORUM, EX XENOPHONTE, lib. III.

Cap. XVI, 14.

Οἶδα μὲν οὖν, ἔφην, ἀκριβῶς, ὅτι οὐδαμῶς ἂν μᾶλλον ἡ μὲν ὕλη ἐπιπολάζοι καὶ αὐαίνοιτο ὑπὸ τοῦ καύματος, ἡ δὲ γῆ ὀπτῷτο ὑπὸ τοῦ ἡλίου....

— Nullo modo facilius arbitror posse neque herbas arescere et interfici, neque terram ab sole percoqui . . .

E Nonio, voc. *Interfici.*

Cap. XIX, 19.

Ὅταν δὲ καιρὸς ᾖ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἤδη γλυκαίνεσθαι τὰς σταφυλάς....

— Quum vero, affecta jam prope æstate, uvas a sole mitescere tempus est....

E Gellio, XV, 5; Nonio, voc. *Profligare.*

Cap. XX, 4.

Οὐδ' οἶνον ἔχει ἀνήρ· οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται, ὡς φυτεύσῃ ἀμπέλους, οὐδὲ αἱ οὖσαι ὅπως φέρωσιν αὐτῷ· οὐδὲ ἔλαιον οὐδὲ σῦκα ἔχει ἀνήρ....

— Neque serit vitem, neque, quæ sata est, diligenter colit; oleum, ficus, poma non habet....

E Macrobio, Saturnal., III, 20.

Cap. XVIII, 14.

.... Ὥσπερ οἱ κηφῆνες διαρπάζουσιν, ἄχρηστοι ὄντες, τῶν μελισσῶν, ἃ ἂν ἐκεῖναι ἐργασάμεναι τροφὴν καταθῶνται.

— Apes in alvearium congesserunt.

E Sosipatr. Charisio, lib. I.

Cap. IV, 20.

Οὗτος τοίνυν ὁ Κῦρος λέγεται Λυσάνδρῳ, ὅτε ἦλθεν ἄγων αὐτῷ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων δῶρα, ἄλλα τε φιλοφρονεῖσθαι (ὡς αὐτὸς ἔφη ὁ Λύσανδρος ξένῳ ποτέ τινι ἐν Μεγάροις διηγούμενος), καὶ τὸν ἐν Σάρδεσι παράδεισον ἐπιδεικνύναι αὐτὸν ἔφη. Ἐπεὶ δὲ ἐθαύμαζεν αὐτὸν ὁ Λύσανδρος, ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα εἴη, δι' ἴσου δὲ τὰ πεφυτευμένα, ὀρθοὶ δὲ οἱ στίχοι τῶν δένδρων, εὐγώνια δὲ πάντα καλῶς εἴη, ὀσμαὶ δὲ πολλαὶ καὶ ἡδεῖαι συμπαρομαρτοῖεν αὐτοῖς περιπατοῦσι· καὶ ταῦτα θαυμάζων εἶπεν· « Ἀλλ' ἐγώ τοι, ὦ Κῦρε, πάντα μὲν ταῦτα θαυμάζω ἐπὶ τῷ κάλλει, πολὺ δὲ μᾶλλον ἄγαμαι τοῦ καταμετρήσαντός σοι καὶ διατάξαντος ἕκαστα τούτων. » Ἀκού-

σαντα δὲ ταῦτα τὸν Κῦρον ἡσθῆναί τε καὶ εἰπεῖν· « Ταῦτα τοίνυν, ὦ Λύσανδρε, ἐγὼ πάντα καὶ διεμέτρησα καὶ διέταξα· ἔστι δ' αὐτῶν, φάναι, ἃ καὶ ἐφύτευσα αὐτός. » Καὶ ὁ Λύσανδρος ἔφη, ἀποβλέψας εἰς αὐτὸν, καὶ ἰδὼν τῶν τε ἱματίων τὸ κάλλος ὧν εἶχε, καὶ τῆς ὀσμῆς αἰσθόμενος, καὶ τῶν στρεπτῶν καὶ τῶν ψελλίων τὸ κάλλος καὶ τοῦ ἄλλου κόσμου οὗ εἶχεν, εἰπεῖν· « Τί λέγεις, φάναι, ὦ Κῦρε; ἦ γὰρ σὺ ταῖς σαῖς χερσὶ τούτων τὶ ἐφύτευσας; » καὶ τὸν Κῦρον ἀποκρίνασθαι· « Θαυμάζεις τοῦτο, ἔφη, ὦ Λύσανδρε; Ὄμνυμί σοι τὸν Μίθρην, ὅταν περ ὑγιαίνω, μὴ πώποτε δειπνῆσαι, πρὶν ἱδρῶσαι, ἢ τῶν πολεμικῶν τι ἢ τῶν γεωργικῶν ἔργων μελετῶν, ἢ ἀεὶ οὖν γέ τι φιλοτιμούμενος. » Καὶ αὐτὸς μέντοι, ἔφη ὁ Λύσανδρος, ἀκούσας ταῦτα, δεξιώσασθαί τε αὐτὸν καὶ εἰπεῖν· « Δικαίως μοι δοκεῖς, ἔφη, ὦ Κῦρε, εὐδαίμων εἶναι· ἀγαθὸς γὰρ ὢν ἀνὴρ εὐδαιμονεῖς. »

Atque ut intelligatis nihil ei (Xenophonti) tam regale videri, quam studium agri colendi, « Cyrum minorem, regem Persarum, præstantem ingenio atque imperii gloria, quum Lysander Lacedæmonius, vir summæ virtutis, venisset ad eum Sardis, eique dona a sociis attulisset, et ceteris in rebus comem erga Lysandrum atque humanum fuisse, et ei quemdam conseptum agrum diligenter consitum ostendisse. Quum autem admiraretur Lysander et proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines et humum subactam atque puram, et suavitatem odorum; tum eum dixisse, mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam ejus, a quo essent illa dimensa atque descripta; et ei Cyrum respondisse : « Atqui ego omnia ista sum dimensus; mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. » Tum Lysandrum intuentem ejus purpuram, et nitorem corporis, ornatumque Persicum multo auro multisque gemmis, dixisse : « Recte vero te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna conjuncta est. »

Cic., *de Senectute*, cap. XVII.

Xenophontis *Cyri disciplina*, lib. VIII, cap. 7.

... Οὐ γὰρ δήπου τοῦτό γε σαφῶς δοκεῖτε εἰδέναι, ὡς οὐδέν εἰμι ἐγὼ ἔτι, ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τελευτήσω· οὐδὲ γὰρ νῦν τοι τήν γ' ἐμὴν ψυχὴν ἑωρᾶτε, ἀλλ' οἷς διεπράττετο, τούτοις αὐτὴν ὡς οὖσαν κατεφωρᾶτε. Τὰς δὲ τῶν ἄδικα παθόντων ψυχὰς οὔπω κατε-

νοήσατε οἵους μὲν φόβους τοῖς μιαιφόνοις ἐμβάλλουσιν, οἵους δὲ παλαμναίους τοῖς ἀνοσίοις ἐπιπέμπουσι; τοῖς δὲ φθιμένοις τὰς τιμὰς διαμένειν ἔτι ἂν δοκεῖτε, εἰ μηδενὸς αὐτῶν αἱ ψυχαὶ κύριαι ἦσαν; Οὔτοι ἔγωγε, ὦ παῖδες, οὐδὲ τοῦτο πώποτε ἐπείσθην, ὡς ἡ ψυχή, ἕως μὲν ἂν ἐν θνήτῳ σώματι ᾖ, ζῇ· ὅταν δὲ τούτου ἀπαλλαγῇ, τέθνηκεν. Ὁρῶ γάρ, ὅτι καὶ τὰ θνητὰ σώματα, ὅσον ἂν ἐν αὐτοῖς χρόνον ᾖ ἡ ψυχή, ζῶντα παρέχεται. Οὐδέ γε ὅπως ἄφρων ἔσται ἡ ψυχή, ἐπειδὰν τοῦ ἄφρονος σώματος δίχα γένηται, οὐδὲ τοῦτο πέπεισμαι· ἀλλ' ὅταν ἄκρατος καὶ καθαρὸς ὁ νοῦς ἐκκριθῇ, τότε καὶ φρονιμώτατον εἰκὸς αὐτὸν εἶναι. Διαλυομένου δὲ ἀνθρώπου δῆλά ἐστιν ἕκαστα ἀπιόντα πρὸς τὸ ὁμόφυλον πλὴν τῆς ψυχῆς· αὕτη δὲ μόνη οὔτε παροῦσα οὔτε ἀπιοῦσα ὁρᾶται. Ἐννοήσατε δέ, ἔφη, ὅτι ἐγγύτερον μὲν τῷ ἀνθρωπίνῳ θανάτῳ οὐδέν ἐστιν ὕπνου· ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ τότε δήπου θειοτάτη καταφαίνεται, καὶ τότε τι τῶν μελλόντων προορᾷ· τότε γάρ, ὡς ἔοικε, μάλιστα ἐλευθεροῦται.....

Cic., *de Senectute,* cap. XXII.

Apud Xenophontem autem moriens Cyrus major hæc dicit : « Nolite arbitrari, o mihi carissimi filii, me, quum a vobis discessero, nusquam aut nullum fore. Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis; sed eum esse in hoc corpore, ex iis rebus, quas gerebam, intelligebatis. Eumdem igitur esse creditote, etiamsi nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui teneremus. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos, dum in corporibus essent mortalibus, vivere; quum exissent ex iis, emori : nec vero tum animum esse insipientem, quum ex insipienti corpore evasisset; sed quum omni admixtione corporis liberatus, purus et integer esse cœpisset, tum esse sapientem. Atque etiam, quum hominis natura morte dissolvitur, ceterarum rerum perspicuum est quo quæque discedant : abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt; animus autem solus, nec quum adest, nec quum discedit, apparet. Jam vero videtis nihil esse morti tam simile quam somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam. Multa enim, quum remissi et liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur quales futuri sint quum se plane corporum vinculis relaxaverint....

Xenophontis *Memorab.*, II, 1, 21.

Καὶ Πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ Ἡρακλέους, ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται, ὡσαύτως περὶ τῆς ἀρετῆς ἀποφαίνεται ὧδέ πως λέγων, ὅσα ἐγὼ μέμνημαι. Φησὶ γὰρ Ἡρακλέα, ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὡρμᾶτο (ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν εἴτε τὴν δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ἐπὶ τὸν βίον, εἴτε τὴν διὰ κακίας), ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι, ἀποροῦντα ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται.

Cic., *de Officiis*, I, cap. 32.

Nam quod Herculem Prodicium dicunt, ut est apud Xenophontem, quum primum pubesceret (quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est), exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, quum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius esset.

ARISTOTELIS LOCI A CICERONE INTERPRETATI.

Rhet., III, 8, 3.

Διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή· ποίημα γὰρ ἔσται. Ῥυθμὸν δὲ μὴ ἀκριβῶς· τοῦτο δ' ἔσται, ἐὰν μέχρι του ᾖ. Τῶν μὲν ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος, σεμνὸς καὶ λεκτικὸς καὶ ἁρμονίας δεόμενος· ὁ δ' ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν. Διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεία φθέγγονται λέγοντες. Δεῖ δὲ σεμνότητα γενέσθαι καὶ ἐκστῆσαι.

Orator, cap. LI.

Orator, cap. LI. — Is igitur versum in oratione vetat esse, numerum jubet.

Ibidem, cap. LVII. — Quod longe Aristoteli videtur secus, qui judicat heroum numerum grandiorem, quam desideret soluta oratio; iambum autem nimis e vulgari esse sermone. Itaque neque humilem, nec abjectam orationem, nec nimis altam et exaggeratam probat; plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos qui audient, ad majorem admirationem possit traducere.

Arist., *Rhet.*, III, 8, 5.

Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι διά γε τὰ εἰρημένα ἀφετέοι, καὶ διότι μετρικοί· ὁ δὲ παιὰν ληπτέος. — Deinde. — Ἔστι δὲ παιᾶνος δύο εἴδη ἀντικείμενα ἀλλήλοις, ὧν τὸ μὲν ἐν ἀρχῇ ἁρμόττει, ὥσπερ καὶ χρῶνται· οὗτος δ' ἐστὶν, οὗ ἄρχει μὲν ἡ μακρὰ, τελευτῶσι δὲ τρεῖς βραχεῖαι· ἕτερος δ' ἐξ ἐναντίας, οὗ βραχεῖαι ἄρχουσι τρεῖς, ἡ δὲ μακρὰ τελευταία. Οὗτος δὲ τελευτὴν ποιεῖ.

Cic., *de Orat.*, III, cap. 47.

Probatur autem ab eodem illo (Aristotele) maxime pæon; qui est duplex. Nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur.... Aut a brevibus deinceps tribus, extrema producta atque longa....

—Atque illi philosopho ordiri placet a superiore pæone, posteriore finire.

Arist., *Ethic.*, II, 6, 19.

Ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ δειλαίνειν καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν. — Paulo ante (Ethn., II, 6, 18). Πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγεται τῷ αὐτὰ φαῦλα εἶναι, ἀλλ' οὐχ αἱ ὑπερβολαὶ αὐτῶν, οὐδὲ αἱ ἐλλείψεις.

Cic., *Tusculan.*, IV, cap. 18.

Quamobrem nihil interest, utrum moderatas perturbationes approbent, an moderatam injustitiam, moderatam ignaviam, moderatam intemperantiam. — *Paulo ante.* — Ægritudo autem, ceteræque perturbationes, amplificatæ certe pestiferæ sunt.

Hic transcribendum esse puto hunc locum Ciceronis (de Nat. Deor., II, 37) ex Aristotele conversum, quamvis Græca desiderentur :

« Si essent, inquit (Aristoteles), qui sub terra semper habita« vissent, bonis et illustribus domiciliis, quæ essent ornata signis « atque picturis, instructaque rebus iis omnibus, quibus abun« dant ii, qui beati putantur, nec tamen exissent unquam supra « terram, accepissent autem fama et auditione esse quoddam nu-

« men et vim Deorum; deinde aliquo tempore, patefactis terræ « faucibus, ex illis abditis sedibus evadere in hæc loca, quæ nos « incolimus, atque exire potuissent : quum repente terram, et « maria cœlumque vidissent; nubium magnitudinem, ventorum- « que vim cognovissent, quod is diem efficeret, toto cœlo luce « diffusa; quum autem terras nox opacasset, tum cœlum totum « cernerent astris distinctum et ornatum, lunæque luminum va- « rietatem tum crescentis, tum senescentis, eorumque omnium « ortus et occasus, atque in omni æternitate ratos immutabi- « lesque cursus : hæc quum viderent, profecto et esse Deos, et « hæc tanta opera Deorum esse arbitrarentur. »

EPICURI (1) LOCI A CICERONE INTERPRETATI.

Epic., *Epist.*

Τὴν μακαρίαν ἄγοντες ἅμα τελευτῶντες ἡμέραν τοῦ βίου, ἐγράφομεν ὑμῖν ταυτί· στραγγουρία τέ τις παρηκολούθει καὶ δυσεντερικὰ πάθη, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῦ ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους. Ἀντιπαρετάττετο δὲ πᾶσι τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ. Σὺ δὲ ἀξίως τῆς ἐκ μειρακίου περιστάσεως πρὸς ἐμὲ καὶ φιλοσοφίαν, ἐπιμελοῦ τῶν παίδων Μητροδώρου.

Cic., *de Fin.*, II, cap. 30.

Epicurus Hermacho S. — « Quum ageremus vitæ beatum et eumdem supremum diem, scribebamus hæc. Tanti autem morbi aderant vesicæ et viscerum, ut nihil ad eorum magnitudinem posset accedere. Compensabatur tamen cum his omnibus animi lætitia, quam capiebam memoria rationum, inventorumque nostrorum. Sed tu, ut dignum tua erga me et erga philosophiam voluntate ab adolescentulo suscepta, fac ut Metrodori tueare liberos. »

---

(1) Vid. H. Stephanum (*Lexicon Ciceronianum*, pag. 51 et sqq.). — Illum in oratione græca haud spernendum auctorem secutus sum.

Epic., *de Fin.*

Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ τῶν χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις.....

Cic., *Tusculan.*, III, cap. 18.

« Nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud, detrahens eas voluptates, quæ sapore percipiuntur, detrahens eas, quæ auditu et cantibus; detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiuntur oculis, suaves motiones...... »

Epic., *in Testam.*

Ἐκ δὲ τῶν γιγνομένων προσόδων τῶν δεδομένων ἀφ' ἡμῶν Ἀμυνομάχῳ καὶ Τιμοκράτει, κατὰ τὸ δυνατὸν μεριζέσθωσαν μεθ' Ἑρμάχου σκοπούμενοι εἴς τε τὰ ἐναγίσματα τῷ τε πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἡμῖν εἰς τὴν εἰθισμένην ἄγεσθαι γενέθλιον ἡμέραν ἑκάστου ἔτους, τῇ προτέρᾳ δεκάτῃ τοῦ γαμηλιῶνος. Ὥστε καὶ εἰς τὴν γιγνομένην σύνοδον ἑκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι τῶν συμφιλοσοφούντων ἡμῖν εἰς τὴν ἡμῶν τε καὶ Μητροδώρου κατατεταγμένην.

Cic., *de Fin.*, II, cap. 31.

« Ut Amynomachus et Timocrates, heredes sui, de Hermachi sententia dent, quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis, mense gamelione; itemque omnibus mensibus, vicesimo die lunæ, dent ad eorum epulas, qui una secum philosophati sint, ut et sui et Metrodori memoria colatur. »

Epic., *Epist. ad Men.*

Οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως· οὐδὲ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως, ἀνεῦ τοῦ ἡδέως. Συμπεφύκασι γὰρ αἱ ἀρεταὶ τῷ ζῆν ἡδέως, καὶ τὸ ζῆν ἡδέως τούτων ἐστὶν ἀχώριστον.

Cic., *de Fin.*, I, cap. 18.

Clamat Epicurus, is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, « Non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste justeque vivatur; nec sapienter, honeste, juste, nisi jucunde. » — *Idem*, *Tusculan.*, III. — Negat Epicurus jucunde posse vivi, nisi cum virtute vivatur.

Epicurus, *Epist. ad Men.*

.... Τῷ τὰ ζῷα ἅμα τῷ γεννηθῆναι, τὴν μὲν ἡδονὴν εὐαρεστεῖσθαι, τῷ δὲ πόνῳ προσκρούειν φυσικῶς καὶ χωρὶς λόγου. Αὐτοπαθῶς οὖν φεύγομεν τὴν ἀλγηδόνα.

Cic., *de Finib.*, I, cap. 9.

« ... Omne animal, simul atque natum sit, voluptatem appetere, eaque gaudere, ut summo bono; dolorem aspernari, ut summum malum, et, quantum possit, a se repellere; idque facere nondum depravatum, ipsa natura incorrupte atque integre judicante. »

Epic., *Epist. ad Men.*

Διὰ τοῦτο καὶ οὐ πᾶσαν ἡδονὴν αἱρούμεθα, ἀλλ' ἔστιν ὅτε πολλὰς ἡδονὰς ὑπερβαίνομεν, ὅταν πλεῖον ἡμῖν τὸ δυσχερὲς ἐκ τούτων ἕπηται. Καὶ πολλὰς ἀλγηδόνας ἡδονῶν κρείττους νομίζομεν, ἐπειδὰν μείζων ἡδονὴ παρακολουθῇ, πολὺν χρόνον ὑπομείνασι τὰς ἀλγηδόνας. Πᾶσα οὖν ἡδονὴ διὰ τὸ φύσιν ἔχειν οἰκείαν, ἀγαθὸν, οὐ πᾶσα μέντοι αἱρετή. Καθάπερ καὶ ἀλγηδὼν πᾶσα, κακὴ, οὐ πᾶσα δὲ ἀεὶ φευκτὴ πεφυκυῖα.

Cic., *de Fin.*, cap. 10.

« Nemo enim ipsam voluptatem, quia voluptas sit aspernatur, aut odit, aut fugit; sed quia consequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt. Neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet, consectetur, adipisci velit; sed quia nonnunquam ejusmodi tempora incidunt, ut labore et dolore magnam aliquam quærat voluptatem. »

Epicurus, *ibid.*

Ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. — Et alibi. Οὐκ ἐπαύξεται ἡ ἡδονὴ ἐν τῇ σαρκὶ, ἐπειδὰν ἅπαξ τὸ κατ' ἔνδειαν ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ, ἀλλὰ μόνον ποικίλλεται.

Cic., *de Fin.*, I, cap. 11.

Omni autem privatione doloris terminari summam voluptatem : ut postea variari voluptas, distinguique possit; augeri amplificarique non possit. — *Idem*, lib. II. — Quum omnis dolor detractus esset, variari, non augeri voluptatem. — *Idem, Tusc.*, III. — Non crescere voluptatem dolore detracto, summamque voluptatem nihil dolere.

Epic., *Select. sent.*

Τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ μέν εἰσι φυσικαὶ καὶ ἀναγκαῖαι· αἱ δὲ, φυσικαὶ καὶ οὐκ ἀναγκαῖαι· αἱ δὲ, οὔτε φυσικαὶ οὔτε ἀναγκαῖαι, ἀλλὰ παρὰ κενὴν δόξαν γιγνόμεναι. — Ibidem. Ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος καὶ ὥρισται καὶ εὐπόριστός ἐστιν· ὁ δὲ τῶν κενῶν δοξῶν εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει. — Alibi. Τὸ μὲν φυσικὸν πᾶν εὐπόριστόν ἐστι, τὸ δὲ κενὸν δυσπόριστον.

Cic., *de Fin.*, I, cap. 13.

Qui (Epicurus) unum genus posuit earum cupiditatum, quæ essent et naturales et necessariæ; alterum, quæ naturales essent, nec tamen necessariæ; tertium, quæ nec naturales, nec necessariæ. Quarum ea ratio est, ut necessariæ nec opera multa nec impensa expleantur. Ne naturales quidem multa desiderant, propterea quod ipsa Natura divitias, quibus contenta sit, et parabiles et terminatas habet. Inanium autem cupiditatum nec modus ullus, nec finis inveniri potest (1).

(1) Vide etiam Tusc. quæst., lib. V, cap. 33 : « Vides, credo, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit, non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen : partim esse naturales et necessarias; partim naturales, et non necessarias; partim neutrum : necessarias satiari posse pæne nihilo; divitias enim Naturæ parabiles esse. Secundum autem genus cupiditatum, nec ad potiendum difficile esse censet, nec vero ad carendum; tertias, quod essent plane inanes, neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent, funditus ejiciendas putavit. »

Epicurus (apud Laertium).

... Πάσας δὲ τὰς ψυχικὰς ἡδονὰς καὶ ἀλγηδόνας ἐπὶ σωματικαῖς ἡδοναῖς καὶ ἀλγηδόσι γίγνεσθαι. — Continuo post. Τὸν γοῦν σάρκα τὸ παρὸν μόνον σχηματίζειν, τὴν δὲ ψυχὴν καὶ τὸ παρελθὸν καὶ τὸ παρόν.

Cic., *de Fin.*, I, cap. 17.

Animi autem voluptates et dolores nasci fatemur e corporis voluptatibus et doloribus. — *Paulo post.* — Nec ob eam causam non multo majores esse et voluptates et dolores animi, quam corporis. Nam corpore nihil, nisi præsens et quod adest, sentire possumus : animo autem et præterita et futura.

Epic., *Select. sentent.*

Βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει. Τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα ὁ λογισμὸς διώκει, καὶ κατὰ τὸν συνεχῆ χρόνον διοικεῖ καὶ διοικήσει. — Paulo post. Ὁ ἄπειρος χρόνος ἴσην ἔχει τὴν ἡδονὴν καὶ ὁ πεπερασμένος.

Cic., *de Fin.*, I, cap. 19.

Optime vero Epicurus quod « exiguam dicit fortunam intervenire sapienti, maximasque ab eo et gravissimas res consilio ipsius et ratione administrari; neque majorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse, quum ex hoc percipiatur, quod videamus esse finitum. » — *Idem,* lib. II. — Negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate vivendum aliquid afferre ; nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna.

Epic., *ibidem.*

Οὐκ ἦν τὸ φοβούμενον λύειν ὑπὲρ τῶν κυριωτάτων, μὴ κατειδότα τίς ἡ τοῦ σύμπαντος φύσις. — Idem alibi. Εἰ μηδὲν ἡμᾶς αἱ ὑπὲρ τῶν μετεώρων ὑποψίαι ἠνόχλουν, ἔτι τὰ περὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, οὐκ ἄν ποτε προσεδεόμεθα φυσιολογίας εἰς τοῦτο.

Cic., *de Fin.*, I, cap. 19.

Omnium autem rerum natura cognita, levamur superstitione, liberamur mortis metu, non conturbamur ignoratione rerum, e qua ipsa horribiles existunt sæpe formidines. Denique etiam morati melius erimus, quum didicerimus quæ natura desideret.

Epicur., *ibidem.*

Ὧν ἡ σοφία παρασκευάζεται εἰς τὴν τοῦ ὅλου βίου μακαριότητα, πολὺ μέγιστόν ἐστιν ἡ τῆς φιλίας κτῆσις.

Cic., *de Fin.*, I, cap. 20.

« Omnium rerum, quas ad beate vivendum sapientia comparaverit, nihil esse majus amicitia, nihil uberius, nihil jucundius. »

Epicur., *ibidem.*

Ἡ αὐτὴ γνώμη θαῤῥεῖν τε ἐποίησεν ὑπὲρ τοῦ μηδὲν αἰώνιον εἶναι δεινὸν, μὴ δὲ πολυχρόνιον, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς τοῖς ὡρισμένοις ἀσφάλειαν φιλίας μάλιστα κατανοῆσαι συντελουμένην.

Cic., *de Fin.*, I, cap. 20.

« Eadem scientia confirmavit animum, ne quod aut sempiternum aut diuturnum timeret malum; quæ perspexit, in hoc ipso vitæ spatio, amicitiæ præsidium esse firmissimum. »

Epicur., *ibidem.*

Εἰ τὰ ποιητὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε τοὺς φόβους τῆς διανοίας τούς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, ἔτι τε τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν ἐδίδασκεν, οὐκ ἄν ποτε εἴη μὲν ὅ,τι μεμψαίμεθα αὐτοῖς πάντοθεν εἰσπληρουμένοις τῶν ἡδονῶν, καὶ οὐδαμόθεν οὔτε τὸ ἀλγοῦν οὔτε τὸ λυπούμενον ἔχουσιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ κακόν.

Cic., *de Fin.*, II, cap. 7.

« Si ea, quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos Deorum et mortis et doloris metu, docerentque, qui essent fines cupiditatum; nihil haberemus, quod reprehenderemus : quum undique complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens, aut ægrum, id est, aut malum. »

dum fuisse, gnarumque (quod est eloquentiæ maximum) quibus orationis modis quæque animorum partes pellerentur (1).

Cic., *de Off.*, I, cap. 19 : — Præclarum igitur Platonis illud : « Non solum, inquit, scientia, quæ est remota a justitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda; verum etiam animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat quam fortitudinis (2). »

Cic., *ibidem*, *paulo inferius* : — Ut enim apud Platonem est, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi : sic, ut quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium vel potius solus esse (3).

Cic., *de Off.*, I, cap. 13 : — Totius autem injustitiæ nulla capitalior est quam eorum, qui, tum quum maxime fallunt, id agunt ut viri boni esse videantur (4).

Cic., *de Off.*, I, cap. 25 : — Omnino qui reipublicæ præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant : unum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut quæcumque agunt, ad eam referant, obliti commodorum suorum; alterum, ut totum corpus reipublicæ curent, ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant (5).

---

(1) Plato in Phædro : « Πᾶσαι ὅσαι μεγάλαι τῶν τεχνῶν προσδέονται ἀδολεσχίας καὶ μετεωρολογίας φύσεως πέρι. Τὸ γὰρ ὑψηλόνουν τοῦτο καὶ τὸ πάντῃ τελεσιουργικὸν ἔοικεν ἐντεῦθέν ποθεν εἰσιέναι. Ὃ καὶ Περικλῆς, πρὸς τῷ εὐφυὴς εἶναι, ἐκτήσατο. Προσπεσὼν γάρ, οἶμαι, τοιούτῳ ὄντι Ἀναξαγόρᾳ, μετεωρολογίας ἐμπλησθεὶς, καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἀνοίας ἀφικόμενος, ὧν δὴ πέρι τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο Ἀναξαγόρας, ἐντεῦθεν εἵλκυσεν ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην τὸ πρόσφορον αὐτῇ. »

(2) Cf. hæc Platonis in Epitaphio : « ..... Πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, ἀλλ' οὐ σοφία, φαίνεται. »

(3) Plato in Lachete : « Ὅτι οἶμαι ἐγὼ τοῦτο, εἴ τι ἦν οὐκ ἂν λεληθέναι Λακεδαιμονίους, οἷς οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ ἢ τοῦτο ζητεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν, ὅ,τι ἂν μαθόντες καὶ ἐπιτηδεύσαντες πλεονεκτοῖεν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον. »

(4) Cf. hæc : « Ἐσχάτη γὰρ ἀδικία δοκεῖν δίκαιον εἶναι, μὴ ὄντα. » (Platon. *de Rep.* II.)

(5) Plato. Πολιτ. I : « Οὐκοῦν ἦν δ' ἐγὼ, ὦ Θρασύμαχε, οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς ἐν οὐδεμιᾷ ἀρχῇ, καθόσον ἄρχων ἐστὶ, τὸ αὑτῷ ξύμφερον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ, καὶ ᾧ ἂν αὐτὸς δημιουργῇ · καὶ πρὸς ἐκεῖνο βλέπων καὶ τὸ ἐκείνῳ ξύμφερον καὶ πρέπον, καὶ λέγει ἃ λέγει καὶ ποιεῖ ἅπαντα. — Non multo post : — Καὶ ἐνταῦθα ἂν καταφανὲς γενέσθαι ὅτι ὁ τῷ ὄντι ἀληθινὸς ἄρχων οὐ πέφυκε τὸ αὑτῷ ξύμφερον σκοπεῖσθαι, ἀλλὰ τῷ ἀρχομένῳ. — Cf. etiam hæc inter multa alia : — « Νομοθέτῃ οὐ τούτου μέλει ὅπως ἕν τι γένος ἐν πόλει διαφερόντως εὖ πράξει, ἀλλ' ἐν ὅλῃ τῇ πόλει τοῦτο μηχανᾶται ἐγγενέσθαι. »

LOCI CICERONIS, IN QUIBUS STOICA DOGMATA CUM EX ALIIS TUM EX ZENONE ET CHRYSIPPO INTERPRETATUR.

Stoicorum dogmata.

— Μονὸν τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι· καὶ αὐτάρκη εἶναι τὴν ἀρετὴν πρὸς εὐδαιμονίαν.

Ex interpretatione Ciceronis in lib. III *de Finibus*.

— Stoici negant bonum quidquam esse, nisi quod honestum : virtutem autem, nixam hoc honesto, nullam requirere voluptatem, atque ab beate vivendum seipsa esse contentam. — *Idem*, lib. III, 3. — ... Nihil præter virtutem in bonis ducere.

— Ἀρχαὶ τῶν καθηκόντων τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν.

— Quum autem officia proficiscantur ab initiis Naturæ ... (cap. 7).

— Ζῆν κατ' ἐμπειρίαν τῶν κατὰ φύσιν συμβαινόντων.

— Vivere, scientiam adhibentem earum rerum, quæ natura eveniant (c. 9).

— Ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει προσγινόμενος. — Item. Πᾶν ἀγαθὸν ἐπ' ἄκρον εἶναι αἱρετὸν, καὶ μήτε ἄνεσιν μήτε ἐπίτασιν ἐπιδέχεσθαι.

— Ipsum bonum crescendi accessionem nullam habet. — *Item.* Hoc autem ipsum bonum non accessione, neque crescendo aut cum cæteris comparando, sed propria vi sua et sentimus et appellamus bonum (cap. 10).

— Κἂν ἀκαρές τις ὥρας γένηται φρόνιμος, οὐδενὶ πρὸς εὐδαιμονίαν ἀπολειφθήσεται τοῦ τὸν αἰῶνα χρωμένου τῇ ἀρετῇ, καὶ μακαρίως ἐν αὐτῇ καταβιοῦντος.

— Stoicis non videtur optabilior nec magis expetenda beata vita, si sit longa, quam si sit brevis (cap. 14).

— Ὥσπερ ὁ πῆχυν ἀπέχων ἐν τῇ θαλάττῃ τῆς ἐπιφανείας, οὐδὲν ἧττον πνίγεται τοῦ καταδεδυκότος ὀργυιὰς πεντακοσίας· οὕτως οὐδὲ οἱ πελάζοντες ἀρετῇ, τῶν μακρὰν ὄντων ἧττόν εἰσιν ἐν κακίᾳ. Καὶ καθάπερ οἱ τυφλοὶ, τυφλοί εἰσι κἂν ὀλίγον ὕστερον ἀναβλέπειν

μέλλωσιν· οὕτως οἱ προκόπτοντες, ἄχρις οὗ τὴν ἀρετὴν ἀναλάβωσιν, ἀνόητοι καὶ μοχθηροὶ διαμένουσιν.

— Ut enim qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt a summo, ut jamjamque possint emergere, quam si etiam tum essent in profundo : nec catulus ille, qui jam appropinquat ut videat, plus cernit quam is qui modo est natus; ita qui processit aliquantum ad virtutis aditum, nihilominus in miseria est quam ille, qui nihil processit (cap. 14).

— Τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τελικὰ, τὰ δὲ ποιητικὰ, τὰ δὲ τελικὰ καὶ ποιητικά. Τὸν μὲν οὖν φίλον, καὶ τὰς ἀπ᾽ αὐτοῦ γιγνομένας ὠφελείας, ποιητικὰ εἶναι ἀγαθά· θάρσος δὲ καὶ φρόνημα, καὶ ἐλευθερίαν καὶ τέρψιν καὶ εὐφροσύνην καὶ ἀλυπίαν, καὶ πᾶσαν τὴν κατ᾽ ἀρετὴν πρᾶξιν, τελικά.

— Sequitur illa divisio ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia sic enim appellant quæ τελικὰ dicuntur .....); alia autem, efficientia (quæ Græci ποιητικά); alia utrumque. De pertinentibus nihil est bonum, præter actiones honestas; de efficientibus, nihil præter amicum (cap. 16).

— Τῶν προηγμένων, τὰ μὲν δι᾽ αὐτὰ προῆκται, τὰ δὲ, δι᾽ ἕτερα· τὰ δὲ, καὶ δι᾽ αὐτὰ καὶ δι᾽ ἕτερα. Δι᾽ αὐτὰ μὲν, εὐφυΐα, προκοπὴ, καὶ τὰ ὅμοια· δι᾽ ἕτερα δὲ, πλοῦτος, εὐγένεια, καὶ τὰ ὅμοια. Δι᾽ αὐτὰ δὲ καὶ δι᾽ ἕτερα, ἰσχὺς, εὐαισθησία, ἀρτιότης. Δι᾽ αὐτὰ μὲν, ὅτι κατὰ φύσιν ἐστί· δι᾽ ἕτερα δὲ, ὅτι περιποιεῖ χρείας οὐκ ὀλίγας.

— Hæc, quæ præposita dicimus, partim sunt per se ipsa præposita, partim quod aliquid efficiunt, partim utrumque : per se, ut quidam habitus oris et vultus, ut flatus, ut motus : in quibus sunt et præponenda quædam et rejicienda : alia ob eam rem præposita quod ex se aliquid efficiant, ut pecunia : alia autem ob utramque rem, ut integri sensus, ut bona valetudo (cap. 17).

— Τὴν πρὸς τὰ τέκνα φιλοστοργίαν φυσικὴν εἶναι. Item : τὴν πρὸς τὰ τέκνα φιλοστοργίαν ἀρχὴν ἡμῖν κοινωνίας καὶ δικαιοσύνης τιθέμενοι.

— ... Natura fieri ut liberi a parentibus amentur : a quo initio profectam communem humani generis societatem persequimur (cap. 19).

quæ mihi videtur non tam ipsa aquula, quæ describitur, quam Platonis oratione crevisse : et quod ille durissimis pedibus fecit, ut se abjiceret in herbam, atque ita illa, quæ philosophi divinitus ferunt esse dicta, loqueretur, id meis pedibus certe concedi est æquius (1).

Cic., *in Epist. ad Q. fratrem*, I, cap. 1 : — Atque ille quidem princeps ingenii et doctrinæ, Plato, tum denique fore beatas respublicas putavit, si aut docti ac sapientes homines eas regere cœpissent, aut ii, qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. Hanc conjunctionem videlicet potestatis ac sapientiæ, saluti censuit civitatibus esse posse (2).

Cic., *de Fin.*, II, cap. 2 : — Bonum ipsum etiam quid esset, fortasse, si opus fuisset, definisses : aut, quod esset natura appetendum ; aut, quod prodesset ; aut, quod juvaret ; aut, quod liberet modo (3).

Cic., *de Fin.*, II, cap. 9 : — Primum divisit ineleganter. Duo enim genera quæ erant, fecit tria. Hoc est non dividere, sed frangere rem (4).

---

(1) In hoc loco nihil magnopere observatione est dignum quod ad interpretationem attinet, præter duo : præter diminutivum « *aquula* » (quod haud scio an alibi reperiri possit apud Ciceronem : sed quum reperisset « ὑδάτιον » apud Platonem, ut ille ex « ὕδωρ ὑδάτιον », ita ipse ex « *aqua* » facere voluit « *aquula* »), et præter verbum *abjiceret* cum pronom. *se*, pro quo est apud Platonem « καθίζεσθαι καὶ κατακλιθῆναι » (Henr. Steph.). Sed proferamus locum (loquitur Phædrus) : « Ῥᾷστον οὖν ἡμῖν κατὰ τὸ ὑδάτιον βρέχουσι τοὺς πόδας ἰέναι, καὶ οὐκ ἀηδὲς, ἄλλως τε καὶ τήνδε τὴν ὥραν τοῦ ἔτους τε καὶ τῆς ἡμέρας. — Σ. Προάγε δὴ, καὶ σκόπει ἅμα ὅπου καθισόμεθα. — Φ. Ὁρᾷς οὖν ἐκείνην τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον ; — Σ. Τί μήν ; — Φ. Ἐκεῖ σκιά τ' ἐστι καὶ πνεῦμα μέτριον, καὶ πόα καθίζεσθαι, ἢ ἐὰν βουλώμεθα κατακλιθῆναι.

(2) Cf. « Τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, πειρώμεθα ζητεῖν τε καὶ ἀποδεικνύναι, τί ποτε νῦν κακῶς ἐν ταῖς πολέσι πράττεται, δι' ὃ οὐχ οὕτως οἰκοῦνται, καὶ τίνος ἂν σμικροτάτου μεταβαλόντος ἔλθοι εἰς τοῦτον τὸν τρόπον τῆς πολιτείας πόλις, μάλιστα μὲν ἑνὸς, etc. » Paulo post : « Ἐὰν μὴ, ἦν δ' ἐγὼ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλῆς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, τῶν τε νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα..... (Plat., *Civit.*, V.)

(3) Hoc loco videtur latinis verbis reddidisse hæc Græca Platonis : « Ἀγαθὸν, ὃ αὐτὸ αὐτοῦ χάριν ἀγαπῶμεν, καὶ τὸ δι' αὐτὸ αἱρετόν. » — Alibi. « Τὸ ὠφελοῦν, τὸ ἡδὺ, τὸ ἀγαστόν. »

(4) Hic nemo non suspicetur eum ex Platonis Phædro locum voluisse exprimere Ciceronem, in quo ait Socrates oportere in omni disputatione « τὸ κατ' εἴδη διατέμ-

STOICORUM DEFINITIONES.

Πάθος ἐστὶν ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις. Item. Πάθος ἐστὶν ὁρμὴ πλεονάζουσα. Item. Δοκεῖ δὲ τὰ πάθη κρίσεις εἶναι.

Cic., *Tuscul.*, IV, cap. 6.

— Est igitur Zenonis hæc definitio, « Ut perturbatio sit quod πάθος ille dicit, aversa a recta ratione, contra naturam, animi commotio. » — *Paulo post.* — Perturbatiorem esse vehementiorem. — *Paulo post.* — Omnes perturbationes judicio censent fieri et opinione.

— Βούλησις, εὔλογος ὄρεξις. Ἐπιθυμία, ὄρεξις ἄλογος. Item. Χαρὰ, εὔλογος ἔπαρσις. Ἡδονὴ, ἄλογος ἔπαρσις. Item. Εὐλάβεια, εὔλογος ἔκκλισις. Cui apponitur φόβος.

Ibidem, cap. 6.

—Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat. Quæ autem, ratione adversa, incitata est vehementius, ea libido est vel cupiditas effrenata ... Nam quum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur. ..... Lætitia gestiens vel nimia dici potest; quem ita definiunt, « sine ratione animi elationem » ... A malis natura declinamus, quæ declinatio, quum ratione fiet, cautio appelletur ... quæ autem sine ratione, ... nominetur metus.

— Λύπη ἐστὶ συστολὴ ἄλογος. Item. Λύπη ἐστὶ δόξα πρόσφατος κακοῦ παρουσίας ἀξίου εἶναι μειώσεως καὶ συστολῆς δοκοῦντος.

Ibidem, cap. 6.

— Hæc prima definitio, ut ægritudo sit animi, adversante ratione, contractio. — *Paulo post.* — ... Est ægritudo opinio recens mali præsentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur.

— Φόβος προσδοκία κακοῦ. Item. Ὄκνος φόβος μελλούσης ἐνεργείας.

Tusc IVc 7 (Cic., *de Fin.*, III) cap. 7.

— Metus, opinio impendentis mali. — *Item.* — Pigritia, metus consequentis laboris (cap. 8).

— Ἔλεος λύπη ὡς ἐπὶ ἀναξίως κακοπαθοῦντι.

Tusc. IV ~~Ibidem,~~ cap. 8.

— Misericordia est ægritudo ex miseria alterius, injuria laborantis.

— Ἄχθος λύπη βαρύνουσα. Item. Ὀδύνη λύπη ἐπίπονος.

Ibidem.

— Angor est ægritudo premens.— *Ibidem.*— Ærumna, ægritudo laboriosa.

— Φθόνος λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς. Item. Ζῆλος δὲ, λύπη ἐστὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ, καὶ οὐκ ἔχει. Ζηλοτυπία δὲ λύπη ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι ὧν αὐτὸς ἐπεθύμησε καὶ ἔχει.

Ibidem.

— Invidentiam esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas. — *Ibidem.* — Æmulatio, ægritudo si eo quod concupierit, alius potiatur, ipse careat. Obtrectatio autem est ea quam intelligi Zelotypiam volo, ægritudo ex eo quod alter quoque potiatur eo quod ille ipse concupierit.

— Ἐπιχαιρεκακία ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς. Κήλησις, ἡδονὴ δι' ὤτων κατακηλοῦσα.

Ibidem.

— Voluptatis autem partes hoc modo definiunt, ut malivolentia sit voluptas ex malo alterius. Delectatio, voluptas suavitate auditus animum deliniens.

— Ὀργὴ ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκοῦντος ἠδικηκέναι οὐ προσηκόντως. Μῆνις ὀργὴ πεπαλαιωμένη καὶ ἐπίκοτος καὶ ἐπιτηρητική. Θυμὸς, vel ut Cic. θύμωσις, ὀργὴ ἀρχομένη.

Ibidem.

— Ira, libido pœniendi ejus qui videatur læsisse injuria. Odium, ira inveterata. Inimicitia, ira ulciscendi tempus observans. Excandescentia, ira nascens et modo exsistens.

victus exponitur : quos negat ad panem adhibere quidquam, præter nasturtium (1).

Cic., *de Senect.*, cap. 9 : — Cyrus quidem apud Xenephontem eo sermone, quem moriens habuit, quum admodum senex esset, negat se unquam sensisse senectutem suam imbecilliorem factam, quam adolescentia fuisset (2). — *Idem*, *de Senect.* Me vero et magisteria delectant a majoribus instituta; et is sermo, qui more majorum a summo adhibetur in poculis; et pocula, sicut in symposio Xenophontis, minuta atque rorantia (3).

Cic., *de Divin.*, I, cap. 54 : — Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quodque ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur, esse divinum quiddam, quod *dæmonion* appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe revocanti (4). Et Socrates quidem (quo quem auctorem meliorem quærimus?) Xenophonti consulenti, sequereturne Cyrum, posteaquam exposuit, quæ sibi videbantur, « et nostrum quidem, inquit, humanum est consilium; sed de rebus et obscuris et incertis (5) ad Apollinem censeo referendum; ad quem etiam Athenienses publice de majoribus rebus semper retulerunt (6). »

---

(1) Cf. Xenoph., *Disc.*, I : « Οὐ παρὰ μητρὶ σιτοῦνται οἱ παῖδες, ἀλλὰ παρὰ τῷ διδασκάλῳ, ὅταν οἱ ἄρχοντες σημήνωσι. Φέρονται δὲ οἴκοθεν μὲν ἄρτους, ὄψον δὲ, κάρδαμον. »

(2) Cf. Xenoph., *Disc.*, VIII : « Ὥστε καὶ τοὐμὸν γῆρας οὐδεπώποτε ᾐσθόμην τῆς ἐμῆς νεότητος ἀσθενέστερον γιγνόμενον. »

(3) Cf. Xenoph., *Symp.*, II, 26 : « ....ἢν δ' ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν..... »

Illa tantum verba protuli quæ Tullius interpretatur, ne frustra legentem morarer.

(4) Cf. Xenoph., *Memor.*, I : « Διετεθρύλλητο γὰρ ὡς φαίη Σωκράτης τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ σημαίνειν. » Paulo post : « Σωκράτης δ' ὥσπερ ἐγίγνωσκεν, οὕτως ἔλεγε. Τὸ δαιμόνιον γὰρ ἔφη σημαίνειν · καὶ πολλοῖς τῶν ξυνόντων προσηγόρευε τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ μὴ ποιεῖν, ὡς τοῦ δαιμονίου προσημαίνοντος. » Idem circa finem, IV : « Εἰ δέ τις ὅτι φάσκοντος αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ προσημαίνειν ἅτε δέοι καὶ ἃ μὴ δέοι ποιεῖν, ὑπὸ τῶν δικαστῶν κατεγνώσθη θάνατος, etc... » Illis verbis desiderantur hæc Ciceronis : « nonnunquam impellenti, sæpe revocanti. »

(5) Cf. Xenoph., *Memor.*, I, paulo post : « ... Περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ὅπως ἀποβήσοιτο, μαντευομένους ἔπεμπεν εἰ ποιητέα. »

(6) Vid. Xenoph., *Anab.*, lib. III, quum de se ipso narrans hæc scribit : « Ὁ μέντοι Ξενοφῶν ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολὴν, ἀνακοινοῦται Σωκράτει τῷ Ἀθηναίῳ περὶ τῆς πορείας. Καὶ ὁ Σωκράτης ὑποπτεύσας μή τι πρὸς τῆς πόλεως οἱ ὑπαίτιον εἴη, Κύρῳ φίλον γενέσθαι, ὅτι ἐδόκει ὁ Κῦρος προθύμως τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπὶ τὰς Ἀθήνας συμ-

AUCTORUM DIVERSORUM ALII LOCI A CICERONE CITATI.

Cic., *de Off.*, II, cap. 12 : — Mihi quidem non apud Medos solum, ut ait Herodotus, sed etiam apud majores nostros, justitiæ fruendæ causa videntur olim bene morati reges constituti (1).

Cic., *de Divinat.*, I, cap. 53 : — Ejusdem generis etiam illud est, quod scribit Herodotus : Crœsi filium, quum esset infans, locutum; quo ostento regnum patris et domum funditus concidisse (2).

Cic., *de Fin.*, I, cap. 27 : — Nam quum semel est suscepta beata vita, tam permanet quam ipsa illa effectrix beatæ vitæ sapientia; neque exspectat ultimum tempus ætatis : quod Crœso scribit Herodotus præceptum a Solone. — Idem, *de Fin.*, III, cap. 22 : Neque exspectet ultimum tempus ætatis, ut tum denique judicetur, beatusne fuerit, quum extremum vitæ diem morte confecerit : quod ille unus e septem sapientibus non sapienter Crœsum monuit. Nam si beatus unquam fuisset, beatam vitam usque ad illum a Cyro exstructum rogum pertulisset (3).

Cic., *Tusculan.*, I, cap. 47 : Deorum immortalium judicia solent in scholis proferre de morte, nec vero ea fingere ipsi, sed Hero-

---

πολεμῆσαι · συμβουλεύει τῷ Ξενοφῶντι, ἐλθόντι εἰς Δελφούς, ἀνακοινῶσαι τῷ θεῷ περὶ τῆς πορείας. »

(1) Cf. Herodot., I, cap. 97 : « Οὐ γὰρ δὴ τρόπῳ τῷ παρεόντι χρεώμενοι δυνατοί εἶμεν οἰκέειν τὴν χώρην, φέρε στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα · καὶ οὕτω ἥ τε χώρη εὐνομήσεται, καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα, οὐδὲ ὑπ' ἀνομίης ἀνάστατοι ἐσόμεθα. »

(2) Vid. Herodot., I, cap. 85 et 86 : « ... Ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε ἐπιόντα τὸν Πέρσην, ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔῤῥηξε φωνήν, εἶπε δέ · Ὤνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον. » Οἱ δὲ Πέρσαι τάς τε δὴ Σάρδις ἔσχον καὶ αὐτὸν Κροῖσον ἐζώγρησαν, ἄρξαντα ἔτεα τεσσερεσκαίδεκα καὶ τεσσερεσκαίδεκα ἡμέρας πολιορκηθέντα, κατὰ τὸ χρηστήριόν τε καταπαύσαντα τὴν ἑωυτοῦ μεγάλην ἀρχήν. »

(3) Cf. Herod., I, cap. 32 : « ... Ἐμοὶ δὲ σὺ καὶ πλουτέειν μὲν μέγα φαίνεαι καὶ βασιλεὺς εἶναι πολλῶν ἀνθρώπων · ἐκεῖνο δὲ τὸ εἴρεό με, οὔκω σε ἐγὼ λέγω, πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύθωμαι. » Illa Crœso Solon respondet. Namque huic rex jam supra dixerat : « Νῦν ὦν ἵμερος ἐπειρέσθαί μοι ἐπῆλθε, εἴ τινα ἤδη πάντων εἶδες ὀλβιώτατον » (cap. 30). Item eodem libro, cap. 86 : « ...Τῷ δὲ Κροίσῳ ἑστεῶτι ἐπὶ τῆς πυρῆς ἐσελθεῖν, καίπερ ἐν κακῷ ἐόντι τοσούτῳ, τὸ τοῦ Σόλωνος, ὥς οἱ εἴη σὺν θεῷ εἰρημένον, τὸ μηδένα εἶναι τῶν ζωόντων ὄλβιον. »

doto auctore, aliisque pluribus. Primum Argiæ sacerdotis Cleobis et Biton filii prædicantur. Nota fabula est : quum enim illam ad solemne et statum sacrificium curru vehi jus esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta; tunc juvenes ii, quos modo nominavi, veste posita, corpora oleo perunxerunt; ad jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum, quum currus esset ductus a filiis, precata a Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a Deo : post epulatos cum matre adolescentes, somno se dedisse, mane inventos esse mortuos (1).

Cic., *Orat.*, VIII. — Itaque hic (Demosthenes) quem præstitisse diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte oratione longe optima, summissus a primo; deinde, dum de legibus disputat, pressus; post sensim incedens, judices ut vidit ardentes, in reliquis exsultavit audacius. Ac tamen in hoc ipso, diligenter examinante verborum omnium pondera, reprehendit Æschines quædam et exagitat; illudensque, dura, odiosa, intolerabilia esse dicit (2). Quin etiam quærit ab ipso, quum quidem eum belluam appellet, utrum

---

(1) Cf. Herod. I, cap. 31 : « ... Ὁ δὲ εἶπε · Κλέοβίν τε καὶ Βίτωνα. Τούτοισι γὰρ ἐοῦσι γένος Ἀργείοισι βίος τε ἀρκέων ὑπῆν καὶ πρὸς τούτῳ ῥώμη σώματος τοιήδε · ἀεθλοφόροι τε ἀμφότεροι ὁμοίως ἔσαν, καὶ δὴ καὶ λέγεται ὅδε ὁ λόγος · ἐούσης ὁρτῆς τῇ Ἥρῃ τοῖσι Ἀργείοισι, ἔδεε πάντως τὴν μητέρα αὐτῶν ζεύγεϊ κομισθῆναι ἐς τὸ ἱρόν · οἱ δέ σφι βόες ἐκ τοῦ ἀγροῦ οὐ παρεγίνοντο ἐν ὥρῃ · ἐκκληϊόμενοι δὲ τῇ ὥρῃ οἱ νεηνίαι, ὑποδύντες αὐτοὶ ὑπὸ τὴν ζεύγλην εἷλκον τὴν ἅμαξαν · ἐπὶ τῆς ἁμάξης δέ σφι ὀχέετο ἡ μήτηρ. Σταδίους δὲ πέντε καὶ τεσσεράκοντα διακομίσαντες ἀπίκοντο ἐς τὸ ἱρόν. Ταῦτα δέ σφι ποιήσασι καὶ ὀφθεῖσι ὑπὸ τῆς πανηγύριος τελευτὴ τοῦ βίου ἀρίστη ἐπεγένετο, διέδεξέ τε ἐν τούτοισι ὁ θεὸς, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζώειν. Ἀργεῖοι μὲν γὰρ περιστάντες, ἐμακάριζον τῶν νεηνιέων τὴν ῥώμην, αἱ δὲ Ἀργεῖαι τὴν μητέρα αὐτῶν, οἵων τέκνων ἐκύρησε. Ἡ δὲ μήτηρ, περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ τε ἔργῳ καὶ τῇ φήμῃ, στᾶσα ἀντίον τοῦ ἀγάλματος εὔχετο Κλεόβί τε καὶ Βίτωνι, τοῖσι ἑωυτῆς τέκνοισι, οἵ μιν ἐτίμησαν μεγάλως, δοῦναι τὴν θεὸν τὸ ἀνθρώπῳ τυχεῖν ἄριστόν ἐστι. Μετὰ ταύτην δὲ τὴν εὐχὴν, ὡς ἔθυσάν τε καὶ εὐωχήθησαν, κατακοιμηθέντες ἐν αὐτῷ τῷ ἱρῷ οἱ νεηνίαι οὐκέτι ἀνέστησαν, ἀλλ' ἐν τέλεϊ τούτῳ ἔσχοντο. Ἀργεῖοι δέ σφεων εἰκόνας ποιησάμενοι ἀνέθεσαν ἐς Δελφοὺς, ὡς ἀνδρῶν ἀρίστων γενομένων. »

(2) Vid. Æschinem adversus Ctesiph., cap. 53 : « Οὐ μέμνησθε αὐτοῦ τὰ μιαρὰ καὶ ἀπίθανα ῥήματα, ἃ πῶς ποθ' ὑμεῖς, ὦ σιδήρεοι, ἀκροώμενοι ἐκαρτερεῖτε ; » Hæc iste reprehendit : « Ἀμπελουργεῖν, ἀνατέμνειν τὰ κλήματα, ὑποτέμνειν νεῦρα, φορμορραφεῖν, ὥσπερ τὰς βελόνας διείρειν. »

illa verba an portenta sint (1) : ut Æschini ne Demosthenes quidem videatur attice dicere. Facile est enim verbum aliquod ardens (ut ita dicam) notare, idque restinctis jam animorum incendiis irridere. Itaque se purgans jocatur Demosthenes : negat in eo positas esse fortunas Græciæ, « hoc an illo verbo usus sit, huc an illuc manum porrexerit (2). »

Cic., *Orat.*, XVIII : — Est autem in dicendo etiam quidam cantus obscurior, non hic e Phrygia et Caria rhetorum epilogus, pæne canticum; sed ille, quem significat Demosthenes et Æschines, quum alter alteri objicit vocis flexiones. Dicit plura etiam Demosthenes, illumque sæpe dicit voce dulci et clara fuisse (3).

Cic., *Tuscul.*, III, cap. 26 : — Itaque et Æschines in Demosthenem invehitur, quod is septimo die post filiæ mortem hostias immolasset (4). At quam rhetorice! quam copiose! quas sententias colligit! quæ verba contorquet! ut licere quidvis rhetori intelligas.

Cic., *de Opt. gen. Orat.*, V, 14 : — Sed quum in eo magnus error esset, quale esset id dicendi genus; putavi mihi suscipiendum laborem, utilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias (5)... — *Ibidem*, VII. Sed ag-

(1) Apud eumdem hæc leguntur : « Ταῦτα δὲ τίνος ἐστιν, ὦ κίναδος, ῥήματα ἢ θαύματα; »

(2) Cod. corrupte : « in hoc in eum, huc an illuc. » — Varie suppleverunt. Nos J. V. Lecl. et Orell. secuti sumus, qui sic dedere ex S. Ambrosii comment. in Lucam, lib. II, cap. 2. — Græca verba sunt : « Πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο (οὐχ ὁρᾷς;) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ, ἢ δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ παρήνεγκα. » Quæ quidem verba, ut ait H. Stephanus, in Demosthenis oratione per parenthesin interjecta sunt.

(3) Variis in locis apud Demosth. animadvertenda sunt vocabula, quæ sequuntur : « Ὑπέρλαμπρον — Ἐπίδειξις φωνασκίας — Ὁ τόνος τῆς φωνῆς — Εὔφωνος — Σαφῶς καὶ ἀπνευστί. »

(4) Cf. Æschinis in orat. adv. Ctesiph.- « Ἑβδόμην δὲ ἡμέραν τῆς θυγατρὸς αὐτῷ τετελευτηκυίας, πρὶν πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, στεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβών, ἐβουθύτει. »

(5) *Non* illas convertit « *ut interpres*, sed *ut orator* ». Addit hæc Tullius (cap. 7) : « Quorum ego orationes si, ut spero, ita expressero, virtutibus utens illorum omnibus, id est, sententiis, et earum figuris, et rerum ordine, verba persequens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro (quæ si e Græcis omnia conversa non erunt, tamen ut generis ejusdem sint, elaboravimus) : erit regula, ad quam eorum dirigantur oratio-

grediamur jam, quod suscepimus, si prius exposuerimus quæ causa in judicium deducta sit. Quum esset lex Athenis « ne quis (1) populi scitum faceret (2), ut quisquam corona donaretur (3) in magistratu (4) prius, quam rationes retulisset (5); » et altera lex, « eos, qui a populo donarentur, in concione donari debere (6); qui a senatu, in senatu : » Demosthenes curator muris reficiendis (7) fuit; eosque refecit pecunia sua (8). De hoc igitur Ctesiphon scitum fecit, nullis ab ipso rationibus relatis, ut corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro, populo convocato (qui locus non est concionis legitimæ), atque ita prædicaretur, eum *donari virtutis ergo benivolentiæque, quam erga Populum Atheniensem haberet* (9). Hunc igitur Ctesiphontem in judicium adduxit Æschines, quod contra leges scripsisset, ut et rationibus non relatis corona donaretur, et ut in theatro, et quod de virtute ejus et benivolentia falsa scripsisset; quoniam Demosthenes nec vir bonus esset, nec bene meritus de civitate (10). Causa ipsa abhorret illa quidem a formula consuetudinis nostræ;

---

nes, qui attice volunt dicere. » — Quæ quidem interpretationes desiderantur, neque quidquam nisi quædam præfatio, quam hic paulo infra legimus, usque ad nos pervenit.

(1) Cf. Æchinis ac Demosthenis verba : « Νόμου ἀπαγορεύοντος, μηδένα... »

(2) Apud Æsch. et Demosth. « *Populi scitum facere* » = « Γράφειν ψήφισμα. »

(3) « Corona donari » : — « Στεφανοῦσθαι. »

(4) « In magistratu » — « Μεταξὺ ἄρχοντα. »

(5) « Priusquam rationes retulisset » — « Πρὶν λόγον, πρὶν εὐθύνας δοῦναι » vel « ὑπεύθυνον ὄντα. »

(6) Cf. hæc Græca : « Κελεύοντος τοῦ νόμου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ στεφανοῦν. »

(7) *Curator muris reficiendis*, « Ἐπιμελητὴς τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς », vel uno verbo « Τειχοποιός ».

(8) Cf. : « Προσαναλώσας εἰς τὰ ἔργα ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας τρία τάλαντα, ἐπέδωκε ταῦτα τῷ δήμῳ. »

(9) Cf. : « Κτησιφῶν ἔγραψε ψήφισμα, ὡς ἄρα δεῖ στεφανῶσαι Δημοσθένην χρυσῷ στεφανῷ, καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅτι στεφανοῖ ὁ δῆμος Δημοσθένην χρυσῷ στεφάνῳ, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας ἧς ἔχων διατελεῖ ἐν παντὶ καιρῷ εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων » vel, « στεφανῶσαι Δημοσθένην χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ. »

(10) Cf. : « Αἰσχίνης ἀπήνεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος, ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα ὡς ἄρα δεῖ ὑπεύθυνον στεφανῶσαι Δημοσθένην, καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ ὅτι στεφανοῖ ὁ δῆμος Δημοσθένην χρυσῷ στεφανῷ, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας ἧς ἔχων διατελεῖ εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἀνδραγαθίας, καὶ διότι διατελεῖ πράττων καὶ λέγων τὰ βέλτιστα τῷ δήμῳ, καὶ πρόθυμός ἐστι ποιεῖν ὅ,τι ἂν δύνηται ἀγαθόν· πάντα ταῦτα ψευδῆ γράψας καὶ παράνομα. » —

sed est magna. Habet enim et legum interpretationem satis acutam in utramque partem, et meritorum in rempublicam contentionem sane gravem. Itaque causa Æschini, quoniam ipse a Demosthene esset capitis accusatus, quod legationem ementitus esset (1), ut ulciscendi inimici causa, nomine Ctesiphontis, judicium fieret de factis famaque Demosthenis. Non enim tam multa dixit de rationibus non relatis, quam de eo quod civis improbus, ut optimus, laudatus esset.

Hanc multam Æschines a Ctesiphonte petiit quadriennio ante Philippi Macedonis mortem; sed judicium factum est aliquot annis post, Alexandro jam Asiam tenente : ad quod judicium concursus dicitur e tota Græcia factus esse. Quid enim aut tam visendum aut audiendum fuit, quam summorum oratorum, in gravissima causa, accurata et inimicitiis incensa contentio?

Cic., *Tuscul.*, V, cap. 9 : — Sed hoc isne dicit, qui, quum dolorem non modo maximum malum, sed solum malum etiam dixerit, toto corpore opprimi possit doloribus acerrimis, tum quum maxime contra fortunam glorietur? Quod idem melioribus etiam verbis Metrodorus : « Occupavi, inquit, te, Fortuna, atque cepi; omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses (2). »

Cic., *Tuscul.*, V, cap. 36 : « Veni Athenas, inquit Democritus (3), neque me quisquam ibi agnovit. » Constantem hominem et gravem! qui glorietur se a gloria abfuisse. — *Idem*, *Tuscul.*, V, cap. 36 : — Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro : « Universos, ait, Ephesios esse morte mulctandos, quod, quum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti

---

Latinis verbis « quoniam non esset bene meritus de civitate. » Cf. Græca : « Ὡς οὔτ' ἤρξατο λέγειν τὰ βέλτιστα, οὔτε νῦν διατελεῖ πράττων τὰ συμφέροντα τῷ δήμῳ, » vel, « οὐ τὰ βέλτιστα τῷ δήμῳ πεπολιτεῦσθαι. »

(1) Quum dicit Cicero « quod legationem ementitus esset, » eleganter id explicat quod uno verbo græce dicitur « Παραπρέσβεια. »

(2) Metrodori verba sunt : « Προκατείλημμαί σε, ὦ Τύχη, καὶ πᾶσαν τὴν σὴν ἀφήρημαι παρείσδυσιν. »

(3) Vid. Diogen. Laert., IX, 36 : « Ἦλθον γάρ, φησιν, ἐς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἔγνωκεν. »

grediamur jam, quod suscepimus, si prius exposuerimus quæ causa in judicium deducta sit. Quum esset lex Athenis « ne quis (1) populi scitum faceret (2), ut quisquam corona donaretur (3) in magistratu (4) prius, quam rationes retulisset (5); » et altera lex, « eos, qui a populo donarentur, in concione donari debere (6); qui a senatu, in senatu : » Demosthenes curator muris reficiendis (7) fuit; eosque refecit pecunia sua (8). De hoc igitur Ctesiphon scitum fecit, nullis ab ipso rationibus relatis, ut corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro, populo convocato (qui locus non est concionis legitimæ), atque ita prædicaretur, eum *donari virtutis ergo benivolentiæque, quam erga Populum Atheniensem haberet* (9). Hunc igitur Ctesiphontem in judicium adduxit Æschines, quod contra leges scripsisset, ut et rationibus non relatis corona donaretur, et ut in theatro, et quod de virtute ejus et benivolentia falsa scripsisset; quoniam Demosthenes nec vir bonus esset, nec bene meritus de civitate (10). Causa ipsa abhorret illa quidem a formula consuetudinis nostræ;

---

nes, qui attice volunt dicere. » — Quæ quidem interpretationes desiderantur, neque quidquam nisi quædam præfatio, quam hic paulo infra legimus, usque ad nos pervenit.

(1) Cf. Æchinis ac Demosthenis verba : « Νόμου ἀπαγορεύοντος, μηδένα... »

(2) Apud Æsch. et Demosth. « *Populi scitum facere* » = « Γράφειν ψήφισμα. »

(3) « Corona donari » : — « Στεφανοῦσθαι. »

(4) « In magistratu » — « Μεταξὺ ἄρχοντα. »

(5) « Priusquam rationes retulisset » — « Πρὶν λόγον, πρὶν εὐθύνας δοῦναι » vel « ὑπεύθυνον ὄντα. »

(6) Cf. hæc Græca : « Κελεύοντος τοῦ νόμου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ στεφανοῦν. »

(7) *Curator muris reficiendis*, « Ἐπιμελητὴς τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς », vel uno verbo « Τειχοποιός ».

(8) Cf. : « Προσαναλώσας εἰς τὰ ἔργα ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας τρία τάλαντα, ἐπέδωκε ταῦτα τῷ δήμῳ. »

(9) Cf. : « Κτησιφῶν ἔγραψε ψήφισμα, ὡς ἄρα δεῖ στεφανῶσαι Δημοσθένην χρυσῷ στεφανῷ, καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅτι στεφανοῖ ὁ δῆμος Δημοσθένην χρυσῷ στεφάνῳ, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας ἧς ἔχων διατελεῖ ἐν παντὶ καιρῷ εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων » vel, « στεφανῶσαι Δημοσθένην χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ. »

(10) Cf. : « Αἰσχίνης ἀπήνεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος, ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα ὡς ἄρα δεῖ ὑπεύθυνον στεφανῶσαι Δημοσθένην, καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ ὅτι στεφανοῖ ὁ δῆμος Δημοσθένην χρυσῷ στεφανῷ, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας ἧς ἔχων διατελεῖ εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἀνδραγαθίας, καὶ διότι διατελεῖ πράττων καὶ λέγων τὰ βέλτιστα τῷ δήμῳ, καὶ πρόθυμός ἐστι ποιεῖν ὅ,τι ἂν δύνηται ἀγαθόν · πάντα ταῦτα ψευδῆ γράψας καὶ παράνομα. » —

sed est magna. Habet enim et legum interpretationem satis acutam in utramque partem, et meritorum in rempublicam contentionem sane gravem. Itaque causa Æschini, quoniam ipse a Demosthene esset capitis accusatus, quod legationem ementitus esset (1), ut ulciscendi inimici causa, nomine Ctesiphontis, judicium fieret de factis famaque Demosthenis. Non enim tam multa dixit de rationibus non relatis, quam de eo quod civis improbus, ut optimus, laudatus esset.

Hanc multam Æschines a Ctesiphonte petiit quadriennio ante Philippi Macedonis mortem; sed judicium factum est aliquot annis post, Alexandro jam Asiam tenente : ad quod judicium concursus dicitur e tota Græcia factus esse. Quid enim aut tam visendum aut audiendum fuit, quam summorum oratorum, in gravissima causa, accurata et inimicitiis incensa contentio?

Cic., *Tuscul.*, V, cap. 9 : — Sed hoc isne dicit, qui, quum dolorem non modo maximum malum, sed solum malum etiam dixerit, toto corpore opprimi possit doloribus acerrimis, tum quum maxime contra fortunam glorietur? Quod idem melioribus etiam verbis Metrodorus : « Occupavi, inquit, te, Fortuna, atque cepi ; omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses (2). »

Cic., *Tuscul.*, V, cap. 36 : « Veni Athenas, inquit Democritus (3), neque me quisquam ibi agnovit. » Constantem hominem et gravem ! qui glorietur se a gloria abfuisse. — *Idem*, *Tuscul.*, V, cap. 36 : — Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro : « Universos, ait, Ephesios esse morte mulctandos, quod, quum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti

---

Latinis verbis « quoniam non esset bene meritus de civitate. » Cf. Græca : « Ὡς οὔτ' ἤρξατο λέγειν τὰ βέλτιστα, οὔτε νῦν διατελεῖ πράττων τὰ συμφέροντα τῷ δήμῳ, » vel, « οὐ τὰ βέλτιστα τῷ δήμῳ πεπολιτεῦσθαι. »

(1) Quum dicit Cicero « quod legationem ementitus esset, » eleganter id explicat quod uno verbo græce dicitur « Παραπρέσβεια. »

(2) Metrodori verba sunt : « Προκατείλημμαί σε, ὦ Τύχη, καὶ πᾶσαν τὴν σὴν ἀφήρημαι παρείσδυσιν. »

(3) Vid. Diogen. Laert., IX, 36 : « Ἦλθον γάρ, φησιν, ἐς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἔγνωκεν. »

sunt : « Nemo de nobis unus excellat; sin quis exstiterit, alio in loco, et apud alios sit (1). »

Cic., *Acad.*, I, cap. 12 : — ... Angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitæ, et (ut Democritus) in profundo veritatem esse demersam (2).

Cic., *de Nat. Deor.*, I, cap. 17 : Quod si ita est, vere exposita illa sententia est ab Epicuro : « quod æternum beatumque sit, id nec habere ipsum negotii quidquam, nec exhibere alteri. Itaque neque ira, neque gratia teneri, quod, quæ talia essent imbecilla essent omnia (3). »

Cic., *de Leg.*, III, cap. 2 : — Nec vero solum, ut obtemperent obediantque magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque, præscribimus, ut Charondas in suis facit legibus (4).

ADDENDA (cap. III).

Hic addenda esse censeo omnia fragmenta, quæ perlectis iterum libris de Natura Deorum (5) *et* de Republica (6), *e Platone aut ex aliis auctoribus Græcis conversa esse animadverti. Quæ quidem sequuntur in ordinem redacta.*

De Nat. Deor., I, 1. — « De qua tam variæ sunt doctissimorum hominum, tamque discrepantes sententiæ, ut magno argumento

---

(1) Heracliti verba apud Diog. Laert. sunt hæc : « Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν πᾶσιν, καὶ τοῖς ἀνήβοις τὴν πόλιν καταλιπεῖν, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἑωυτῶν ὀνηϊστὸν ἐξέβαλον, λέγοντες, « ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνηϊστὸν ἔστω, εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλοτε καὶ μετ' ἄλλων. » — H. Stephanus dicit apud se fuisse quamdam Heracliti Epistolam (quæ inter eas non est quas edidit Aldus) ad Hermodorum hunc scriptam : cujus est hoc principium : « Ἄχρι τίνος, Ἑρμόδωρε, κακοὶ ἔσονται ἄνθρωποι, καὶ οὐκέτι ἕκαστος ἰδίᾳ, ἀλλὰ κοινῇ πόλεις ὅλαι ; Ἐφέσιοί σε ἀνδρῶν ὄντα ἄριστον ἐλαύνουσιν. Ἀντὶ τίνος ; ἢ ὅτι, etc... »

(2) Cf. Democrit. : « Αἰτίῃ οὐδὲν ἴσμεν · ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια. »

(3) Vid. Epicuri verba apud Diog. Laert. X, 139 : « Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει, ὥστε οὔτε ὀργαῖς οὔτε χάρισι συνέχεται · ἐν ἀσθενεῖ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον. »

(4) Charondæ verba apud Stobæum hæc sunt : « Χρὴ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας εὔνοιαν διαφυλάττειν καθάπερ πατρικὴν, εὐπειθοῦντας καὶ σεβομένους. »

(5) Vid. M. T. Ciceronis *de Nat. Deor.* ex recens. J. A. Ernesti, annot. Frid. Creuzer, Lipsiæ, 1818.

(6) M. T. Cicer. *de Republ.*, ed. G. H. Moser, annot. Frid. Creuzer, Francofurti ad Mœnum, 1826.

esse debeat, causam, id est, principium philosophiæ, esse inscitiam, prudenterque Academicos a rebus incertis assensionem cohibuisse (1). »

Lib. I, 3. — « Nam qui admonent amice, docendi sunt : qui inimice insectantur, repellendi (2). »

Lib. I, 11. — « Crotoniates autem Alcmæo, qui Soli et Lunæ, reliquisque sideribus, animoque præterea divinitatem dedit, non sensit sese mortalibus rebus immortalitatem dare (3). »

Lib. I, 12. — « ... Nec vero Protagoras, qui sese negat omnino de Diis habere, quod liqueat, sint, non sint, qualesve sint... (4). »

Lib. I, 15. — « ... Tum ea quæ natura fluerent atque manarent... (5). »

Lib. I, 20. — ... « Ut tragici poetæ, quum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum (6). »

Lib. I, 28. — « Quod si fingere nobis et jungere formas velimus... (7). »

Lib. I, 35. — « Hoc est non considerare, sed quasi sortiri quid loquare (8). »

---

(1) Cf. Hæc Aristot. verba, Τῶν μετὰ φυσικά, lib. I, cap. 2 : Ὥστ' εἴπερ διὰ τὸ φεύγειν τὴν ἄγνοιαν ἐφιλοσόφησαν, φανερὸν ὅτι διὰ τὸ εἰδέναι, τὸ ἐπίστασθαι ἐδίωκον, καὶ οὐ χρήσεως τινὸς ἕνεκα. — ...Διὰ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν... — Ὁ δ' ἀπορῶν καὶ θαυμάζων οἴεται ἀγνοεῖν.

(2) Cf. Isocr., *Paneg.* : Χρὴ κατηγορεῖν μὲν ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας· νουθετεῖν δὲ τοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ τοιαῦτα πράττοντας.

(3) Cf. Aristot. *de Anima*, lib. I, cap. 2 : Ἀλκμαίων φησὶ ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι διὰ τὸ ἐοικέναι τοῖς ἀθανάτοις· ταῦτα δ' ὑπάρχειν αὐτῇ, ὡς ἀεὶ κινουμένῃ· κινεῖσθαι δὲ καὶ τὰ θεῖα ἅπαντα συνεχῶς ἀεὶ, Σελήνην, Ἥλιον, ἀστέρας, καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον.

(4) Quod ita retulit Laertius : Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, εἴθ' ὡς εἰσὶν, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσίν...

(5) Pari sane modo Heraclitus dixit ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην.

(6) Sumpsit hanc comparationem a Platone, cujus verba sunt ex Cratylo : Εἰ μὴ ἄρα δὴ, ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι, θεοὺς αἴροντες.

(7) Cf. Aristot., *Polit.*, lib. I : ...Ὥσπερ καὶ τὰ εἴδη ἑαυτοῖς ἀφομοιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ...

(8) Vid. Xenoph., *Cyrop.*, lib. I, juxta finem : Ἥ γε ἀνθρωπίνη σοφία οὐδὲν μᾶλλον οἶδε τὸ ἄριστον αἱρεῖσθαι ἢ εἰ κληρούμενος ὅ,τι λάχοι τοῦτό τις πράττοι.

Lib. I, 40. — « ... Omnia, quæ ad beatam vitam pertineant, ventre metiri (1). »

Lib. I, 41. — « Nec manibus, ut Xerxes, sed rationibus, Deorum immortalium templa et aras everterit (2). »

De Nat. Deor., lib. II, 4. — « Ne ægri quidem quia non omnes convalescunt, idcirco ars nulla medicina est (3). »

De Nat. Deor., lib. II, 8, et lib. III, 9. — « Hæc enim, quæ dilatantur a nobis, Zeno sic premebat : « Quod ratione utitur, id melius est, quam id quod ratione non utitur (4). »

Lib. II, 8. — « Nihil, inquit, quod animi, quodque rationis est expers, id generare ex se potest animantem compotemque rationis. Mundus autem generat animantes compotesque rationis. Animans est igitur mundus composque rationis (5). »

Lib. II, 22. — « Zeno igitur ita naturam definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem via (6). »

Lib. II, 39. — « Ac principio terra..., locata in media mundi sede (7). »

De Nat. Deor., lib. III, 11. — « At enim quærit apud Xenophontem Socrates, unde animum arripuerimus, si nullus fuerit in mundo (8). »

---

(1) Cf. ap. Demosth. : Τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν.

(2) Quum Græciam Xerxes invaderet, τὰ ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐπριέετο, ἐμπιπράς τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα, ut ait Themist. ap. Herodot. lib. VIII, cap. 10.

(3) Vid. Aristot., *Rhet.*, lib. I, cap. 1, § 20. — Οὐδὲ γὰρ ἰατρικῆς τὸ ὑγιῆ ποιῆσαι, ἀλλὰ μέχρις οὗ ἐνδέχεται, μέχρι τούτου προαγαγεῖν... Vid. et Ovid. Epist. ex Pont. I, eleg. III, 17.

Non est in medico semper relevetur ut æger;
Interdum docta plus valet arte malum.

(4) Ipsam Zenonis ratiocinationem sic effert Sextus Empiricus adv. mathem. p. 237. — Εἰ τὸ λογικὸν τοῦ μὴ λογικοῦ κρεῖττόν ἐστι, οὐδὲν δέ γε κόσμου κρεῖττόν ἐστι· λογικὸν ἄρα ὁ κόσμος. Καὶ ὡσαύτως ἐπὶ τοῦ νοεροῦ καὶ ἐμψυχίας μετέχοντος. Τὸ γὰρ νοερὸν τοῦ μὴ νοεροῦ, καὶ ἔμψυχον τοῦ μὴ ἐμψύχου κρεῖττόν ἐστιν. Οὐδὲν δέ γε κόσμου κρεῖττον. Νοερὸς ἄρα καὶ ἔμψυχός ἐστιν ὁ κόσμος.

(5) Hæc sunt Zenonis verba : Τὸ προϊέμενον σπέρμα λογικοῦ καὶ αὐτὸ λογικόν ἐστιν. Ὁ δὲ κόσμος προΐεται σπέρμα λογικοῦ. Λογικὸν ἄρα ἐστὶν ὁ κόσμος.

(6) Græce πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βάδιζον εἰς γένεσιν (vid Diog. Laert., lib. VII, § 156).

(7) Cf. Plat. Phædo. — Καὶ τῆς γῆς ἰσοῤῥοπίαν...

(8) Planum hoc facient Xenophont. verba in primo lib. Memorabil. — Νοῦν δὲ μόνον ἄρα οὐδαμοῦ ὄντα σε εὐτυχῶς πως δοκεῖς συναρπάσαι;

De Repub., lib. I, cap. 2. — « ... Tutiorem et opulentiorem vitam hominum (1) reddere. »

Lib. I, 9. — « Quid tu, inquit, tam mane, Tubero (2)?

Lib. I, 10. — « ... Ut oculis ea cernere videatur, aut *tractare* plane *manu.* »

Lib. I, 12. — « ... Ut Lælium *observaret* (3) in parentis loco Scipio. »

Lib. I, 17. — « Qui imperia consulatusque nostros in necessariis, non in expetendis rebus, muneris fungendi gratia subeundos, non præmiorum aut gloriæ causa appetendos putet... (4). »

Lib. I, 18. — « Istæ quidem artes, si modo aliquid, valent, ut paulum acuant et tanquam irritent ingenia puerorum, quo facilius possint majora discere (5). »

Lib. I, 29. — « ... Quos quum cognosse sapientis est, tum vero prospicere..., magni cujusdam civis et divini pæne est viri (6). »

Lib. I, 33. — « ... Ut hoc populorum intersit, utrum comi domino an aspero serviant; quin serviant, id quidem fieri non potest (7). »

Lib. I, 34. — « ... Si fortuito id faciet, tam cito evertetur, quam navis, si e vectoribus sorte ductus ad gubernacula accesserit (8). »

---

(1) « Vitam hominum » ex græco βίος ἀνθρώπων ductum, id. e. genus hominum.

(2) Est imitatio Platonica. Ita enim ille in princip. Dial. Criton. : Τί τηνικάδε ἀφῖξαι, ὦ Κρίτων ; ἢ οὐ πρωΐ ἔτι ἔστι ;

(3) Ita etiam græcum θεραπεύειν usurpatur. Vide modo Xenoph. Cyri discipl., VII, 5, 45. VIII, 2, 47. VIII, 3, 20. Exped. Cyr. II, 9, 20. Mem. Socr. II, 1, 12.

(4) Vid. et Cic., *de Off.*, II, 22. — Cf. Plat., *Civit.* : Οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἐθέλουσιν ἄρχειν οἱ ἀγαθοὶ οὔτε τιμῆς · οὐ γάρ εἰσι φιλότιμοι · δεῖ δὲ αὐτοῖς ἀνάγκην προσεῖναι καὶ ζημίαν, εἰ μέλλουσιν ἐθέλειν ἄρχειν.

(5) Cf. Isocr. Orat. de permutat., quæ paucis ante annis Mediol. primum integ. edita est (Frid. Creuzer). Sic autem ibi p. 557 : Οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ὑπειλήφασιν ἀδολεσχίαν καὶ μικρολογίαν εἶναι τὰ τοιαῦτα τῶν μαθημάτων.... ἐν τούτοις γυμνασθέντες καὶ παροξυνθέντες, ῥᾷον καὶ θᾶττον τὰ σπουδαιότερα καὶ πλέονος ἄξια τῶν πραγμάτων ἀποδέχεσθαι καὶ μανθάνειν δύνασθαι.

(6) Cf. Aristot., *Reip.*, V, 8 : Τὸ ἐν ἀρχῇ γινόμενον κακὸν γνῶναι, οὐ τοῦ τυχόντος, ἀλλὰ πολιτικοῦ ἀνδρός.

(7) Cf. Xenoph., *Reip. Ath.*, I, 8 : Ὁ δῆμος οὐ βούλεται εὐνομουμένης τῆς πόλεως αὐτὸς δουλεύειν, ἀλλ' ἐλεύθερος εἶναι καὶ ἄρχειν.

(8) Imit. Xenoph. Mem. Socr., I, 2, 9 : Ὡς μωρῶν εἴη τοὺς μὲν τῆς πόλεως ἄρ-

Lib. I, 34. — « ... Quum enim par habetur honos summis et infimis, qui sint in omni populo necesse est, ipsa æquitas iniquissima fit... (1). »

Lib. I, 36. — « Sive hæc ad utilitatem vitæ constituta sint a principibus rerum publicarum, ut rex putaretur unus esse in cœlo, qui nutu, ut ait Homerus, totum Olympum converteret (2); idemque et rex et pater (3) haberetur omnium; magna auctoritas est multique testes..., ita consensisse gentes, decretis videlicet principum, nihil esse rege melius, quoniam Deos omnes censent unius regi numine (4). »

Lib. I, 42. — « Accuratius mihi dicendum de commutationibus rerum publicarum, etsi minime faciles eas in ea Republica futuras puto. (5). »

Lib. I, 45. -- « Quod ita quum sit, ex tribus primis generibus longe præstat, mea sententia, regium (6).

De Republ., lib. II, 10. — « Nam centum et octo annis, postquam Lycurgus leges scribere instituit, prima posita est Olym-

---

χοντας ἀπὸ κυάμου καθίστασθαι, κυβερνήτῃ δὲ μηδένα θέλειν κεχρῆσθαι κυαμεύτῳ. Cf. *Ibid.*, I, 7, 3. II, 6, 38. — *Sortes ducere* plerumque dicitur : sed quod dicit *sorte ductus* id rarum est, videlicet de homine dictum, cujus sors exit. Neque alibi, opinor, Cicero ita locutus est ; sed h. l. voluit reddere Xenoph. κυβ. κυαμ.—Poetica locutio est. Virg., *Æn.*, II, 201. « Laocoon *ductus* Neptuni *sorte* sacerdos. » –Vid. Epist. ad Qu. frat. I, 1, 3. « Quæstorem habes, non tuo judicio delectum, sed *eum*, *quem sors dedit.* »

(1) Sic prorsus Isocr. in Nicocle. ed. Langii, p. 36 : Περὶ μὲν οὖν τῶν πολιτειῶν οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον μὲν εἶναι τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηρούς.

(2) Vid. Hom., *Iliad.*, I, 530 : .....μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

(3) Hor., *Sat.*, II, 1, 42. « O *pater et rex* Jupiter... » — Hinc Jupiter omnibus communis πάνδημος appellatus, quod nummi veteres arguunt (Creuzer). — Vid. Lexicon v. ἄναξ.

(4) Cf. Isocr., *Nic.*, p. 40 : Εἰ δὲ δεῖ τι καὶ τῶν ἀρχαίων εἰπεῖν, λέγεται καὶ τοὺς θεοὺς ὑπὸ Διὸς βασιλεύεσθαι · περὶ ὧν εἰ μὲν ὁ λόγος ἀληθής ἐστι, δῆλον ὅτι κἀκεῖνοι ταύτην τὴν κατάστασιν προκρίνουσιν · εἰ δὲ τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς οἶδεν, αὐτοὶ δὲ εἰκάζοντες οὕτω περὶ αὐτῶν ὑπειλήφαμεν, σημεῖον, ὅτι πάντες τὴν μοναρχίαν προτιμῶμεν.

(5) Cf. Plat., *Civ.*, VIII : Χαλεπὸν μὲν κινηθῆναι πόλιν οὕτω ξυστᾶσαν.

(6) Cf. Plat., *in Polit.* : Μοναρχία ζευχθεῖσα μὲν ἐν γράμμασιν ἀγαθοῖς, οὓς νόμους λέγομεν, ἀρίστη πασῶν.

Cf. etiam Hom. notissimum illud : Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

pias : quam quidem nominis errore ab eodem Lycurgo constitutam putant (1). »

Lib. II, 15. — « Ea sunt enim demum non ferenda in mendacio, quæ non solum facta esse, sed ne fieri quidem potuisse cernimus (2).

Lib. II, 35. — « ... Voluptatibus erant inferiores (3). »

Lib. II, 39. — « ... *Nullum*que ex cis *unum* est optimum (4). »

Lib. II, 41. — « ... Quæ sanguine alitur, quæ in omni crudelitate sic exsultat, ut vix hominum acerbis funeribus satietur (5). » (Non. IV, 178, s. v. *exsultare.*)

Lib. II, 43. — « Ac deinde quum aliquanto latius et uberius disseruisset (Scipio), quantum prodesset justitia civitati, quantumque obesset, si abfuisset (6). »

De Rep., lib. III, 5. — « ... Nos, quum justitiam quæramus, rem multo omni auro cariorem, nullam profecto molestiam fugere debemus (7). »

Lib. III, 11. — « Quæro autem, si justi hominis, et si boni est viri parere legibus, quibus? an, quæcumque erunt (8)? »

Lib. III, 12. — « Justitia autem præcipit parcere omnibus, consulere generi hominum, suum cuique reddere, sacra, publica, alienanon tangere (9). »

---

(1) Locutionem *posita est Olympias* græco de fonte derivat τεθῆναι ἀγῶνα vel Ὀλυμπιάδα, uti est ap. Euseb. *Chron.* I, 32 ed. Mediol. — Item quod paulo post ait *constitutam Olympiadem* manat de græco Ὀλυμπιὰς ἐτάχθη (Euseb., *Ibid.*). F. Creuzer.

(2) Cf. Polyb. VI, 59, 2. Τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν τῷ ψεύδει μόνον οὐδ' ἀπολογίαν ἐνδέχεται τοῖς ἁμαρτάνουσιν.

(3) Noli cogitare de usu Platonico ἥττονες ἦσαν τῶν ἡδονῶν.

(4) Vid. et. *Brut.*, 59. Cf. Herod., I, 32. Ἀνθρώπου σῶμα ἓν οὐδὲν αὔταρκές ἐστι.

(5) Fortassis h. l. Cicero expresserat illud, quod ap. Plat. est *de Leg.* VI : Ἄνθρωπος δὲ, ὥς φαμεν, ἥμερον, ὁμῶς μὴν παιδείας μὲν ὀρθῆς τυχὸν καὶ φύσεως εὐτυχοῦς θειότατον ἡμερώτατόν τε ζῶον γίγνεσθαι· φιλεῖ, μὴ ἱκανῶς ἢ μὴ καλῶς τραφὲν ἀγριώτατον ὁπόσα φύει γῆ.

(6) Hæc sunt a Plat., *Ep.* VII : Οὐκ ἄν ποτε γένοιτο εὐδαίμων οὔτε πόλις οὔτε ἀνὴρ οὐδεὶς, ὃς ἂν μὴ μετὰ φρονήσεως ὑπὸ δικαιοσύνῃ διαγάγῃ τὸν βίον.

(7) Cf. Plat., *Civit.*, I : Εἰ μὲν χρυσίον ἐζητοῦμεν... δικαιοσύνην δὲ ζητοῦντας, πρᾶγμα πολλῶν χρυσίων τιμιώτερον.

(8) Imitatur Cic. Plat., *Civ.*, I : Νόμους τοὺς μὲν ὀρθῶς τιθέασι, τοὺς δέ τινας οὐκ ὀρθῶς; ἃ δ' ἂν θῶνται; ποιητέον τοῖς ἀρχομένοις;

(9) Fortasse legendum *sacra*, *publica*, *privata*, *profana*, non tangere. Cf. Plat.

Lib. III, 14. — « ... Sunt enim omnes, qui in populum vitæ necisque potestatem habent, tyranni (1). »

Lib. III, 15. — « Carneadis summa disputationis hæc fuit : Jura sibi homines pro utilitate sanxisse (2). »

Ibid. — « ... Proinde aut nullam esse justitiam ; aut, si sit aliqua, summam esse stultitiam, quoniam sibi noceret alienis commodis consulens (3). »

Lib. III, 16. « ... Quum de viro bono quæritur, quem *apertum* et *simplicem* (4) volumus esse. »

Lib. III, 17. — « ... Bonus ille vir vexetur, rapiatur, manus ei denique auferantur, effodiantur oculi, damnetur, vinciatur, uratur, exterminetur, egeat, postremo jure etiam optimo omnibus miserrimus esse videatur (5). »

Lib. III, 34. — « ... Sed tamen vel regnum malo, quam liberum populum; id enim tibi restat genus vitiosissimæ Rei publicæ tertium (6). »

De Rep., lib. III, 36. — « Phœnices primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum exportaverunt in Græciam (7). » (Non. s. v. *merx.*)

Lib. III, 37. — « ... Falsumque esse, quod a quibusdam non

Civit., I : Ἢ οὐ κατὰ σμικρὸν τἀλλότρια καὶ λάθρα καὶ βίᾳ ἀφαιρεῖται καὶ ἱερὰ καὶ ὅσια καὶ ἴδια καὶ δημόσια, ἀλλὰ συλλήβδην.... vid. Plaut. *Trinumm.* II, 3, 10 sqq. « Turbant, miscent mores, malus, rapax, avarus, invidus ; *sacrum, profanum, publicum, privatum* habent. »

(1) Ita quid. ap. Plat., *Civ.*, II : Ὁ πρῶτος εἰς δύναμιν ἐλθών, πρῶτος ἀδικεῖ.

(2) Cf. Plat., *Civ.*, I : Τίθεται δέ γε τοὺς νόμους ἑκάστη ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ αὑτῇ ξύμφερον.

(3) Cf. Plat., *Civ.*, I ; ubi Thrasymachus sophista Socrati interroganti ἢ τὴν δικαιοσύνην κακίαν ; reponit : οὔχ, ἀλλὰ πάνυ γενναίαν εὐήθειαν. — Cf. etiam Thucyd. III, 82 : Ῥᾷον δ' οἱ πολλοί, κακοῦργοι ὄντες, δέξιοι κέκληνται, ἢ ἀμαθεῖς ἀγαθοί.

(4) Ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον, ut loquitur Plato, *Civit.*, II.

(5) Cf. Plat., *Civit.*, II : Μαστιγώσεται, στρεβλώσεται, δήσεται, ἐκκαυθήσεται τὼ ὀφθαλμώ· τελευτῶν, πάντα κακὰ παθὼν ἀνασχινδυλευθήσεται...

(6) Liberius Populi dominium græce dicitur : Ὀχλοκρατία, vid. Polyb. VI, 7, 57 : Τῶν μὲν ὀνομάτων τὸ κάλλιστον ἡ πολιτεία μεταλήψεται, τὴν ἐλευθερίαν καὶ δημοκρατίαν· τῶν δὲ πραγμάτων τὸ χείριστον, τὴν ὀχλοκρατίαν.

(7) Verba Platonis sunt hæc : Ἢ τὸ φιλοχρήματον ὃ περί τούς τε Φοίνικας εἶναι καὶ τοὺς κατ' Αἴγυπτον φαίη τις ἂν οὐχ ἥκιστα.

recte sentientibus dici solet, id esse jus, quod ei, qui plus potest, utile est (1). » (Augustinus, *C. D.*, XIX, 21.)

De Rep., lib. IV, 3. — « Considerate nunc cetera, quam sint provisa sapienter ad illam civium *beate et honeste* (2) vivendi societatem : ea est enim prima causa coeundi. »

Lib. IV, 6. — « Nec vero mulieribus præfectus (3) præponatur qui apud Græcos creari solet; sed sit censor, viros doceat moderari uxoribus. » (Non. *de num. et cas.*)

CAPUT IV.

CARMINA HOMERI ET ALIORUM QUORUMDAM POETARUM, QUORUM SENSUM CICERO EXPRESSIT ORATIONE SOLUTA.

Cic., *Tuscul.*, IV, cap. 22 : — Ac sine hac gladiatoria iracundia videmus progredientem apud Homerum Ajacem multa cum hilaritate, quum depugnaturus esset cum Hectore : cujus, ut arma sumpsit, ingressio lætitiam attulit sociis, terrorem autem hostibus : ut ipsum Hectorem, quemadmodum est apud Homerum, toto pectore trementem provocasse ad pugnam pœniteret (4).

---

(1) Sic apud Plat., *Civit.*, I, definitur a quodam Justitia τὸ τοῦ κρείττονος ξύμφερον.

(2) Vid. Aristot. *Remp.* III, 9 : Τέλος μὲν οὖν πόλεως τὸ εὖ ζῆν... τοῦτο δ' ἔστι, τὸ ζῆν εὐδαιμόνως καὶ καλῶς.

(3) Improbat autem magistratum, qui erat apud Græcos γυναικονόμος (Aristot. *Reip.* V, 15).

(4) Cf. Homer. *Iliad.* VII, 211 et sqq. :

Τοῖος ἄρ' Αἴας ὦρτο πελώριος, ἕρκος Ἀχαιῶν,
μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι· νέρθε δὲ ποσσὶν
ἤιε μακρὰ βιβὰς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος.
Τὸν δὲ καὶ Ἀργεῖοι μέγ' ἐγήθεον εἰσορόωντες·
Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον,
Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν·
ἀλλ' οὔπως ἔτι εἶχεν ὑποτρέσαι, οὐδ' ἀναδῦναι
ἂψ λαῶν ἐς ὅμιλον, ἐπεὶ προκαλέσσατο χάρμῃ.

Cic., *de Senect.*, cap. 3 : — ... Pares autem cum paribus, vetere proverbio, facillime congregantur (1).

Cic., *de Senect.*, cap. 10 : — Videtisne ut apud Homerum sæpissime Nestor de virtutibus suis prædicet? Tertiam enim jam ætatem hominum vivebat (2) ; nec erat ei verendum, ne vera de se prædicans, nimis videretur aut insolens aut loquax. Etenim (ut ait Homerus) ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio (3) ; quam ad suavitatem nullis egebat corporis viribus : et tamen dux ille Græciæ nusquam optat, ut Ajacis similes habeat decem, at ut Nestoris ; quod si acciderit, non dubitat quin brevi Troja sit peritura (4).

Cic., *Tuscul.*, I, cap. 26 : — ... Nec Homerum audio, qui Ganymedem a Diis raptum ait propter formam, ut Jovi bibere ministraret (5).

Cic., *de Divin.*, I, cap. 40 : — Quorum de altero (6) etiam apud inferos Homerus ait, « solum sapere, cæteros umbrarum vagari modo (7). »

---

(1) Cf. hoc carmen Odysseæ (VII, 218) :

« Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. »

Vetus illud proverbium jam superius apud Platonem legimus. Quin ad idem alludat Aristænetus (*Epist.* I, 10), quis dubitat? Quippe qui hæc scripserit :

« Ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὁμοῖον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον ἀεὶ προσπελάζει. »

(2) Cf. *Iliad.*, I, 250 et sqq..... « μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν » quos quidem versus jam protuli.

(3) Cf. *Iliad.*, I, 249 : « Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. »

(4) Cf. ea quæ dicit Agamemnon (*Iliad.*, II, 271 et sqq.).

« Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν·
τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος,
χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε. »

(5) Homer. *Iliad.* XX, 232 et sqq. :

. . . . « Καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης
ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων·
τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν,
κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη. »

(6) Paulo superius nominantur Amphiaraus et Tiresias.

(7) Cf. Homer. *Odyss.* X, 494 et 495 :

« Τῷ γὰρ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
οἴῳ πεπνύσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ αἴσσουσιν. »

Cic., *de Leg.*, I, cap. 1 : — ... Aut quod Homericus Ulysses Deli se proceram et teneram palmam vidisse (1) dixit, hodie monstrant eamdem.

Cic., *de Orat.*, III, cap. 15 : ... Ut ille apud Homerum Phœnix, qui se a Peleo patre Achilli juveni comitem esse datum dicit ad bellum, ut illum efficeret « oratorem verborum actoremque rerum (2). »

Cic., *Epist. ad Atticum*, IX, 6 : — Ante sollicitus eram et angebar, sicut res scilicet ipsa cogebat, quum consilio explicare nihil possem; nunc autem, postquam Pompeius et consules ex Italia exierunt, non angor, sed ardeo dolore;

Οὐδέ μοι ἦτορ
ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι · (3)

Non sum, inquam, mihi crede, mentis compos; tantum mihi dedecoris admisisse videor.

Cic., *de Senect.*, cap. 4 : — Augurque (4) quum esset, dicere ausus est optimis auspiciis ea geri quæ pro reipublicæ salute fierent.

« Sunt autem, ait H. Stephanus (5), alii aliquot loci Homerici qui ab illo proferuntur, a me consulto prætermissi, quod apud eum Homericorum verborum interpretationem non agnoscam, ut quum ait, *Tuscul.*, V : « At vero Polyphemum Homerus quum immanem

---

(1) Cf. Homer. *Odyss.* VI, 163 :

« Δήλῳ δή ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ
φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα. »

(2) Cf. Homer. *Iliad.* IX, 438 et sqq. :

...Σοὶ δέ μ' ἔπεμπε γέρων ἱππηλάτα Πηλεὺς
ἤματι τῷ, ὅτε σ' ἐκ Φθίης Ἀγαμέμνονι πέμπεν
νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοιΐου πολέμοιο,
οὐδ' ἀγορέων, ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσιν.
Τοὔνεκά με προέηκε, διδασκέμεναι τάδε πάντα,
μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

(3) Homer. *Iliad.* X, 93.

(4) Cato major de Q. Maximo loquitur. Cf. hunc versum Homericum :

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

(5) Ciceron. *Lexicon græco-lat.*, p. 145.

ferumque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit, ejusque laudare fortunas, quod, qua vellet, ingredi posset, et, quæ vellet, attingere. » — Sequitur longa disputatio, ex qua efficitur ut in illo citando Homeri loco « μνημονικοῦ ἁμαρτήματος » convictus teneatur Cicero.

Superioribus locis hæc adjicienda esse puto :

Cic., *de Divin.*, I, cap. 33 : — ... Ut apud Homerum Calchas, qui ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est (1).

Cic., *de Divin.*, II, cap. 39 : — At Homericus Ajax apud Achillem querens de ferocitate Trojanorum, nescio quid, hoc modo nuntiat :

Prospera Jupiter his dextris fulgoribus edit (2).

Cic., *de Repub.*, V, cap. 8 : — Ut Menelao Laconi quædam fuit suaviloquens jucunditas... Seneca ap. Aul. Gell., XII, 2 (3).

Cic., *Brutus*, cap. 4 : — ... Quanquam illud Hesiodium laudatur a doctis, quod *eadem mensura* reddere jubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore si possis.

Idem de Off., I, cap. 15 : — ... Quod si ea, quæ utenda acceperis, *majore mensura*, si modo possis, jubet reddere Hesiodus... (4).

Cic., *Tuscul.*, I, cap. 8 : — Sed quæ tandem est Epicharmi ista sententia ?

Emori nolo : sed me esse mortuum nihil æstimo (5).

---

(1) Cf. *Iliad.* II, 299 et sqq. versus, quos jam supra protuli.

(2) Cf. *Iliad.* IX, 236 :

Ζεὺς δέ σφιν Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων
ἀστράπτει....

Iterum labitur memoria Cicero : Ulysses enim loquitur.

(3) Cf. Ἦ τοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευε,
παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως· ἐπεὶ οὐ πολύμυθος,
οὐδ' ἀφαμαρτοεπής. (Hom. *Iliad.* III, 213.)

(4) Cf. *Hesiodi*, « Ἔργα καὶ ἡμέραι, » v. 349 :

. . . . εὖ δ' ἀποδοῦναι
αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴ κε δύνηαι.

(5) Epicharmi græcum hunc versum sunt qui Ciceronem expressisse putent :

Ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι οὔ μοι διαφέρει.

« Quem versum mendo carere adduci non possum ut credam. Consului tamen Sexti

Cic., *de Nat. Deor.*, I, 27. — « An putas ullam esse terra marique belluam, quæ non sui generis bellua maxime delectetur (1). »

Cic., *Tuscul.*, I, cap. 26 :. — Ergo *animus*, qui, ut ego dico, divinus est, ut Euripides audet dicere, *Deus* (2).

Cic., *Tuscul.*, III, cap. 28 : — ... Nec siletur illud potentissimi regis anapæstum, qui laudat senem, et fortunatum esse dicit, quod *inglorius* sit atque *ignobilis* ad supremum diem perventurus (3).

Cic., *Acad.*, II. cap. 24 : — Quid? apud Euripidem Hercules, quum, ut Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis, quum uxorem interimebat, quum conabatur etiam patrem, non perinde movebatur falsis, ut veris moveretur (4)?

Cic., *de Orat.*, III, cap. 35 : — ... Versumque quemdam Philoctetæ paullo secus dixit. Ille enim « turpe sibi ait esse tacere, quum barbaros ; » hic autem, « quum Isocratem pateretur dicere (5). »

Empirici (qui hunc versum citat) cum alia quædam exemplaria, tum vero Florentinum ac Venetum : in quibus eodem prorsus modo hoc carmen scriptum reperi. » (H. Steph., *Lex. Cic.*, p. 147.)

(1) Hanc in rem sic Epicharmus apud Diogen. Laert. lib. III, § 6 :

Θαυμαστὸν οὐδέν ἐστί με ταῦθ' οὕτω λέγειν
καὶ ἁνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς καὶ δοκεῖν
καλῶς πεφυκέναι.....

(2) Cf. carmen Euripidis quod protulit Bouhierus :

« Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ Θεός. »

(3) Cf. Eurip. *Iphig. in Aulide*, v. 15 et sqq. :

ζηλῶ σε, γέρον,
Ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον
βίον ἐξεπέρασ' ἀγνώς, ἀκλεής·
τοὺς δ' ἐν τιμαῖς ἧσσον ζηλῶ.

(4) Vid. *Hercul. furens*, v. 966 et sqq. Inter quos græca hæc verba animadverti :

...Φαρέτραν τ' εὐπρεπῆ σκευάζεται
καὶ τόξ' ἑαυτοῦ παισὶ, τοὺς Εὐρυσθέως
δοκῶν φονεύειν.

(5) Cf. versum ex Sophoc. Philocteta :

« Αἰσχρὸν σιωπᾷν, βαρβάρους δ' ἐᾷν λέγειν. »

Aristoteles autem dicebat. « Ἰσοκράτην δ' ἐᾷν λέγειν. »

Cic., *de Divin.*, II, cap. 5 : — Est quidam græcus vulgaris in hanc sententiam versus :

Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum (1).

Cic., *de Senect.*, cap. 8 : — ... Quid, quod etiam addiscunt aliquid? ut Solonem versibus gloriantem videmus, qui se quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit...

Ibidem, cap. 14 : — ... Ut honestum illud Solonis sit, quod ait versiculo quodam, ut ante dixi, senescere se, multa in dies addiscentem (2).

Cic., *de Off.*, II, cap. 22 : — Itaque quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, nisi avaritia perituram, id videtur non solum Lacedæmoniis, sed et omnibus populis prædixisse (3).

Cic., *Orat.*, cap. 9 : — Qui (4) si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane poeta fulgere, tonare, permiscere Græciam dictus esset (5).

Cic., *Tuscul.*, I, cap. 18 : — Sed hic (6) quidem, quamvis eruditus sit, sicut est, hæc magistro concedat Aristoteli; canere ipse doceat. Bene enim illo proverbio Græcorum præcipitur,

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat (7).

Cic., *de Fin.*, III, cap. 19 : — Quoniamque illa vox inhumana et scelerata dicitur, eorum, qui negant se recusare, quominus ipsis mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur; quod vulgari quodam versu Græco pronuntiari solet (8).

---

(1) Cf. : « Μάντις γ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς. » EURIPID.

Nota. Multo superius proferendi erant tres illi versus, quos hic legimus. Quod interdum opere in longo erraverim, venia mihi concedatur. V. C.

(2) Cf. illud Solonis : « Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. »

(3) Versus græcus est : « Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν. »

(4) Pericles.

5) Vid. Aristoph. (*Acharn.* 550) : "Ηστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. »

(6) Aristoxenus.

(7) Vid. Aristoph. (*Vesp.*) : « Ἕρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. »

(8) Græcus versus hic est :

« Ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί. »
Post mortuum me, flamma terras misceat.

Quum critici mores duodecim Cæsarum quibusdam sententiis exprimere voluerunt,

Cic., *Tuscul.*, V, cap. 17 : — Et est in aliqua vita prædicabile aliquid, aut gloriandum, aut præ se ferendum : ut Epaminondas,

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum (1).

Cic., *de Divin.*, II, cap. 56 : — Nam quum sors illa edita est opulentissimo regi Asiæ,

CrœsusHalyn penetrans magnam pervertet opum vim (2) :

hostium vim sese perversurum putavit, pervertit autem suam.

Cic., *de Nat. Deor.*, III, 54 : — « ... Neque enim convenire barbatum esse filium, quum in omnibus fanis pater (Apollo) imberbis esset (3). »

---

versus iste datus est Caligulæ : quippe qui eum in ore semper haberet. Quin etiam Nero (Suet., *in Ner.*, c. 38) : « Ἐμοῦ δὲ ζῶντος » inquit, et Urbem incendi jussit. (J. V. L.)

(1) Cicero hic primum duntaxat versum interpretatur « Ἐπιγράμματος τετραστίχου, » quod a Pausania tale ponitur in Bœoticis :

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν·
Μεσσήνη δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ δέχεται.
Θήβη δ' ὅπλοισιν μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
Αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ.

(2) Græce ita scriptus est hic versus :

« Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει. »

Quem profecto debuissem, sicut et alios, inter superiores versus græcos, de quibus Cicero versus latinos fecit, reponere, uti hunc qui in Divinatione legitur (lib. I, cap. 37).

Ego providebo rem istam, et albæ virgines.

Cf. Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα, καὶ λευκαῖς κόραις.

(Fulvius Ursinus notavit versum illum apud Tzetzen, *Chiliad.* XI). (J. V. L.)

(3) Notum est græcum carmen :

. . . . Οὔ ποτε Φοίβου
θηλείαις οὐδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς.

Hic leguntur quædam proverbia (1).

Cic., *de Off.*, I, cap. 16 : — E quibus ipsis cetera sic observentur, ut in Græcorum proverbio est : « Amicorum esse omnia communia (2).»

Cic., *Tuscul.*, I, cap. 22 : — Quum igitur « *Nosce te*,(3) » dicit (4), hoc dicit « nosce animum tuum. »

Cic., *Philipp.*, XII, cap. 2 : — Cujusvis hominis est errare; nullius, nisi insipientis, in errore perseverare. Posteriores enim cogitationes (ut aiunt) sapientiores esse solent (5).

Cic., *Tuscul.*, V, cap. 41 : — Mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinetur : « *Aut bibat*, inquit, *aut abeat* (6.) »

Cic., *de Nat. Deorum*, III, cap. 5 : — Nam de Sagra, Græcorum etiam est vulgare proverbium : qui, quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam illa quæ apud Sagram (7).

Cic., *ad Quint. fr. Epist.*, lib. II, 15 : — Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris (sed mehercule currentem nunc quidem) ut omnia mea studia in istum unum conferam. — *Idem*, lib. VI, *Epist. ad Atticum*, 7 : — Quintus filius pie sane (me certe multum hortante, sed currentem (8) animum patris sui sorori tuæ reconciliavit.

Idem verbum « currentem » in Epistolis haud semel reperias. — Exstant præterea alii interpretati versus apud Ciceronem, non tamen a Cicerone. Igitur sciens prætermisi.

---

(1) Hic illa proposui, quamvis nullo modo ad superiores locos pertineant, ne novum e paucis constaret caput.

(2) Græce : « Πάντα τὰ τῶν φίλων κοινά. »

(3) Græca verba sunt : « Γνῶθι σεαυτόν. »

(4) Præceptum Apollinis.

(5) Cf. hoc proverbium : « Δευτέραι φροντίδες σοφωτέραι. »

(6) Græce sic : « Ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι. »

(7) Cf. hæc græca : « Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. »

(8) Græce dicitur : « Σπεύδοντα ὀτρύνειν. »

CAPUT V.

VOCUM GRÆCARUM INTERPRETATIONES QUÆ PASSIM LEGUNTUR APUD CICERONEM.

EX VOLUMINE RHETORICORUM.

Ad Herennium, lib. I, cap. 4 : — Exordiorum duo sunt genera : *Principium*, quod Græce « Προοίμιον » appellatur; et *insinuatio*, quæ « Ἔφοδος » nominatur.

Lib. I, cap. 16 : — ... Judicii quæstio nascatur oportet; quam nos *judicationem*, Græci « Κρινόμενον » appellant.

Lib. II, cap. 2 : — Et item quales *argumentationes*, (quas Græci « ἐπιχειρήματα » appellant), sequi, et quales vitari oporteret...

Lib. II, cap. 30 : — *Conclusiones*, quæ apud Græcos « Ἐπίλογοι » nominantur, tripertitæ sunt...

De Inventione, lib. II, cap. 23 : — « Accusantur apud Ἀμφικτύονας, id est, apud *commune Græciæ concilium*.

Topica, cap. 2 : — *Judicandi* enim *vias* [Stoici] diligenter persecuti sunt, ea scientia, quam « Διαλεκτικὴν » appellant. *Inveniendi* vero *artem*, quæ Τοπικὴ dicitur, quæque ad usum potior erat, et ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt.

Cap. 3 : — Ejusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab uno varie commutantur, ut, « *sapiens*, *sapienter*, *sapientia*. » Hæc verborum *conjugatio* Συζυγία (1) dicitur.

Cap. 4 : — Itaque Græci tales argumentationes ἀτέχνους vocant, id est, *artis expertes*.

Cap. 7 : In divisione *formæ* sunt, quas Græci Ἰδέας (2) appellant; nostri, si qui hæc forte tractant, *species* appellant...

Ibidem : — *Notionem* appello, quam Græci tum Ἔννοιαν, tum Πρό-

---

(1) Legendum esset « Συστοιχία » quo utitur Aristoteles. Scribebat enim memoria tantum adjutus Cicero (J. V. L.).

(2) Fortasse scripsit Cicero, scribere certe debuit « εἴδη » Schütz (J. V. L.).

ληψιν dicunt. Ea est insita et ante percepta cujusque formæ cognitio, enodationis indigens.

Cap. 8 : — At quum *de ornamentis verborum sententiarumque* præcipitur, quæ vocantur « Σχήματα, » non fit idem.

Ibidem : — Multa etiam ex *notatione* sumuntur. Ea est autem, quum ex vi nominis argumentum elicitur : quam Græci Ἐτυμολογίαν vocant, id est, verbum ex verbo, *veriloquium :* nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc *notationem* appellamus, quia sunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Aristoteles « Σύμβολον » appellat, quod latine est *nota.*

Cap. 9 : — Cujus primus est locus ex *conjugatione,* quam Græci Συζυγίαν vocant, finitimus notationi, de qua modo dictum est.

Cap. 10 : — Hæc ex pluribus perveniens quo vult appellatur *Inductio :* quæ Græce Ἐπαγωγὴ nominatur : qua plurimum est usus in sermonibus Socrates.

Cap. 11 : — Sunt enim alia contraria, quæ *privantia* licet appellemus latine, Græci appellant Στερητικά. Præpositio enim *in* privat verbum ea vi, quam haberet, si *in* præpositum non fuisset, ut « *dignitas, indignitas ; humanitas, inhumanitas,* etc...

Topica, cap. 11 : — Sunt etiam alia valde contraria, quæ appellantur *negantia ;* ea Ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus (1) : ut, « si hoc est, illud non est. »

Cap. 13 : — Ex hoc *illa Rhetorum* sunt *ex contrariis conclusa,* quæ ipsi Ἐνθυμήματα appellant : non quod non omnis sententia proprio nomine Ἐνθύμημα dicatur; sed, ut Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen efficit apud Græcos suum; sic, quum omnis sententia Ἐνθύμημα dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrariis conficiatur, acutissima, sola proprie nomen commune possidet.

Cap. 21 : — Quæstionum duo sunt genera : alterum definitum. Definitum est, quod Ὑπόθεσιν Græci, nos *causam ;* infinitum, quod Θέσιν illi appellant, nos *propositum* possumus nominare.

Cap. 22 : — Additur etiam *descriptio*, quam Græci Χαρακτῆρα vocant.

Cap. 25 : — Refutatio autem accusationis, in qua est depulsio

(1) Spuria hæc duo verba, Wetzelio judice (J. V. L.).

criminis, quæ Græce Στάσις dicitur, latine appellatur *status :* in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.

Ibidem : — Sed quæ *ex statu contentio* efficitur, eam Græci Κρινόμενον vocant : mihi placet id (quoniam quidem ad te scribo), *qua de re agitur*, vocari.

De Oratore, I, cap. 3 : — Neque enim te fugit artium omnium laudatarum procreatricem quamdam, et quasi parentem eam, quam Φιλοσοφίαν Græci vocant ab hominibus doctissimis judicari...

Cap. 45 : — Itaque non, ut apud Græcos infimi homines, mercedula adducti, ministros se præbent in judiciis oratoribus, ii, qui apud illos Πραγματικοὶ vocantur, sic in nostra civitate...

Lib. II, cap. 38 : — Ex tribus istis clarissimis philosophis, quos Romam venisse dixisti, videsne Diogenem fuisse, qui diceret, *artem* se tradere *bene disserendi*, et vera ac falsa dijudicandi, quam verbo Græco : « Διαλεκτικὴν » appellaret?

Lib. II, cap. 63 : — Alterum genus est, quod habet *parvam verbi immutationem*, quod in littera positum Græci vocant « Παρονομασίαν », ut *Nobiliorem*, « *mobiliorem* » Cato...

Lib. II, cap. 67 : — Urbana etiam *dissimulatio* est, quum alia dicuntur ac sentias... In hoc genere Fannius in Annalibus suis Africanum hunc Æmilianum dicit fuisse, et eum græco verbo appellat « Εἴρωνα : » sed, uti ferunt qui melius hæc norunt, Socratem opinor in hac « Εἰρωνείᾳ » *dissimulantia*que longe lepore et humanitate omnibus præstitisse.

Lib. III, cap. 28 : — Dicunt igitur nunc quidem illi, qui ex particula parva urbis ac loci nomen habent, et Peripatetici philosophi aut Academici nominantur, olim autem, propter eximiam rerum maximarum scientiam, a Græcis « Πολιτικοὶ φιλόσοφοι » appellati, universarum rerum publicarum nomine vocabantur...

Lib. III, cap. 48 : — Quæ (membra) si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi *verborum ambitus* [Περιόδους]; sic enim ***has orationis conversiones*** Græci nominant.

Brutus, cap. 15 : — ... *Suadæque medulla*,

« Πειθώ » quam vocant Græci; cujus effector est orator; hanc *Suadam* appellavit Ennius...

Cap. 17 : — Ornari orationem Græci putant, si *verborum immu-*

tationibus utantur, quos appellant « Τρόπους, » et *sententiarum orationisque formis*, quæ vocant « Σχήματα » : Non verisimile est quam sit in utroque genere et creber et distinctus Cato.

Cap. 37 — ... Antonius in verbis et eligendis (neque id ipsum tam leporis causa quam ponderis), et collocandis, et comprehensione devinciendis, nihil non ad rationem et tanquam ad artem dirigebat; verum multo magis hoc idem *in sententiarum ornamentis* et *conformationibus*..... « Σχήματα » enim quæ vocant Græci, ea maxime ornant oratorem...

Cap. 44 : — In his omnibus inest quidam sine ullo fuco veritatis color : quin etiam *comprehensio et ambitus ille verborum* (si sic « Περίοδον » appellari placet) erat apud illum contractus et brevis; et in *membra* quædam, quæ « Κῶλα » Græci vocant, dispertiebât orationem libentius.

Cap. 76 : — Reliqui sunt, qui mortui sint, L. Torquatus, quem tu non tam cito *Rhetorem* dixisses (et si non deerat oratio), quam, ut Græci dicunt, « Πολιτικόν. »

Cap. 79 : — Erant autem *et verborum et sententiarum illa lumina*, quæ vocant Græci « Σχήματα. »

Orator, cap. 3 : — Has *rerum formas* appellat « Ἰδέας » ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister, Plato...

Cap. 11 : — Sed in omni re difficillimum est, *formam* (quæ « Χαρακτὴρ » Græce dicitur) exponere optimi : quod aliud aliis videtur optimum.

Cap. 12 : — Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum, et Leontinum ferunt Gorgiam; Theodorum inde Byzantium, multosque alios quos « Λογοδαιδάλους (1) » appellat in Phædro Socrates.

Cap. 14 : — Hæc igitur *quæstio*, a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem traducta, appellatur « Θέσις. »

Cap. 19 : — ... Sed et Græce ab eloquendo « Ῥήτωρ, » et latine « *eloquens* » dictus est.

---

(1) Cujus quidem verbi interpretationem, ut mihi videtur, apud Ciceronem reperias (*Brutus*, cap. 31), quum Stoïci ab eo vocantur « *architecti verborum.* »

Cap. 20 : — Quidquid enim est, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest a versu (nam id quidem orationis est vitium), *numerus* vocatur, qui Græce « Ῥυθμὸς » dicitur.

Cap. 21 : — Ut enim in vita, sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre. « Πρέπον » appellant hoc Græci : nos dicamus sane « *Decorum...* »

Cap. 25. — Illam autem concinnitatem, quæ verborum collocationem illuminat his *luminibus*, quæ Græci, quasi aliquos gestus orationis, « Σχήματα » appellant (quod idem verbum ab his etiam in sententiarum ornamenta transfertur) adhibet, quidam hic subtilis...

Orat., cap. 27 : — Hanc « Ὑπαλλαγήν » Rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, « Μετωνυμίαν » Grammatici vocant, quod nomina transferuntur. Aristoteles autem *translationi* hæc ipsa subjungit, et *abusionem*, quam « Κατάχρησιν » vocant : ut, quum minutum dicimus animum pro parvo, et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat, vel quod decet.

Cap. 27, *ibidem* : — Jam quum fluxerunt plures continuæ translationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille, qui ista omnia *translationes* vocat.

Cap. 36 : — Tum sunt maxime luminosæ et quasi actuosæ partes duæ : quarum alteram in universi generis *Quæstione* pono, quam (ut supra dixi) Græci appellant « Θέσιν : » alteram in augendis amplificandisque rebus, quæ ab eisdem « Αὔξησις » est nominata.

Cap. 36, *ibidem* : — Quidquid est enim illud, in quo quasi *certamen est controversiæ*, quod Græce « Κρινόμενον » dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quæstionem, atque ut de universo genere dicatur...

Cap. 37 : — Duo sunt, quæ bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiam faciant : quorum alterum est, quod Græci « Ἠθικόν » vocant, ad naturas et ad mores et ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum; alterum, quod iidem « Παθητικόν » nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in quo uno regnat oratio.

Cap. 49 : — Semper hæc, quæ Græci « Ἀντίθετα » nominant,

quum *contrariis opponuntur contraria*, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt, et eum sine industria.

Cap. 51 : Sed habet nomen invidiam, quum in orationem judiciali et forensi *numerus* latine, Græce « Ῥυθμός, » inesse dicitur.

Cap. 54 : — ... Et ea, quæ dicuntur *orationis quasi formæ et lumina*, quæ (ut dixi) Græci vocant « Σχήματα. »

Cap. 55 : — ... Maximeque id in optimo quoque eorum poetarum, qui « Λυρικοί » a Græcis nominantur.

Cap. 57 : — *Trochæum* autem, qui est eodem spatio, quo *choreus*, « Κόρδακα » appellat (Aristoteles), quia contractio et brevitas dignitatem non habeat.

Cap. 61. In quo quæsitum est, in totone *circuitu illo orationis*, quem Græci « Περίοδον » nos tum *ambitum*, tum *circuitum*, tum *comprehensionem*, aut *continuationem*, aut *circumscriptionem* dicimus...

Cap. 61, *ibidem :* — Ergo in aliis, id est in historia, et in eo, quod appellamus « Ἐπιδεικτικόν (1), » placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more, illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quod insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis.

Cap. 62 : — Nam quum sis his locis usus, quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa, quæ nescio cur, quum Græce Κόμματα et Κῶλα nominent, non recte *incisa* et *membra* dicamus.

Orat., cap. 63 : — Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui « Διχορεῖος » vocatur, quum *duo extremi chorei* sunt, id est, e singulis longis et brevibus.

Cap. 66 : — Prima sunt illa duo, quæ « Κόμματα » Græci vocant, nos *incisa* dicimus; deinde tertium, « Κῶλον » illi, nos *membrum*.

Cap. 68 : — Itaque qualis eorum motus, quos « ἀπαλαίστρους » Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias...

---

(1) Dixit idem Cicero (*Invent.* I, 5) : « Demonstrativum genus (orationis). »

EX VOLUMINE ORATIONUM.

Cic., *in Verrem*, lib. II.

Cap. 21 : — ... Deinde ut in *curia* Syracusis, quem locum illi Βουλευτήριον vocant...

Cap. 52 : — Est consuetudo Siculorum ceterorumque Græcorum, quod suos dies mensesque congruere volunt cum Solis Lunæque ratione, ut nonnunquam, si quid discrepet, eximant unum aliquem diem, aut summum, biduum in mense; quos illi ἐξαιρέτους dies nominant.

Cap. 63 : — Itaque eum (1) non solum *Patronum* istius insulæ, sed etiam Σωτῆρα inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum, ut latino uno verbo exprimi non possit. Is est nimirum Σωτήρ, *qui salutem dedit* (2).

In Verrem, lib. IV, cap. 53 : — Tertia est urbs, quæ, quod in ea parte *Fortunæ* fanum antiquum fuit, Τύχη nominata est... Quarta autem est urbs, quæ, quia postrema ædificata est, Νεάπολις nominatur...

Ibid., cap. 54 : — Itaque, judices, hi qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducere solent et unumquidque ostendere, quos illi Μυσταγωγοὺς vocant, conversam jam habent demonstrationem suam.

In Verr., lib. V, cap. 57 : — Ἐδικώθησαν, inquit, ut Siculi loquuntur, hoc est, *supplicio affecti ac necati sunt.*

Cic., *Orat.*, *de Arusp. responsis*, cap. 12 : Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum, in ipso Matris Magnæ conspectu, Megalensibus fieri celebrarique voluerunt... — *Paulo post :* — Ita ludos eos, quorum religio tanta est, ut ex ultimis terris arcessita in hac urbe consederit; qui uni ludi ne verbo quidem appellantur latino, ut vocabulo ipso et appetita religio externa et Matris Magnæ (3) nomine suscepta decla-

(1) C. Verrem.

(2) Nullum erat in latino sermone verbum quo græcum nomen Σωτήρ exprimi posset. Namque *Salvator* Romæ adhuc ignotum fuit vocabulum, quum Cicero opera componeret. Circumlocutionem igitur ex necessitate adhibuit.

(3) Cf. Græca verba : Μεγάλη Θεά.

Cic., *de Divin.*, II, cap. 5 : — Est quidam græcus vulgaris in hanc sententiam versus :

Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum (1).

Cic., *de Senect.*, cap. 8 : — ... Quid, quod etiam addiscunt aliquid? ut Solonem versibus gloriantem videmus, qui se quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit...

Ibidem, cap. 14 : — ... Ut honestum illud Solonis sit, quod ait versiculo quodam, ut ante dixi, senescere se, multa in dies addiscentem (2).

Cic., *de Off.*, II, cap. 22 : — Itaque quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, nisi avaritia perituram, id videtur non solum Lacedæmoniis, sed et omnibus populis prædixisse (3).

Cic., *Orat.*, cap. 9 : — Qui (4) si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane poeta fulgere, tonare, permiscere Græciam dictus esset (5).

Cic., *Tuscul.*, I, cap. 18 : — Sed hic (6) quidem, quamvis eruditus sit, sicut est, hæc magistro concedat Aristoteli; canere ipse doceat. Bene enim illo proverbio Græcorum præcipitur,

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat (7).

Cic., *de Fin.*, III, cap. 19 : — Quoniamque illa vox inhumana et scelerata dicitur, eorum, qui negant se recusare, quominus ipsis mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur; quod vulgari quodam versu Græco pronuntiari solet (8).

---

(1) Cf. : « Μάντις γ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς. » EURIPID.

Nota. Multo superius proferendi erant tres illi versus, quos hic legimus. Quod interdum opere in longo erraverim, venia mihi concedatur. V. C.

(2) Cf. illud Solonis : « Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. »

(3) Versus græcus est : « Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν. »

(4) Pericles.

5) Vid. Aristoph. (*Acharn.* 550) : "Ηστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. »

(6) Aristoxenus.

(7) Vid. Aristoph. (*Vesp.*) : « Ἕρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. »

(8) Græcus versus hic est :

« Ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί. »
Post mortuum me, flamma terras misceat.

Quum critici mores duodecim Cæsarum quibusdam sententiis exprimere voluerunt,

Cic., *Tuscul.*, V, cap. 17 : — Et est in aliqua vita prædicabile aliquid, aut gloriandum, aut præ se ferendum : ut Epaminondas,

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum (1).

Cic., *de Divin.*, II, cap. 56 : — Nam quum sors illa edita est opulentissimo regi Asiæ,

CrœsusHalyn penetrans magnam pervertet opum vim (2) :

hostium vim sese perversurum putavit, pervertit autem suam.

Cic., *de Nat. Deor.*, III, 54 : — « ... Neque enim convenire barbatum esse filium, quum in omnibus fanis pater (Apollo) imberbis esset (3). »

---

versus iste datus est Caligulæ : quippe qui eum in ore semper haberet. Quin etiam Nero (Suet., *in Ner.*, c. 38) : « Ἐμοῦ δὲ ζῶντος » inquit, et Urbem incendi jussit. (J. V. L.)

(1) Cicero hic primum duntaxat versum interpretatur « Ἐπιγράμματος τετραστίχου, » quod a Pausania tale ponitur in Bœoticis :

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν ·
Μεσσήνη δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ δέχεται.
Θήβη δ' ὅπλοισιν μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
Αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ.

(2) Græce ita scriptus est hic versus :

« Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει. »

Quem profecto debuissem, sicut et alios, inter superiores versus græcos, de quibus Cicero versus latinos fecit, reponere, uti hunc qui in Divinatione legitur (lib. I, cap. 37).

Ego providebo rem istam, et albæ virgines.

Cf. Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα, καὶ λευκαῖς κόραις.

(Fulvius Ursinus notavit versum illum apud Tzetzen, *Chiliad.* XI). (J. V. L.)

(3) Notum est græcum carmen :

. . . . Οὔ ποτε Φοίβου
θηλείαις οὐδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς.

Hic leguntur quædam proverbia (1).

Cic., *de Off.*, I, cap. 16 : — E quibus ipsis cetera sic observentur, ut in Græcorum proverbio est : « Amicorum esse omnia communia (2). »

Cic., *Tuscul.*, I, cap. 22 : — Quum igitur « *Nosce te* (3) » dicit (4), hoc dicit « nosce animum tuum. »

Cic., *Philipp.*, XII, cap. 2 : — Cujusvis hominis est errare; nullius, nisi insipientis, in errore perseverare. Posteriores enim cogitationes (ut aiunt) sapientiores esse solent (5).

Cic., *Tuscul.*, V, cap. 41 : — Mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinetur : « *Aut bibat*, inquit, *aut abeat* (6.) »

Cic., *de Nat. Deorum*, III, cap. 5 : — Nam de Sagra, Græcorum etiam est vulgare proverbium : qui, quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam illa quæ apud Sagram (7).

Cic., *ad Quint. fr. Epist.*, lib. II, 15 : — Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris (sed mehercule currentem nunc quidem) ut omnia mea studia in istum unum conferam. — *Idem*, lib. VI, *Epist. ad Atticum*, 7 : — Quintus filius pie sane (me certe multum hortante, sed currentem (8) animum patris sui sorori tuæ reconciliavit.

Idem verbum « currentem » in Epistolis haud semel reperias. — Exstant præterea alii interpretati versus apud Ciceronem, non tamen a Cicerone. Igitur sciens prætermisi.

---

(1) Hic illa proposui, quamvis nullo modo ad superiores locos pertineant, ne novum e paucis constaret caput.

(2) Græce : « Πάντα τὰ τῶν φίλων κοινά. »

(3) Græca verba sunt : « Γνῶθι σεαυτόν. »

(4) Præceptum Apollinis.

(5) Cf. hoc proverbium : « Δευτέραι φροντίδες σοφωτέραι. »

(6) Græce sic : « Ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι. »

(7) Cf. hæc græca : « Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. »

(8) Græce dicitur : « Σπεύδοντα ὀτρύνειν. »

CAPUT V.

VOCUM GRÆCARUM INTERPRETATIONES QUÆ PASSIM LEGUNTUR APUD CICERONEM.

EX VOLUMINE RHETORICORUM.

Ad Herennium, lib. I, cap. 4 : — Exordiorum duo sunt genera : *Principium*, quod Græce « Προοίμιον » appellatur; et *insinuatio*, quæ « Ἔφοδος » nominatur.

Lib. I, cap. 16 : — ... Judicii quæstio nascatur oportet; quam nos *judicationem*, Græci « Κρινόμενον » appellant.

Lib. II, cap. 2 : — Et item quales *argumentationes*, (quas Græci « ἐπιχειρήματα » appellant), sequi, et quales vitari oporteret...

Lib. II, cap. 30 : — *Conclusiones*, quæ apud Græcos « Ἐπίλογοι » nominantur, tripertitæ sunt...

De Inventione, lib. II, cap. 23 : — « Accusantur apud Ἀμφικτύονας, id est, apud *commune Græciæ concilium.*

Topica, cap. 2 : — *Judicandi* enim *vias* [Stoici] diligenter persecuti sunt, ea scientia, quam « Διαλεκτικὴν » appellant. *Inveniendi* vero *artem*, quæ Τοπικὴ dicitur, quæque ad usum potior erat, et ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt.

Cap. 3 : — Ejusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab uno varie commutantur, ut, « *sapiens*, *sapienter*, *sapientia.* » Hæc verborum *conjugatio* Συζυγία (1) dicitur.

Cap. 4 : — Itaque Græci tales argumentationes ἀτέχνους vocant, id est, *artis expertes.*

Cap. 7 : In divisione *formæ* sunt, quas Græci Ἰδέας (2) appellant; nostri, si qui hæc forte tractant, *species* appellant...

Ibidem : — *Notionem* appello, quam Græci tum Ἔννοιαν, tum Πρό-

(1) Legendum esset « Συστοιχία » quo utitur Aristoteles. Scribebat enim memoria tantum adjutus Cicero (J. V. L.).

(2) Fortasse scripsit Cicero, scribere certe debuit « εἴδη » Schütz (J. V. L.).

ληψιν dicunt. Ea est insita et ante percepta cujusque formæ cognitio, enodationis indigens.

Cap. 8 : — At quum *de ornamentis verborum sententiarumque* præcipitur, quæ vocantur « Σχήματα, » non fit idem.

Ibidem : — Multa etiam ex *notatione* sumuntur. Ea est autem, quum ex vi nominis argumentum elicitur : quam Græci 'Ετυμολογίαν vocant, id est, verbum ex verbo, *veriloquium :* nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc *notationem* appellamus, quia sunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Aristoteles « Σύμβολον » appellat, quod latine est *nota.*

Cap. 9 : — Cujus primus est locus ex *conjugatione*, quam Græci Συζυγίαν vocant, finitimus notationi, de qua modo dictum est.

Cap. 10 : — Hæc ex pluribus perveniens quo vult appellatur *Inductio :* quæ Græce 'Επαγωγὴ nominatur : qua plurimum est usus in sermonibus Socrates.

Cap. 11 : — Sunt enim alia contraria, quæ *privantia* licet appellemus latine, Græci appellant Στερητικά. Præpositio enim *in* privat verbum ea vi, quam haberet, si *in* præpositum non fuisset, ut « *dignitas, indignitas ; humanitas, inhumanitas,* etc...

Topica, cap. 11 : — Sunt etiam alia valde contraria, quæ appellantur *negantia ;* ea 'Αποφατικὰ Græci, contraria aientibus (1) : ut, « si hoc est, illud non est. »

Cap. 13 : — Ex hoc *illa Rhetorum* sunt *ex contrariis conclusa,* quæ ipsi 'Ενθυμήματα appellant : non quod non omnis sententia proprio nomine 'Ενθύμημα dicatur; sed, ut Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen efficit apud Græcos suum; sic, quum omnis sententia 'Ενθύμημα dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrariis conficiatur, acutissima, sola proprie nomen commune possidet.

Cap. 21 : — Quæstionum duo sunt genera : alterum definitum. Definitum est, quod 'Υπόθεσιν Græci, nos *causam ;* infinitum, quod Θέσιν illi appellant, nos *propositum* possumus nominare.

Cap. 22 : — Additur etiam *descriptio*, quam Græci Χαρακτῆρα vocant.

Cap. 25 : — Refutatio autem accusationis, in qua est depulsio

---

(1) **Spuria hæc duo verba, Wetzelio judice (J. V. L.).**

criminis, quæ Græce Στάσις dicitur, latine appellatur *status :* in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.

Ibidem : — Sed quæ *ex statu contentio* efficitur, eam Græci Κρινόμενον vocant : mihi placet id (quoniam quidem ad te scribo), *qua de re agitur*, vocari.

De Oratore, I, cap. 3 : — Neque enim te fugit artium omnium laudatarum procreatricem quamdam, et quasi parentem eam, quam Φιλοσοφίαν Græci vocant ab hominibus doctissimis judicari...

Cap. 45 : — Itaque non, ut apud Græcos infimi homines, mercedula adducti, ministros se præbent in judiciis oratoribus, ii, qui apud illos Πραγματικοὶ vocantur, sic in nostra civitate...

Lib. II, cap. 38 : — Ex tribus istis clarissimis philosophis, quos Romam venisse dixisti, videsne Diogenem fuisse, qui diceret, *artem* se tradere *bene disserendi*, et vera ac falsa dijudicandi, quam verbo Græco : « Διαλεκτικὴν » appellaret ?

Lib. II, cap. 63 : — Alterum genus est, quod habet *parvam verbi immutationem*, quod in littera positum Græci vocant « Παρονομασίαν », ut *Nobiliorem*, « *mobiliorem* » Cato...

Lib. II, cap. 67 : — Urbana etiam *dissimulatio* est, quum alia dicuntur ac sentias... In hoc genere Fannius in Annalibus suis Africanum hunc Æmilianum dicit fuisse, et eum græco verbo appellat « Εἴρωνα : » sed, uti ferunt qui melius hæc norunt, Socratem opinor in hac « Εἰρωνείᾳ » *dissimulantia*que longe lepore et humanitate omnibus præstitisse.

Lib. III, cap. 28 : — Dicunt igitur nunc quidem illi, qui ex particula parva urbis ac loci nomen habent, et Peripatetici philosophi aut Academici nominantur, olim autem, propter eximiam rerum maximarum scientiam, a Græcis « Πολιτικοὶ φιλόσοφοι » appellati, universarum rerum publicarum nomine vocabantur...

Lib. III, cap. 48 : — Quæ (membra) si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi *verborum ambitus* [Περιόδους] ; sic enim *has orationis conversiones* Græci nominant.

Brutus, cap. 15 : — ... *Suadæque medulla,*
« Πειθὼ » quam vocant Græci ; cujus effector est orator ; hanc *Suadam* appellavit Ennius...

Cap. 17 : — Ornari orationem Græci putant, si *verborum immu-*

tationibus utantur, quos appellant « Τρόπους, » et *sententiarum orationisque formis*, quæ vocant « Σχήματα » : Non verisimile est quam sit in utroque genere et creber et distinctus Cato.

Cap. 37 — ... Antonius in verbis et eligendis (neque id ipsum tam leporis causa quam ponderis), et collocandis, et comprehensione devinciendis, nihil non ad rationem et tanquam ad artem dirigebat; verum multo magis hoc idem *in sententiarum ornamentis* et *conformationibus*..... « Σχήματα » enim quæ vocant Græci, ea maxime ornant oratorem...

Cap. 44 : — In his omnibus inest quidam sine ullo fuco veritatis color : quin etiam *comprehensio et ambitus ille verborum* (si sic « Περίοδον » appellari placet) erat apud illum contractus et brevis; et in *membra* quædam, quæ « Κῶλα » Græci vocant, dispertiebât orationem libentius.

Cap. 76 : — Reliqui sunt, qui mortui sint, L. Torquatus, quem tu non tam cito *Rhetorem* dixisses (et si non deerat oratio), quam, ut Græci dicunt, « Πολιτικόν. »

Cap. 79 : — Erant autem *et verborum et sententiarum illa lumina*, quæ vocant Græci « Σχήματα. »

Orator, cap. 3 : — Has *rerum formas* appellat « Ἰδέας » ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister, Plato...

Cap. 11 : — Sed in omni re difficillimum est, *formam* (quæ « Χαρακτὴρ » Græce dicitur) exponere optimi : quod aliud aliis videtur optimum.

Cap. 12 : — Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum, et Leontinum ferunt Gorgiam; Theodorum inde Byzantium, multosque alios quos « Λογοδαιδάλους (1) » appellat in Phædro Socrates.

Cap. 14 : — Hæc igitur *quæstio*, a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem traducta, appellatur « Θέσις. »

Cap. 19 : — ... Sed et Græce ab eloquendo « Ῥήτωρ, » et latine « *eloquens* » dictus est.

---

(1) Cujus quidem verbi interpretationem, ut mihi videtur, apud Ciceronem reperias (*Brutus*, cap. 31), quum Stoici ab eo vocantur « *architecti verborum*. »

Cap. 20 : — Quidquid enim est, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest a versu (nam id quidem orationis est vitium), *numerus* vocatur, qui Græce « Ῥυθμὸς » dicitur.

Cap. 21 : — Ut enim in vita, sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre. « Πρέπον » appellant hoc Græci : nos dicamus sane « *Decorum...* »

Cap. 25. — Illam autem concinnitatem, quæ verborum collocationem illuminat his *luminibus*, quæ Græci, quasi aliquos gestus orationis, « Σχήματα » appellant (quod idem verbum ab his etiam in sententiarum ornamenta transfertur) adhibet, quidam hic subtilis...

Orat., cap. 27 : — Hanc « Ὑπαλλαγήν » Rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, « Μετωνυμίαν » Grammatici vocant, quod nomina transferuntur. Aristoteles autem *translationi* hæc ipsa subjungit, et *abusionem*, quam « Κατάχρησιν » vocant : ut, quum minutum dicimus animum pro parvo, et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat, vel quod decet.

Cap. 27, *ibidem :* — Jam quum fluxerunt plures continuæ translationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille, qui ista omnia *translationes* vocat.

Cap. 36 : — Tum sunt maxime luminosæ et quasi actuosæ partes duæ : quarum alteram in universi generis *Quæstione* pono, quam (ut supra dixi) Græci appellant « Θέσιν : » alteram in augendis amplificandisque rebus, quæ ab eisdem « Αὔξησις » est nominata.

Cap. 36, *ibidem :* — Quidquid est enim illud, in quo quasi *certamen est controversiæ*, quod Græce « Κρινόμενον » dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quæstionem, atque ut de universo genere dicatur...

Cap. 37 : — Duo sunt, quæ bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiam faciant : quorum alterum est, quod Græci « Ἠθικόν » vocant, ad naturas et ad mores et ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum; alterum, quod iidem « Παθητικόν » nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in quo uno regnat oratio.

Cap. 49 : — Semper hæc, quæ Græci « Ἀντίθετα » nominant,

quum *contrariis opponuntur contraria*, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt, et eum sine industria.

Cap. 51 : Sed habet nomen invidiam, quum in orationem judiciali et forensi *numerus* latine, Græce « 'Ρυθμός, » inesse dicitur.

Cap. 54 : — ... Et ea, quæ dicuntur *orationis quasi formæ et lumina*, quæ (ut dixi) Græci vocant « Σχήματα. »

Cap. 55 : — ... Maximeque id in optimo quoque eorum poetarum, qui « Λυρικοί » a Græcis nominantur.

Cap. 57 : — *Trochæum* autem, qui est eodem spatio, quo *choreus*, « Κόρδακα » appellat (Aristoteles), quia contractio et brevitas dignitatem non habeat.

Cap. 61. In quo quæsitum est, in totone *circuitu illo orationis*, quem Græci « Περίοδον » nos tum *ambitum*, tum *circuitum*, tum *comprehensionem*, aut *continuationem*, aut *circumscriptionem* dicimus...

Cap. 61, *ibidem :* — Ergo in aliis, id est in historia, et in eo, quod appellamus « 'Επιδεικτικόν (1), » placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more, illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quod insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis.

Cap. 62 : — Nam quum sis his locis usus, quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa, quæ nescio cur, quum Græce Κόμματα et Κῶλα nominent, non recte *incisa* et *membra* dicamus.

Orat., cap. 63 : — Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui « Διχορεῖος » vocatur, quum *duo extremi chorei* sunt, id est, e singulis longis et brevibus.

Cap. 66 : — Prima sunt illa duo, quæ « Κόμματα » Græci vocant, nos *incisa* dicimus; deinde tertium, « Κῶλον » illi, nos *membrum*.

Cap. 68 : — Itaque qualis eorum motus, quos « ἀπαλαίστρους » Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias...

---

(1) Dixit idem Cicero (*Invent.* I, 5) : « Demonstrativum genus (orationis). »

recte sentientibus dici solet, id esse jus, quod ei, qui plus potest, utile est (1). » (Augustinus, *C. D.*, XIX, 21.)

De Rep., lib. IV, 3. — « Considerate nunc cetera, quam sint provisa sapienter ad illam civium *beate et honeste* (2) vivendi societatem : ea est enim prima causa coeundi. »

Lib. IV, 6. — « Nec vero mulieribus præfectus (3) præponatur qui apud Græcos creari solet; sed sit censor, viros doceat moderari uxoribus. » (Non. *de num. et cas.*)

CAPUT IV.

CARMINA HOMERI ET ALIORUM QUORUMDAM POETARUM, QUORUM SENSUM CICERO EXPRESSIT ORATIONE SOLUTA.

Cic., *Tuscul.*, IV, cap. 22 : — Ac sine hac gladiatoria iracundia videmus progredientem apud Homerum Ajacem multa cum hilaritate, quum depugnaturus esset cum Hectore : cujus, ut arma sumpsit, ingressio lætitiam attulit sociis, terrorem autem hostibus : ut ipsum Hectorem, quemadmodum est apud Homerum, toto pectore trementem provocasse ad pugnam pœniteret (4).

---

(1) Sic apud Plat., *Civit.*, I, definitur a quodam Justitia τὸ τοῦ κρείττονος ξύμφερον.

(2) Vid. Aristot. *Remp.* III, 9 : Τέλος μὲν οὖν πόλεως τὸ εὖ ζῆν... τοῦτο δ' ἔστι, τὸ ζῆν εὐδαιμόνως καὶ καλῶς.

(3) Improbat autem magistratum, qui erat apud Græcos γυναικονόμος (Aristot. *Reip.* V, 15).

(4) Cf. Homer. *Iliad.* VII, 211 et sqq. :

Τοῖος ἄρ' Αἴας ὦρτο πελώριος, ἕρκος Ἀχαιῶν,
μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι · νέρθε δὲ ποσσὶν
ἤϊε μακρὰ βιϐὰς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος.
Τὸν δὲ καὶ Ἀργεῖοι μέγ' ἐγήθεον εἰσορόωντες ·
Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον,
Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν ·
ἀλλ' οὔπως ἔτι εἶχεν ὑποτρέσαι, οὐδ' ἀναδῦναι
ἄψ λαῶν ἐς ὅμιλον, ἐπεὶ προκαλέσσατο χάρμῃ.

Cic., *de Senect.*, cap. 3 : — ... Pares autem cum paribus, vetere proverbio, facillime congregantur (1).

Cic., *de Senect.*, cap. 10 : — Videtisne ut apud Homerum sæpissime Nestor de virtutibus suis prædicet? Tertiam enim jam ætatem hominum vivebat (2) ; nec erat ei verendum, ne vera de se prædicans, nimis videretur aut insolens aut loquax. Etenim (ut ait Homerus) ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio (3) ; quam ad suavitatem nullis egebat corporis viribus : et tamen dux ille Græciæ nusquam optat, ut Ajacis similes habeat decem, at ut Nestoris ; quod si acciderit, non dubitat quin brevi Troja sit peritura (4).

Cic., *Tuscul.*, I, cap. 26 : — ... Nec Homerum audio, qui Ganymedem a Diis raptum ait propter formam, ut Jovi bibere ministraret (5).

Cic., *de Divin.*, I, cap. 40 : — Quorum de altero (6) etiam apud inferos Homerus ait, « solum sapere, cæteros umbrarum vagari modo (7). »

---

(1) Cf. hoc carmen Odysseæ (VII, 218) :

« Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. »

Vetus illud proverbium jam superius apud Platonem legimus. Quin ad idem alludat Aristænetus (*Epist.* I, 10), quis dubitat? Quippe qui hæc scripserit :

« Ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὁμοῖον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον ἀεὶ προσπελάζει. »

(2) Cf. *Iliad.*, I, 250 et sqq..... « μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν » quos quidem versus jam protuli.

(3) Cf. *Iliad.*, I, 249 : « Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. »

(4) Cf. ea quæ dicit Agamemnon (*Iliad.*, II, 271 et sqq.).

« Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν·
τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος,
χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε. »

(5) Homer. *Iliad.* XX, 232 et sqq. :

. . . . « Καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης
ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων·
τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν,
κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη. »

(6) Paulo superius nominantur Amphiaraus et Tiresias.

(7) Cf. Homer. *Odyss.* X, 494 et 495 :

« Τῷ γὰρ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
οἴῳ πεπνύσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν. »

Ibid., cap. 6 : — Nec definiri aiebant necesse esse, quid esset cognitio aut perceptio aut (si verbum e verbo volumus) *comprehensio*, quam « Κατάληψιν » illi vocant; eosque, qui persuadere vellent esse aliquid, quod comprehendi et percipi posset, inscienter facere dicebant, propterea quod nihil esset clarius « Ἐναργείᾳ, » ut Græci : *Perspicuitatem* aut *evidentiam* nos, si placet, nominemus, fabricemurque, si opus erit, verba...

Ibidem : — Quum enim ita negaret quidquam esse, *quod comprehendi posset* (id enim volumus esse « Καταληπτόν), » si illud esset, sicut Zeno definiret, tale *visum* (jam enim hoc pro « Φαντασίᾳ » verbum satis hesterno sermone trivimus), *visum* igitur impressum effictumque ex eo, unde esset, quale esse non posset ex eo, unde non esset : id nos a Zenone definitum rectissime dicimus.

Ibid., cap. 7 : — Quod si essent falsæ *notitiæ*, « Ἐννοίας » enim *notitias* appellare tu videbare...

Ibid., cap. 8 : — Nam aliter *appetitio* (eam enim esse volumus « Ὁρμήν), » qua ad agendum impellimur, et id appetimus quod est visum, moveri non potest.

Academ., lib. II, cap. 8 : — Itaque *argumenti conclusio*, quæ est Græce Ἀπόδειξις, ita definitur : ratio, quæ ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit.

Ibid., cap. 9 : — Sapientiæ vero quid futurum est? quæ neque de se ipsa dubitare debet, neque de suis *decretis*, quæ philosophi vocant « Δόγματα... »

Ibid. : — Quoniam enim id haberent Academici *decretum* (sentitis enim jam hoc me « Δόγμα » dicere), nihil posse percipi...

Ibid., cap. 10 : — Cetera autem similitudinibus constituit : ex quibus efficiuntur *notitiæ rerum,* quas Græci tum « Ἐννοίας, » tum « Προλήψεις » vocant.

Ibid. : Ad rerum igitur scientiam vitæque constantiam aptissima quum sit mens hominis, amplectitur maxime cognitionem, et istam « Κατάληψιν, » quam, ut dixi, verbum verbo exprimentes, *comprehensionem* dicemus...

Ibid., cap. 12 : — ... Nunc *de assensione atque approbatione*, quam Græci « Συγκατάθεσιν » vocant, pauca dicemus.

Ibid. : — Nam, quomodo non potest animal ullum non appetere id, quod *accommodatum ad naturam* appareat (Græci id

Οἰκεῖον appellant) : sic non potest objectam rem perspicuam non approbare.

Ibid., cap. 16 : — Et primum quidem hoc reprehendendum, quod captiosissimo genere interrogationis utuntur; quod genus minime in philosophia probari solet, quum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur. Σωρείτας hos vocant, qui *acervum* efficiunt uno addito grano...

Ibid., cap. 17 : — Ne hoc quidem cernunt, omnia se reddere *incerta*, quod nolunt. Ea dico incerta, quæ Ἄδηλα Græci.

Ibid., cap. 18 : — Ex his illa necessario nata est « Ἐποχή, » id est, *assensionis retentio* (1)...

Ibid., cap. 23 : — At quis est hic? num Σοφιστής? Sic enim appellabantur ii, qui ostentationis aut quæstus causa philosophabantur.

Ibid., cap. 29 : — Placet enim Chrysippo, quum gradatim interrogetur, verbi causa, tria pauca sint anne multa; aliquanto priusquam ad multa perveniat, *quiescere*, id est, quod ab iis dicitur, « Ἡσυχάζειν. »

Ibid., cap. 29 : — Nempe fundamentum dialecticæ est quidquid enuntietur (id autem appellatur « Ἀξίωμα, » quod est *quasi effatum*), aut verum esse aut falsum.

Ibid., cap. 39 : — Etiam dicitis esse e regione nobis, e contraria parte terræ, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos « Ἀντίποδας » vocatis?

Ibid., cap. 42 : — Huic (Zenoni) summum bonum est, *in his rebus nullam in partem moveri;* quæ « Ἀδιαφορία » ab ipso dicitur. Pyrrho autem, *ea ne sentire quidem sapientem;* quæ « Ἀπάθεια » nominatur.

Ibid., cap. 44 : — Sunt enim Socratica pleraque *mirabilia* stoicorum, quæ « Παράδοξα » nominantur.

Ibid., cap. 47 : — Tum quum plane compresserat (2) pugnum·

---

(1) Quam diligenter Cicero in deligendis verbis versatus sit, cognosci potest ex epistola quadam de hac re ad Atticum (*Att.*, XIII, 21). Quum antea, Attico auctore, pro « Ἐπέχειν » *inhibere* et pro « Ἐποχή » *inhibitio* probavisset, tunc ei displicent hæc verba.

(2) Zeno.

que fecerat; *comprehensionem* illam esse dicebat. Qua ex similitudine etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, « Κατάληψιν » imposuit.

De Finibus, lib. I.

Cap. 6 : — Ille « Ἀτόμους, » quas appellat, id est, *corpora individua*, propter soliditatem, censet in infinito inani, in quo nihil nec summum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec citimum sit, ita ferri, ut concursionibus inter se cohærescant...

Ibidem : — Atomi, inane, imagines, quæ « Εἴδωλα » nominant, quorum incursione non solum videamus, sed etiam cogitemus; *infinitio* ipsa, quam « Ἀπειρίαν » vocant, tota ab illo est...

Cap. 7 : — Jam *in altera parte philosophiæ, quæ est quærendi ac disserendi*, quæ Λογική dicitur, iste vester, plane, ut mihi quidem videtur, inermis ac nudus est.

Cap. 12 : — Quoniam autem id est vel *summum bonum*, vel *ultimum*, vel *extremum*, quod Græci Τέλος nominant...

De Finib., lib. II.

Cap. 3 : — Omnes enim jucundum motum, quo sensus hilaretur, græce Ἡδονήν, latine *voluptatem* vocant.

Cap. 4 : — « An potest, inquit ille, quidquam esse suavius, quam nihil dolere? Imo sit sane nihil melius, inquam (nondum enim id quæro), num propterea idem voluptas est, quod, ut ita dicam, *indolentia* (1)?

Cap. 4 : — Egone non intelligo quid sit Ἡδονή græce, latine *voluptas*? — *Paulo post* : « Ut scias me intelligere, primum idem esse *voluptatem* dico, quod ille Ἡδονήν. Et quidem sæpe quærimus verbum latinum par Græco, et quod idem valeat : hic nihil fuit quod quæreremus. Nullum inveniri potest, quod magis idem declaret latine, quod Græce Ἡδονή, quam declarat *voluptas*. »

---

(1) Verbum *indolentia* pro græco Ἀναλγησία a Cicerone formatum esse auctor est Nonius, II, 453; ubi postea isto verbo usus est, nihil addidit (vid. *de Fin.*, II, cap. 6; *Tusc.*, III, 6; V, 30; *de Off.*, III, 3).

Cap. 5 : — Ut Heraclitus, cognomento qui Σκοτεινός perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit...

Cap. 7 : — Quis enim vestrum non edidicit Epicuri Κυρίας Δόξας, id est, *quasi maxime ratas?*

Cap. 8 : « Nihil haberem quod reprehenderem, si finitas cupidates haberent ? » Hoc est dicere : « non reprehenderem Ἀσώτους, si non essent Ἄσωτοι. »

De Fin., lib. III.

Cap. 5 : — *Rerum* autem *cognitiones,* vel, si hæc verba aut minus placent aut minus intelliguntur, « Καταλήψεις » appellemus licet...

Cap 6 : — *Æstimabile* esse dicitur; sic enim, ut opinor, appellamus id, quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit, quod aliquod pondus habeat dignum *æstimatione,* quam ille Ἀξίαν vocat, contraque *inæstimabile,* quod sit superiori contrarium (1).

Ibid. : — ... Primum est *officium* (id enim appello Καθῆκον) ut se conservet in naturæ statu...

Ibid. : — Simul autem cepit *intelligentiam* vel *notionem* potius, quam appellant : Ἔννοιαν illi...

Ibid. : — Atque ita cognitione et ratione collegit, ut statueret in eo collocatum summum illud hominis per se laudandum et expetendum bonum, quod quum positum sit in eo, quod « Ὁμολογίαν » Stoici, nos appellemus *convenientiam,* si placet...

Cap. 7 : — Sic *appetitio animi,* quæ Ὁρμή Græce vocatur, non ad quodvis genus vitæ, sed ad quamdam formam vivendi videtur data...

De Finib., lib. III.

Cap. 7 : — Quæ autem nos *aut recta aut recte facta* dicamus, si placet, illi autem appellant « Κατορθώματα, » omnes numeros virtutis continent.

(1) Vid. et. *de Fin.*, III, 15 : « alia *æstimabilia,* alia contra, alia neutrum. »

Cap. 8 : — ... (Sentis enim, credo, me jamdiu, quod « Τέλος » Græcus dicat, id dicere tum *extremum*, tum *ultimum* tum, *summum* : licebit etiam *finem* pro extremo aut ultimo dicere)...

Cap. 9 : — Sed in ceteris artibus quum dicitur artificiose, *posterum quodam modo et consequens* putandum est : quod illi « Ἐπιγεννηματικόν » appellant.

Cap. 10 : — Ego assentior Diogeni, qui bonum definierit, id quod esset natura absolutum. Id autem sequens, *illud etiam quod prodesset* (« Ὠφέλημα » enim sic appellemus), motum aut statum esse dixit e natura absoluti.

Ibid. : — Nam quum *æstimatio*, quæ « Ἀξία » dicitur, neque in bonis numerata sit, neque rursus in malis...

Ibid. : — Nec vero *perturbationes animorum*, quæ vitam insipientium miseram acerbamque reddunt, quas Græci « Πάθη » appellant (poteram ego verbum ipsum interpretans, *morbos* appellare; sed non conveniret ad omnia : quis enim misericordiam aut ipsam iracundiam, morbum solet dicere? At illi dicunt Πάθος).

Ibidem : — ... Omnesque sunt genere quatuor partibus plures, ægritudo, formido, libido, quamque Stoici communi nomine corporis et animi « Ἡδονήν » appellant, ego malo *lætitiam* appellare, *quasi gestientis animi elationem voluptariam.*

Cap. 11 : — ... Propterea quod ea non ad corporis incommodum referuntur, sed ad turpes actiones, quæ oriuntur e vitiis. Quas enim Græci « Κακίας » appellant, *vitia* malo quam *malitias* nominare.

Cap. 12 : — Virtutibus igitur rectissime mihi videris, et, ad consuetudinem nostræ orationis, vitia posuisse contraria. Quod enim vituperabile est per se ipsum, id eo ipso *vitium* nominatum puto, vel etiam a vitio dictum vituperari. Sin « Κακίαν » *malitiam* dixisses, ad aliud nos unum certum vitium consuetudo latina traduceret. Nunc omni *virtuti vitium* contrario nomine opponitur.

Cap. 14 : — Et quemadmodum *opportunitas* (sic enim appellemus « Εὐκαιρίαν ») non fit major productione temporis (habent enim suum modum quæcumque opportuna dicuntur); sic *recta effectio* (Κατόρθωσιν enim ita appello, quoniam *recte factum* Κατόρθωμα)...

Cap. 15 et 16 : — Itemque hinc esse illud exortum, quod Zeno Προηγμένον, contraque quod « Ἀποπροηγμένον » nominavit, quum uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus ac novis; quod nobis in hac inopi lingua non conceditur : quanquam tu hanc copiosiorem etiam dicere soles. Sed non alienum est, quo facilius vis verbi intelligatur, rationem hujus verbi faciendi Zenonis exponere. — Ut enim, inquit, nemo dicit in regia regem ipsum *quasi productum* esse ad dignitatem (id enim est Προηγμένον), sed eos, qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit ad regium apparatum : sic in vita non ea, quæ primario loco sunt, sed ea, quæ secundum locum obtinent, Προηγμένα, id est, *producta* nominentur. Quæ vel ita appellemus (id erit verbum e verbo), vel *promota* et *remota,* vel, ut dudum diximus, *præposita*, vel *præcipua*, et illa *rejecta.*

Defin., III, cap. 16 : — Quod enim illi Ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut *indifferens* dicerem.

Ibidem : — Sequitur illa divisio, ut bonorum alia sint *ad illud ultimum pertinentia* (sic enim appello, quæ Τελικά dicuntur : jam hoc ipsum instituamus, ut placuit, pluribus verbis dicere, quod uno non poterimus, ut res intelligatur), alia autem *efficientia*, quæ Græci Ποιητικά, alia utrumque.

Cap. 17 : — *De bona* autem *fama* (quam enim appellant Εὐδοξίαν, aptius est hoc loco *bonam famam* appellare quam *gloriam*), Chrysippus quidem et Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem, ejus causa, porrigendum esse dicebant.

Cap. 19 : — ... At illa, quæ in concha patula pinna dicitur; isque, qui enat *e concha*, qui, quod eam *custodiat* » Πιννοτήρης » vocatur...

Cap. : — Ut vero conservetur omnis homini erga hominem societas, conjunctio, caritas : et *emolumenta* et *detrimenta*, quæ Ὠφελήματα et Βλάμματα appellant, communia esse voluerunt; quorum altera prosunt, nocent altera. Nec solum ea communia, verum etiam paria esse dixerunt. *Incommoda* autem et *commoda* (ita Εὐχρηστήματα et Δυσχρηστήματα appello) communia esse voluerunt, paria noluerunt.

De Fin., lib. IV.

Cap. 2 : — Hoc loco tantum dico, a veteribus Peripateticis Academicisque, qui re consentientes, vocabulis differebant, eum locum, quem *civilem* recte appellaturi videmur, Græci « Πολιτικόν, » graviter et copiose esse tractatum.

Cap. 6 : — ... Illud enim *rectum*, quod « Κατόρθωμα » dicebas, contingitque sapienti soli.

Cap. 14 : — *Naturalem* enim *appetitionem*, quam vocant Ὁρμήν.....

Cap. 26 : — Ista, inquit, quæ dixisti, valere, locupletem esse, non dolere, bona non dico, sed dicam Græce « Προηγμένα, » latine autem *producta; sed præposita* aut *præcipua* malo. Sic tolerabilius et mollius.

Cap. 27 : — Hæc « Παράδοξα » illi, nos *admirabilia* dicamus.

De Fin., lib. V.

Cap. 5 : — De summo autem bono, quia duo genera librorum sunt, unum *populariter scriptum*, quod « Ἐξωτερικόν » appellabant; alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt...

Cap. 6 : — ... Ut ipsum per se invitaret et alliceret *appetitum animi*, quem Ὁρμήν Græci vocant.

Cap. 8 : — Democriti autem securitas, quæ est *animi tanquam tranquillitas*, quam appellant « Εὐθυμίαν, » eo separanda fuit ab hac disputatione, quia *ista animi tranquillitas*, ea ipsa est beata vita.

Cap. 23 : — Nam quum sic hominis natura generata sit, ut habeat *quoddam innatum quasi civile atque populare*, quod Græci « Πολιτικόν » vocant...

Cap. 29 : — Id enim ille summum bonum « Εὐθυμίαν » et sæpe « Ἀθαμβίαν » appellat, id est, *animum terrore liberum*.

Cap. 30 : — At hoc in eo M. Crasso, quem semel ait in vita risisse Lucilius, non contigit, ut ea re minus « Ἀγέλαστος, » ut ait idem, vocaretur.

Cic., *Tusculan.*, lib. 1.

Cap. 7 : — *Omne pronuntiatum* (sic enim mihi in præsentia occurrit, ut appellarem « Ἀξίωμα : » utar post alio, si invenero melius), id ergo est *pronuntiatum,* quod est verum aut falsum.

Cap. 10 : — Proxime autem Aristoxenus, musicus idemque philosophus, ipsius corporis *intentionem* quamdam, vel, ut in cantu et fidibus, quæ Ἁρμονία dicitur, sic ex corporis totius natura et figura varios motus cieri, tanquam in cantu sonos.

Ibidem : — Quintum genus adhibet (1), vacans nomine; et sic ipsum animum Ἐντελεχείαν appellat novo nomine, *quasi quamdam continuatam motionem et perennem.*

Cap. 12 : — Quid? Ino, Cadmi filia, nonne Λευκοθέα nominata a Græcis, *Matuta* habetur a nostris?

Cap. 17 : — Num igitur dubitamus an, sicut pleraque, sic et hoc (quanquam hoc quidem minime; persuadent enim mathematici)? Terram in medio mundo sitam ad universi cœli complexum *quasi puncti instar* obtinere, quod Κέντρον illi vocant....

Cap. 24 : — Nec vero fieri ullo modo posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum *insitas et quasi consignatas in animis notiones*, quas Ἐννοίας vocant, haberemus, nisi animus, antequam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisset. Quumque nihil esset, ut omnibus locis a Platone disseritur (nihil enim ille putat esse, quod oriatur et intereat, idque solum esse, quod semper tale sit, qualem Ἰδέαν appellat ille, nos *speciem*), non potuit animus hæc in corpore inclusus agnoscere : cognita attulit (2).

Cap. 28 : — ... Tum globum terræ eminentem e mari, fixum in medio mundi universi loco, duabus oris distantibus habitabilem et cultum; quarum altera, quam nos incolimus,

> Sub axe posita ad stellas septem, unde horrifer
> Aquiloni' stridor gelidas molitur nives;

altera *Australis,* ignota nobis, quam vocant Græci Ἀντίχθονα.....

---

(1) Aristoteles.

(2) Hunc locum, fateor, antea proposui, sed ea tantum mente ut Platonica intelligeretur imitatio.

Cap. 34 : — Hegesiæ liber est, « Ἀποκαρτερῶν, » quod *a vita quidam per inediam discedens*, revocatur ab amicis : quibus respondens vitæ humanæ enumerat incommoda.

Tusculan., lib. III.

Cap. 4 : — Num reliquæ quoque *perturbationes animi*, formidines, libidines, iracundiæ? Hæc enim fere sunt ejusmodi, quæ Græci Πάθη appellant : ego poteram *morbos*, et id verbum esset e verbo; sed in consuetudinem nostram non caderet. Nam misereri, invidere, gestire, lætari, hæc omnia *morbos* Græci appellant, *motus animi rationi non obtemperantis* : nos autem hos eosdem motus concitati animi recte, ut opinor, *perturbationes* dixerimus; *morbos* autem non satis usitate : nisi quid aliud tibi videtur.

Cap. 5 : — Itaque nihil melius quam quod est in consuetudine sermonis latini, quum exisse ex potestate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine aut iracundia. Quanquam ipsa iracundia libidinis est pars : sic enim definitur *iracundia ulciscendi libido*. Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. Græci autem Μανίαν unde appellent, non facile dixerim. Eam tamen ipsam distinguimus nos melius, quam illi. Hanc enim insaniam, quæ juncta stultitiæ patet latius, a furore disjungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo : quem nos *furorem*, Μελαγχολίαν illi vocant : quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur.

Tuscul., III, cap. 8 : — Veri etiam simile illud est, qui sit *temperans*, quem Græci Σώφρονα appellant, eamque virtutem Σωφροσύνην vocant, quam soleo equidem tum *temperantiam*, tum *moderationem* appellare, nonnunquam etiam *modestiam*; sed haud scio an recte ea virtus *frugalitas* appellari possit (1), quod angustius apud Græcos valet; qui *frugi homines* Χρησίμους appellant,

(1) Fluctuat igitur, ut videmus, Cicero atque incertus est, quo latino verbo græcum Σωφροσύνη exprimat, tentatque plura.

id est, tantummodo utiles. Ad illud est latius. Omnem enim *abstinentiam*, omnem *innocentiam* (quæ apud Græcos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest Ἀβλάβειαν; nam est *innocentia* affectio talis animi, quæ noceat nemini), reliquas etiam virtutes *frugalitas* continet.

Cap. 10 : — Itaque præclare nostri, ut alia multa, molestiam, sollicitudinem, angorem, propter similitudinem corporum ægrorum, *ægritudinem* nominaverunt. Hoc propemodum verbo Græci *omnem animi perturbationem* appellant. Vocant enim Πάθος, id est, *morbum*, quicumque est motus in animo turbidus. Nos melius : ægris enim corporibus simillima est mentis ægritudo.

Cap. 25 : — Omnibus enim modis fulciendi sunt qui ruunt, nec cohærere possunt propter magnitudinem ægritudinis : ex quo ipsam *ægritudinem* Λύπην Chrysippus, quasi Λύσιν, id est *solutionem* totius hominis, appellatam putat.

Cap. 27 : — Quid ille Terentianus ἑαυτὸν τιμωρούμενος, id est, *ipse se puniens?*

Tuscul., lib. IV, cap. 5 : — ... Quoniam quæ Græci πάθη vocant, nobis *perturbationes* appellari magis placet, quam *morbos*... *Paulo post* (cap. 6) : Est igitur Zenonis hæc definitio, ut *perturbatio* sit, quod Πάθος ille dicit, aversa a recta ratione, contra naturam, *animi commotio.*

Cap. 6 : — Quamobrem simul objecta species cujuspiam est, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura. Id quum constanter prudenterque fit, ejusmodi appetitionem Stoici Βούλησιν appellant, nos appellamus *voluntatem.*

Cap. 8 : — *Obtrectatio* autem est ea, quam intelligi Ζηλοτυπίαν volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo quod ipse concupiverit.

Cap. 9 : — *Excandescentia* autem sit ira nascens et modo exsistens, quæ Θύμωσις Græce dicitur.

Ibidem : — Distinguunt illud etiam, ut sit libido earum rerum, quæ dicuntur de quodam aut quibusdam : quæ Κατηγορήματα dialectici appellant; ut habere divitias, capere honores.

Cap. 10 : — Ex perturbationibus autem primum *morbi* conficiuntur, quæ vocant illi Νοσήματα, eaque quæ sunt eis morbis contraria; quæ habent ad res certas vitiosam offensionem atque

fastidium : deinde *ægrotationes*, quæ appellantur a Stoicis Ἀῤῥωστήματα, hisque item oppositæ contrariæ offensiones.

Cap. 11 : — Similiterque ceteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut *mulierositas*, ut ita appellem eam, quæ Græce Φιλογύνεια dicitur, ceterique similiter morbi ægrotationesque nascuntur. Quæ autem sunt his contraria, ea nasci putantur a metu ; ut *odium mulierum*, quale in Μισογύνῳ Attilii est ; ut in hominum universum genus, quod accepimus de Timone, qui Μισάνθρωπος appellatur.

Cap. 14 : — Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quæ Λογικὰ appellant, quia disseruntur subtilius.

Cap. 15 : — Hujus igitur virtutis contraria est *vitiositas*. Sic enim malo, quam *malitiam* appellare eam, quam Græci Κακίαν appellant. Nam *malitia* certi cujusdam vitii nomen est ; *vitiositas*, omnium.

Tuscul., lib. V, cap. 3. — Itaque et illos septem, qui a Græcis Σοφοί, *sapientes* a nostris et habebantur et nominabantur.....

De Natura Deorum.

Lib. I, cap. 8 : — Audite, inquit, non futiles commentitiasque sententias, non opificem ædificatoremque mundi, Platonis de Timæo Deum ; nec anum fatidicam Stoicorum Πρόνοιαν, quam latine licet *Providentiam* dicere...

Cap. 11 : — Nam Parmenides commentitium quiddam *coronæ similitudine* efficit : Στεφάνην appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cœlum ; quem appellat Deum.

Cap. 12 : — Quod vero *sine corpore ullo* Deum vult esse, ut Græci dicunt, Ἀσώματον, id quale esse possit, intelligi non potest.

Cap. 14 : — Cleanthes autem, qui Zenonem audivit una cum eo, quem proxime nominavi, tum ipsum mundum Deum dicit esse, tum totius naturæ menti atque animo tribuit hoc nomen ; tum ultimum et altissimum, atque undique circumfusum, et extremum omnia cingentem atque complexum ardorem, qui Αἰθήρ nominetur, certissimum Deum judicat.

Cap. 16 : — Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina *anticipationem quamdam Deorum?*

Quam appellat Πρόληψιν Epicurus, id est, *anteceptam animo rei quamdam informationem*, sine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, nec disputari potest.... — *Paulo post :* Quod quoniam fere constat inter omnes non philosophos solum, sed etiam indoctos : fateamur constare illud etiam, hanc nos habere sive *anticipationem*, ut ante dixi, sive *prænotionem* Deorum. Sunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipse Πρόληψιν appellavit, quam antea nemo eo verbo nominarat.

Cap. 18 : — Epicurus autem, qui res occultas et penitus abditas non modo viderat animo, sed etiam sic tractat, ut manu, docet eam esse vim et naturam Deorum, ut primum non sensu, sed mente cernatur; nec soliditate quadam, nec ad numerum, ut ea, quæ ille propter firmitatem Στερέμνια appellat, sed imaginibus similitudine et transitione perceptis....

Cap. 19 : — Summa vero vis infinitatis et magna ac diligenti contemplatione dignissima est : in qua intelligi necesse est eam esse naturam, ut omnia omnibus paribus paria respondeant. Hanc Ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est *æquabilem tributionem.*

Cap. 20 : — Hinc vobis exstitit primum illa *fatalis necessitas*, quam Εἱμαρμένην dicitis ; ut, quidquid accidit, id ex æterna veritate, causarumque continuatione fluxisse dicatis. Quanti autem hæc philosophia æstimanda est, cui, tanquam aniculis, et iis quidem indoctis, fato fieri videantur omnia?

Ibidem : — Sequitur Μαντικὴ vestra, quæ latine *Divinatio* dicitur...

Cap. 23 : — Quid ? Diagoras, Ἄθεος qui dictus est, posteaque Theodorus, nonne aperte Deorum naturam sustulerunt?

Cap. 30 : — Non pudet igitur Φυσικόν, id est, *speculatorem venatoremque naturæ*, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis.

Cap. 31 : — Itaque in illis *selectis ejus brevibusque sententiis*, quas appellatis Κυρίας Δόξας, hæc, ut opinor, prima sententia est : « *quod beatum et immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium.* »

Cap. 39 : — Confugis ad *æquilibritatem* : sic enim Ἰσονομίαν, si placet, appellemus ; et ais, quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere.

De Nat. Deor.

Lib. II, cap. 5 : — ... Tum facibus visis cœlestibus; tum *stellis* iis, quas Græci Κομῆτας, nostri *crinitas* vocant...

Cap. 11 : — *Principatum* autem id dico, quod Græci Ἡγεμονικόν vocant : quo nihil in quoque genere nec potest, nec debet esse præstantius.

Cap. 18 : — Quumque duæ formæ præstantes sint, *ex solidis globus* (sic enim Σφαῖραν interpretari placet); ex planis autem *circulus* aut *orbis*, qui Κύκλος Græce dicitur : his duabus formis contingit solis, ut omnes earum partes sint inter se simillimæ...

Cap. 20 : — Nam ea quæ *Saturni stella* dicitur, Φαίνωνque a Græcis nominatur, quæ a terra abest plurimum, XXX fere annis cursum suum conficit... — *Paulo post :* Infra autem hanc propius a terra *Jovis stella* fertur, quæ Φαέθων dicitur : eaque eumdem XII signorum orbem annis XII conficit, easdemque, quas Saturni stella, efficit in cursu varietates. Huic autem proximum inferiorem orbem tenet Πυρόεις, quæ *stella Martis* appellatur : eaque IIII et XX mensibus, VI, ut opinor, diebus minus, eumdem lustrat orbem, quem duæ superiores. Infra hanc autem *stella Mercurii* est. Ea Στίλβων appellatur a Græcis. — *Paulo post :* Infima est quinque errantium, terræque proxima, *Stella Veneris* Φώσφορος Græce, *Lucifer* latine dicitur, quum antegreditur Solem; quum subsequitur autem, Ἕσπερος.

Cap. 22 : — ... Sic natura mundi omnes motus habet voluntarios, *conatusque et appetitiones*, quas Ὁρμὰς Græci vocant, et his consentaneas actiones sic adhibet, ut nosmet ipsi, qui animis movemur et sensibus. Talis igitur mens mundi quum sit, ob eamque causam vel *Prudentia* vel *Providentia* appellari recte possit (Græce enim Πρόνοια dicitur), hæc potissimum providet, et in his maxime est occupata, primum ut mundus quam aptissimus sit ad permanendum, deinde ut nulla re egeat, maxime autem ut in eo eximia pulchritudo sit atque omnis ornatus.

Cap. 25 : — *Saturnum* autem eum esse voluerunt, qui cursum et conversionem spatiorum ac temporum contineret, qui Deus

Græce id ipsum nomen habet. Κρόνος enim dicitur; qui est idem Χρόνος, id est, *spatium temporis*.

Cap. 26 : — Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est : qui *Dives*, ut apud Græcos Πλούτων, quia et recidant omnia in terras et oriantur e terris. Is rapuit *Proserpinam*, quod Græcorum nomen est; ea enim est, quæ Περσεφόνη Græce nominatur : quam frugum semen esse volunt, absconditamque quæri a matre fingunt. Mater autem est a gerendis frugibus *Ceres*, tanquam *Geres;* casuque prima littera itidem immutata, ut a Græcis. Nam ab illis quoque Δημήτηρ, quasi Γημήτηρ, nominata est.

Cap. 27 : — Nam *Vestæ* nomen a Græcis est : ea est enim, quæ ab illis Ἑστία dicitur. Vis autem ejus ad aras et focos pertinet.

Cap. 29 : — ... Velut a te ipso hesterno die dictum est, anum fatidicam Πρόνοιαν a Stoicis induci (id est, *Providentiam*)...

Cap. 36 : — Hunc rursus amplectitur immensus Αἰθήρ, qui constat ex altissimis ignibus. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam *æther* latine, quam dicitur *aer;* etsi interpretatur Pacuvius,

Hoc, quod memoro, nostri cœlum, Graii perhibent Αἰθέρα.

Quasi vero non Graius hoc dicat; at latine loquitur : siquidem nos non quasi Græce loquentem audiamus. Docet idem alio loco :

Grajugena de isto aperit ista oratio.

Cap. 37 : — Isti autem quemadmodum asseverant, ex corpusculis non colore, non *qualitate aliqua*, quam Ποιότητα Græci vocant, non sensu præditis, sed concurrentibus temere atque casu, mundum esse perfectum ?...

Cap. 43 : —

Has Græci stellas Ὑάδας vocitare suerunt,

a pluendo; Ὕειν enim est *pluere*. Nostri imperite *Suculas :* quasi a suibus essent, non ab imbribus nominatæ.

De Nat. Deor., lib. III.

Cap. 6 : — *Consilium illud imperatorium* fuit, quod Græci Στρατήγημα appellant, sed eorum imperatorum, qui patriæ consulerent, vitæ non parcerent.

Cap. 11 : — Illa vero cohæret et permanet naturæ viribus, non Deorum ; estque in ea *iste quasi consensus*, quam Συμπάθειαν Græci vocant...

Cap. 19 : — Ino Dea dicetur, quæ Λευκοθέα a Græcis, a nobis *Matuta* dicitur, quum sit Cadmi filia? — *Paulo post* : Itemque *Leonaticum est delubrum* Athenis, quod Λεωκόριον nominatur.

Cap. 20 : — Cur autem *Arci species* non in Deorum numero reponatur? Est enim pulcher, et ob eam causam, quia speciem habet admirabilem, *Thaumante* (1) dicitur esse natus.

Cap. 21 : — Διόσκουροι etiam apud Graios multis modis nominantur. Primi tres, qui appellantur Ἄνακτες Athenis, ex Jove, rege antiquissimo, et Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysus ; secundi, Jove tertio nati ex Leda, Castor et Pollux...

De Divinatione.

Lib. I, cap. 1 : — Vetus opinio est jam usque ab heroicis ducta temporibus, eaque et populi Romani et omnium gentium firmata consensu, versari quamdam inter homines *divinationem*, quam Græci Μαντικὴν appellant, id est, *præsensionem et scientiam rerum futurarum*. Magnifica quidem res et salutaris, si modo est ulla ; quaque proxime ad Deorum vim natura mortalis possit accedere. Itaque ut alia nos melius multa, quam Græci, sic huic præstantissimæ rei nomen nostri a Divis, Græci, ut Plato interpretatur, a furore duxerunt.

Cap. 10 : — ... Quid Ἀριστολοχία ad morsus serpentum possit, quæ nomen ex inventore reperit...

Cap. 23 : — Quid ego, quæ Μάγοι Cyro illi principi interpretati sunt, ex Dinonis Persicis libris proferam ? — *Paulo inferius :*

(1) *Thaumas*, græce Θαύμας, ex verbo θαυμάζειν.

... (Scribit) ei dixisse Μάγους (quod genus sapientum et doctorum habebatur in Persis), etc...

Cap. 41 : — Qui et *naturæ rationem*, quam Φυσιολογίαν (1) Græci appellant, notam esse sibi profitebatur.

Cap. 43 : — Nam et Athenienses omnibus semper publicis consiliis *divinos quosdam sacerdotes*, quos Μάντεις vocant, adhibuerunt.

Cap. 54 : — Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quodque ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur, esse *divinum quiddam*; quod Δαιμόνιον appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe revocanti.

Cap. 55 : — ... Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. *Fatum* autem id appello, quod Græci Εἱμαρμένην, id est, *ordinem seriemque causarum*, quum causa causæ nexa rem ex se gignat.

De Divinat., lib. II.

Cap. 4 : — Quo modo autem *mentientem*, quem Ψευδόμενον vocant, dissolvas; aut quemadmodum Σωρείτῃ (2) resistas (quem, si necesse sit, latino verbo liceat *acervalem* appellare; sed nihil opus est : ut enim ipsa *philosophia*, et multa verba Græcorum, sic *sorites* satis latino sermone tritus est)...

Cap. 14 : — Qua *ex conjunctione naturæ*, et *quasi concentu atque consensu*, quam Συμπάθειαν Græci appellant, convenire potest...

Cap. 42 : — Sed ut ratione utamur, omissis testibus, sic isti disputant, qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. Vim quamdam esse aiunt *signifero in orbe*, qui Græce Ζωδιακὸς dicitur, talem ut ejus orbis unaquæque pars alia alio modo moveat immutetque cælum...

Cap. 44 : — Quum enim illi orbes, qui cælum quasi medium dividunt et adspectum nostrum definiunt, qui a Græcis Ὁρίζοντες nominantur, a nobis « *finientes* » rectissime nominari possunt...

(1) Non valuit apud Latinos *physiologia*. — Magus (μάγος), quem supra legimus, raro in usu fuit, sæpius autem « magicus. »

(2) Lege « Soriti. »

Cap. 53 : — Sed demus tibi istas duas *sumptiones*, ea quæ Λήμματα appellant Dialectici; sed nos latine loqui malumus : *assumptio* tamen, quam Πρόσληψιν iidem vocant, non dabitur.

Cap. 54 : — Non esse autem illud carmen furentis, quum ipsum poema declarat (est enim magis artis et diligentiæ, quam incitationis et motus), tum vero ea, quæ Ἀκροστιχὶς quum dicitur, deinceps ex primis versuum litteris aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis, « *Q. Ennius fecit.* »

Cap. 57 : — Demosthenes quidem, qui abhinc annos prope CCC fuit, jam tum Φιλιππίζειν Pythiam dicebat (id est, *quasi cum Philippo facere*).

Cap. 60 : — ... Aut enim divina vis quædam, consulens nobis, somniorum significationes facit; aut conjectores *ex quadam convenientia et conjunctione naturæ*, quam Συμπάθειαν vocant, quid cuique rei conveniat, ex somniis, et quid quamque rem sequatur, intelligunt...

Cap. 69 : — ... Quæ est *continuatio conjunctioque naturæ* (quam, ut dixi, vocant Συμπάθειαν)...

De Fato.

Cap. 1 : — Quia pertinet ad *mores*, quod Ἦθος illi vocant, nos eam partem philosophiæ, de moribus appellare solemus; sed decet augentem linguam latinam nominare *moralem*. Explicandaque *vis* est *ratioque enuntiationum*, quæ Græci Ἀξιώματα vocant : quæ de re futura quum aliquid dicunt, deque eo, quod possit fieri aut non possit, quam vim habeant, obscura quæstio est; quam Περὶ δυνατῶν philosophi appellant; totaque est Λογικῆς, quam « *rationem disserendi* » voco.

Cap. 5 : — Quid? Socratem nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus, Φυσιογνώμων, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere?

Cap. 6 : — Etenim, si est divinatio, qualibusnam a præceptis artis proficiscitur? *Præcepta* appello, quæ dicuntur Græce Θεωρήματα.

Cap. 10 : — Concludit enim Chrysippus hoc modo : « Si est

motus sine causa, non omnis « *Enunciatio,* » quod Ἀξίωμα Dialectici appellant, aut vera aut falsa erit.

Ibidem : — Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam, quum declinat atomus *intervallo minimo.* Id appellat Ἐλάχιστον.

Cap. 12 : — Nec nos impediet *illa ignava ratio,* quæ dicitur : appellatur enim quidam a philosophis Ἀργὸς λόγος; cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita.

De Legibus, lib. I.

Cap. 6 : — ... Itaque arbitrantur prudentiam esse legem, cujus ea vis sit, ut recte facere jubeat, vetet delinquere : eamque rem illi Græco putant nomine, a suum cuique tribuendo, appellatam (1); ego nostro, a legendo.

Cap. 22 : — Ita fit, ut mater omnium bonarum artium *Sapientia* sit; a cujus amore Græco verbo Φιλοσοφία nomen invenit, qua nihil a Diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum vitæ datum est.

De Leg., lib. II.

Cap. 12 : — Quumque *Vesta,* quasi focus urbis, ut Græco nomine est appellata (quod nos prope idem (2) Græcum interpretatum nomen tenemus), consepta sit...

Cap. 13 : — *Divinationem,* quam Græci Μαντικὴν appellant, esse censeo...

Cap. 26 : — De sepulchris autem nihil est apud Solonem amplius, quam, « ne quis ea deleat, neve alienum inferat; » pœnaque est, « si quis *bustum* (nam id puto appellari Τύμβον) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, dejecerit, fregerit. »

---

(1) Græcum nomen est Νόμος ἀπὸ τοῦ νέμειν.

(2) Græcum est Ἑστία.

De Leg., lib. III.

Cap. 20 : — ... Græci hoc diligentius, apud quos Νομοφύλακες creantur : nec hi solum litteras (nam id quidem etiam apud majores nostros erat), sed etiam facta hominum observabant, ad legesque revocabant.

De Officiis.

Lib. I, cap. 3 : — *Perfectum officium*, *rectum* opinor, vocemus, quod Græci Κατόρθωμα, hoc autem *commune* Καθῆκον vocant.

Cap. 27 : — Hoc loco continetur id, quod dici latine « *decorum* » potest, græce enim Πρέπον dicitur.

De Off., lib. I.

Cap. 28 : — Duplex est enim vis animorum atque naturæ : una pars *in appetitu* posita est, quæ est Ὁρμὴ græce, quæ hominem huc et illuc rapit...

Cap. 29 : — ... Multaque multorum *facete dicta*, ut ea, quæ a sene Catone collecta sunt ; quæ vocant Ἀποφθέγματα.

Cap. 30 : — De Græcis autem, dulcem et facetum, festivique sermonis, atque in omni oratione *simulatorem*, quem Εἴρωνα Græci nominaverunt, Socratem accepimus.

Cap. 40 : — Deinceps de ordine rerum et temporum opportunitate dicendum est. Hac autem scientia continetur ea, quam Græci Εὐταξίαν nominant, non hæc, quam interpretamur *modestiam ;* quo in verbo modus inest : sed illa est Εὐταξία, in qua intelligitur *ordinis conservatio... — Paulo post :* ... Locum autem actionis, *opportunitatem temporis* esse dicunt. *Tempus* autem *actionis opportunum*, græce Εὐκαιρία, latine appellatur OCCASIO.

Cap. 43 : — Princepsque omnium virtutum est illa *sapientia*, quam Σοφίαν Græci vocant : *prudentiam* enim, quam Græci Φρόνησιν dicunt, aliam quamdam intelligimus...

De Off., lib. II.

Cap. 2 : — ... Hanc igitur, qui expetunt, Φιλόσοφοι nominantur : nec quidquam aliud est Φιλοσοφία, si interpretari velis, quam *studium sapientiæ.*

Cap. 5 : — ... Alterum, cohibere *motus animi turbatos,* quos Græci Πάθη nominant, *appetitionesque,* quas illi Ὁρμάς, obedientes efficere rationi...

De Seaectute.

Cap. 13 : — Bene enim majores nostri accubitionem epularem amicorum, qui vitæ conjunctionem haberet, *convivium* nominarunt; melius, quam Græci : qui hoc idem tum *compotationem* (Συμπόσιον), tum *concœnationem* (Σύνδειπνον) vocant...

Cap. 17 : — Quam copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Οἰκονομικός inscribitur!

Paradoxa.

Cap. 1 : — Ego vero illa ipsa, quæ vix in gymnasiis et in otio Stoici probant, ludens conjeci in communes locos. Quæ, quia sunt *admirabilia,* contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam Παράδοξα appellantur, tentare volui, possentne proferri in lucem... — *Paulo post :* Et degustabis genus hoc exercitationum earum, quibus uti consuevi, quum ea, quæ dicuntur, in scholis Θετικά, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus.

Ex Somnio Scipionis.

Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circulus elucens, quem nos (ut a Graiis accepistis) *Orbem Lacteum* (1) nuncupatis.

Epist. ad Familiares. — Ex volumine *Epistolarum.*

Lib. I, 6 : — Sed præsta te eum, qui mihi *a teneris*, ut Græci dicunt, *unguiculis* es cognitus. Græce dicitur Ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων.

Lib. IX, 24 : — ... Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atque victus, remissionemque animorum; quæ maxime sermone efficitur familiari, qui est in conviviis dulcissimus : ut sapientius nostri, quam Græci; illi Συμπόσια aut Σύνδειπνα, id est, *compotationes* aut *concœnationes;* nos *convivia*, quod tum maxime simul vivitur.

Lib. IX, 26 : Sed tamen Aristippus quidem ille Socraticus non erubuit, quum esset objectum, habere eum *Laida.* « *Habeo,* inquit, *non habeor a Laide.* » Græce hoc melius. Tu, si voles, interpretabere. — Græca verba sunt Ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι.

Lib. XIII, 1 : — Quamobrem peto a te, ut scribas ad tuos, posse tua voluntate *decretum illud Areopagitarum*, quem Ὑπομνηματισμὸν illi vocant, tolli.

Lib. XV, 16 : — Neque id Κατ' εἰδώλων φαντασίας, ut dicunt tui amici novi, qui putant etiam Διανοητικὰς φαντασίας *spectris* Catianis excitari. Nam, ne te fugiat, Catius Insuber, Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille Gargettius, etiam ante Democritus, Εἴδωλα, hic *spectra* nominat.

Lib. XVI, 24 : — Mihi *prora et puppis*, ut Græcorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares. — Græce dicitur Πρώρα καὶ πρύμνα.

---

(1) Græce Κύκλος γαλαξίας.

Epist. ad Atticum.

Lib. I, 16 : — Nam cætera non possunt habere neque vim, neque venustatem, remoto illo *studio contentionis*, quam Ἀγῶνα vos appellatis.

Lib. IV, 4 : — ... Iisque imperes, ut sumant membranulam, ex qua *indices* fiant, quos vos Græci, ut opinor, Συλλάβους appellatis.

Lib. VII, 3 : — Quod si Δήμους (1) *oppida* volumus esse, tam est oppidum Sunium quam Piræus.

Lib. XIII, 23 : — Et mehercule nunc, quum ita simus affecti, ut non possimus plane *simul vivere* (intelligis enim profecto, in quo maxime posita sit Συμβίωσις), facile patiebar, nos potius Romæ una esse quam in Tusculano.

Lib. XIII, 44 : — Brutus mihi T. Ligarii verbis nuntiavit, quod appelletur L. Curfidius in oratione Ligariana, *erratum* esse meum, sed, ut aiunt, Μνημονικὸν ἁμάρτημα.

Lib. XIII, 52 : — Quid quæris? delectatus est (2), et libenter fuit. Puteolis se aiebat unum diem fore, alterum ad Baias. Habes *hospitium*, sive Ἐπισταθμίαν odiosam, mihi, dixi, non molestam.

Lib. XVI, 11 : — Quod de inscriptione quæris, non dubito quin Καθῆκον *officium* sit, nisi quid tu aliud : sed inscriptio plenior, de officiis. Προσφωνῶ Ciceroni filio. Visum est non ἀνοικεῖον.

Lib. XVI, 14 : — Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubium quin quod Græci Καθῆκον, nos « *officium...* »

Ad Q. fratrem, lib. III, 6 : — Cessator esse noli ; et illud Γνῶθι σεαυτόν, noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum, verum etiam ut bona nostra norimus.

---

(1) Δῆμος idem est ac κώμη ; latine dicitur *locus*.

(2) J. Cæsar.

CAPUT VI.

CICERONIS ALII LOCI, IN QUIBUS VERBA QUÆDAM GRÆCA INTERPRETATUR, SED IPSAS GRÆCAS VOCES, UT IN SUPERIORIBUS LOCIS, NON ADSCRIBENS, ALICUBI ETIAM INTERPRETARI SE QUASI DISSIMULANS (1).

De Orat., lib. I, cap. 44 : — Ac si nos, id quod maxime debet, nostra Patria delectat; cujus rei tanta est vis ac tanta natura, ut «*Ithacam illam, in asperrimis saxulis, tanquam nidulum, affixam,*» sapientissimus vir immortalitati anteponeret. — Vide ut Cicero epitheta hæc Κραναή et Τραχεῖα interpretatus sit. Utraque enim apud Homerum de Ithaca eo sensu dicuntur. Sed Τρηχεῖα est apud illum, metri causa. (H. Steph.)

De Orat., lib. II, cap. 15 : — Verborum autem ratio et *genus orationis, fusum atque tractum,* et cum lenitate quadam æquabili profluens, sine hac judiciali asperitate, et sine sententiarum forensium aculeis persequendum est. — Idem *in Oratore*, de historia loquens (cap. 20) : Sed in his *tracta quædam et fluens* expetitur, *non hæc contorta et acris oratio.*

Cicero priore illo loco omnino expressit Εἰρομένην λέξιν quam appellat Aristoteles; posteriore et Εἰρομένην et Κατεστραμμένην. Atque hoc eo magis audacter pronuntio, quod etiam Adrianum Turnebum, maximi nominis virum, in eadem opinione esse videam. (H. Steph.)

Orator, cap. 68 : — Itaque, qualis eorum motus, quos Ἀπαλαίστρους Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias. — *Paulo post :* Sed magnam exercitationem res flagitat... — *Paulo ante dixerat :* Ut enim Athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quamdam....

(1) H. Stephanum, auctorem gravissimum, ita religiose sum secutus, ut nihil omnino in hoc capite, præter ordinem, mutaverim.

Cicero quos Ἀπαλαίστρους vocet, satis, ut vides, ex præcedentibus et sequentibus ostendit. (H. Steph.)

Ibidem, cap. 31 : — Multæ sunt ejus (Demosthenis) totæ orationes subtiles, ut *contra Leptinem;* multæ totæ graves, ut quædam Philippicæ; multæ variæ, ut contra Æschinem, *falsæ legationis,* ut contra eumdem *pro causa Ctesiphontis.*

Observa hic ut Cicero interpretetur πρὸς Λεπτίνην, *contra Leptinem;* Παραπρεσβείαν, *falsam legationem :* quum ejusdem verbi vim exprimere volens alibi, dicat Æschinem a Demosthene accusatum quod legationem ementitus esset. Observa etiam ut ὑπὲρ Κτησιφῶντος non interpretur pro Ctesiphonte, sed *pro causa Ctesiphontis.* (H. Steph.)

Epist. at Atticum, lib. XIII, 21 : — Scripsit enim Balbus ad me, se a te quintum de Finibus librum descripsisse : in quo non sane multa mutavi; sed tamen quædam. Tu autem commode feceris, si reliquos continueris; ne et Ἀδιόρθωτα habeat Balbus, et Ἕωλα Brutus. — *Aliquanto post*, XIII, 22 : Balbo quidem intelligebam satisfaciendum fuisse : tantum nolebam aut *obsoletum* Bruto, aut Balbo *inchoatum* dari.

Vide ut Cicero quod græce dixerat Ἀδιόρθωτον latine *inchoatum* appellet : Ἕωλον autem, *obsoletum.* (H. Steph.)

Epist. ad Att., lib. XIII, 27 : — Cicero de quadam sua ad Cæsarem epistola loquens : « Quod enim aliud argumentum epistolæ nostræ nisi Κολακεία fuit? »

Aliquanto post (XIII, 28) ita loquitur : « De epistola ad Cæsarem, jurato mihi crede, non possum; nec me turpitudo deterret, etsi maxime debebat. Quam enim turpis est assentatio, quum vivere ipsum turpe sit nobis ! »

Quam Κολακείαν dixerat, hic appellat *assentationem.*

Ibidem (XIII, 28) : « Quid? tu hunc de pompa, Quirini *contubernalem*, his nostris moderatis Epistolis lætaturum putas? » — Apud eumdem (Epist. XII, 45) hæc leguntur : « De Cæsare vicino scripseram ad te, quia cognoram ex tuis litteris. Eum Σύνναον Quirino malo, quam saluti. » — Sed hic Cicero videtur vocem latinam paulo latius extendere.

Ex quo intelligitur Ciceronem sæpe in utraque lingua eadem expressisse sententiam.— At rursus philosophicos libros evolvamus.

Academic., lib. I, cap. 5 : — Ut in pedibus, celeritatem; vim, in manibus; claritatem, in voce; in lingua etiam explanatam vocum *impressionem.* — *Paulo post :* Naturæ *celeritatem ad discendum* et memoriam dabant.

Cicero Τύπωσιν hic reddidit *impressionem;* Εὐμάθειαν autem, *celeritatem ad discendum* : quam alibi uno verbo *docilitatem* appellat. (H. Steph.)

Ibidem, cap. 5 : — In quibus erat philosophia ipsa, in qua quod inchoatum est neque absolutum, *progressio* quædam ad virtutem appellatur.

Quam Cicero *progressionem* appellat, Προκοπὴ græce dicitur.

Lib. I, cap. 7 : — « Earum igitur qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. Principes sunt uniusmodi et simplices. Ex iis autem ortæ, variæ sunt, et quasi *multiformes.* » — Cicero pro græco nomine Πολυειδεῖς latinum *multiformes* ponere voluit : cujus ut novitatem quadammodo excusaret, *quasi* dixit. (H. Steph.) — *Paulo post* (cap. 7) : « Sed subjectam putant omnibus sine ulla specie, atque *carentem omni illa qualitate* (faciamus enim tractando usitatius hoc verbum et tritius) *materiam quamdam...»* —Ὕλην ἄποιον dixit Cicero *materiam omni qualitate carentem.* —*Paulo post* (cap. 7) : Et *materiam ipsam totam penitus commutari putant, et illa effici, quæ appellant qualia.* » — Cicero per *qualia* intelligit τὰ Ποιὰ vel Πεποιωμένα. — *Paulo superius* (cap. 7) : « Ergo illa initia, et, ut græce vertam, *elementa* dicuntur. » Στοιχεῖα græce.

Cap. 10 : — De Zenone loquens : « Cetera autem, etsi nec bona, nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia *naturæ esse contraria.* Iis ipsis alia interjecta et media numerabat. *Quæ autem secundum naturam essent*, ea sumenda et quadam æstimatione dignanda docebat; contraque contraria : neutra autem in mediis relinquebat; in quibus ponebat nihil omnino esse momenti. Sed quæ essent sumenda, ex iis alia pluris esse æstimanda, alia minoris. Quæ pluris, ea præposita appellabat; rejecta autem, quæ minoris. »

Ea quæ naturæ contraria, Ἀλλότρια Stoici; *quæ vero secundum naturam essent* Οἰκεῖα appellabant. (H. Steph.)

Idem *Cicero in Lucullo* (cap. 12) : Οἰκεῖον *accommodatum ad naturam* interpretatur; ubi ait : « Nam quo modo non potest animal

ullum non appetere id quod *accommodatum ad naturam* appareat (Græci id Οἰκεῖον appellant) : sic non potest objectam rem non approbare. »

Quæ autem Cicero dicit, « *sumenda et quadam æstimatione dignanda,* » Ληπτὰ καὶ ἀξίαν ἔχοντα vocabantur. « *Præposita* » autem, Προηγμένα. « *Rejecta,* » Ἀποπροηγμένα. At « *ea in quibus ponebat nihil omnino esse momenti,* » Ὅλως ἀῤῥεπῆ dicebantur. — Quod autem Cicero paulo post dicit (lib. I, cap. 10) : « *Perturbationes opinionis judicio suscipi,* » hisce Græcis verbis respondet, Κρίσεις τινὰς εἶναι τοῦ λογιστικοῦ τὰ πάθη. (Henr. Steph.)

Cic. de fin., I, cap. 11 : — « ... Nam si ea sola voluptas, quæ quasi *titillaret* sensus, ut ita dicam... hoc verbo « *titillare* » (1) Cicero voluit exprimere verbum Epic. Γαργαλίζειν.

Cic. de fin., II, cap. 2 : — De Epicuro loquens : « Eumque qui crebro dicat, diligenter oportere exprimi, *quæ vis subjecta sit vocibus*, non intelligere interdum, quid sonet hæc vox voluptatis... »

Cicero dicens « *quæ vis subjecta sit* », Græcam vocem Epicuri Ὑποτεταγμένα expressit.

Lib. II, cap. 15 : — « Ut enim consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum, quod est *populari fama gloriosum.* » — Idem in *Lucullo* (cap. 46) : « Audi contra illos, qui nomen honestatis a se ne intelligi quidem dicant, nisi forte quod *gloriosum* sit *in vulgus*, id honestum velimus dicere... »

Quum Cicero dixit uno in loco « *gloriosum populari fama* », altero, « *Gloriosum in vulgus* », Ἔνδοξον interpretari voluit. Dicebat enim Epicurus « Ἢ μηδὲν εἶναι τὸ καλόν, ἢ ἄρα τὸ ἔνδοξον. »

Cap. 23 : — « *Individua* quum dicitis et *intermundia*, quæ nec sunt ulla nec possunt esse, intelligimus. »

Individua et *intermundia* vocat Ἀτόμους et Μετακόσμια.

Cap. 33 : — « Partim cursu et peregrinatione lætantur; *congregatione aliæ cœtum quodam modo civitatis imitantur.* »

(1) Vocabula *titillare* et *titillatio* proprio sensu apud Ciceronem mihi non occurrerunt, at vero translata semper particula *quasi* adjecta ; iis Epicurea Γαργαλισμὸς et Γαργαλίζειν exprimuntur. — *Titillare* reperitur etiam *in Tuscul.*, III, 20 et *de Off*., II, 18.

Non possit quisquam aptius verba Græca Aristotelis Ἀγελαῖα ζῶα et πολιτικὰ latine interpretari. (H. Steph.)

Cap. 34 : — « Quæ autem est alia causa erroris tanti, tam longe lateque diffusi, nisi quod is, qui voluptatem summum bonum esse decernit, non cum ea *parte animi, in qua inest ratio atque consilium*, sed cum *cupiditate*, id est, cum animi levissima parte deliberat? »

Hic Cicero τὸ Ἐπιθυμητικὸν *cupiditatem* interpretatur : Τὸ Λογιστικὸν *partem animi in qua inest ratio atque consilium.*

De fin., III, cap. 6 : — « *Quum vero illa, quæ officia esse dixi, proficiscantur ab initiis Naturæ, ea ad hæc referri necesse est : ut recte dici possit, omnia officia eo referri, ut adipiscamur principia Naturæ...* »

Stoicorum verba sunt apud Plutarchum : Τὸ πάντα τὰ παρ' ἑαυτὸν ποιεῖν ἕκαστον ποιεῖν ἕκαστον, ἕνεκα τοῦ τυγχάνειν τῶν πρώτων κατὰ φύσιν. — Ἐπ' ἐκεῖνο δὲ πάντα ἔχειν τὰ πραττόμενα τὴν ἀναφοράν, τὸ τυγχάνειν τῶν πρώτων κατὰ φύσιν. — Hic quæ verba quibus respondeant, tu vide. (H. Steph.)

De fin., III, cap. 18 : — « Sed quum ab his omnia proficiscantur officia, non sine causa dicitur ad ea referri omnes nostras cogitationes ; in his et *excessum e vita*, et *in vita mansionem.* »

Μονὴν ἐν τῷ βίῳ καὶ ἐξαγωγὴν interpretatur *mansionem in vita* et *excessum e vita*. (H. St.)

De fin., IV, cap. 3 : — Stoicos irridens ait : « At quanta conantur ? mundum hunc omnem, oppidum esse nostrum. Incendit igitur eos, qui audiunt. Vides quantam rem agas : ut, Circeis qui habitet, *totum hunc mundum, suum municipium esse existimet.* »

Græcum nomen quod exprimere voluit hic Cicero, est Κοσμοπολίτης. Ad quod alludens etiam (*Academic.*, lib. I, cap. 5) dicit de veteribus Academicis loquens : « Hominem esse censebant quasi partem quamdam civitatis et universi generis humani, eumque conjunctum cum hominibus humana quadam societate. »

De Nat. Deor., I, cap. 40 : — « At has leviores ducis voluptates, quibus quasi *Titillatio* (Epicuri enim hoc verbum est) sensibus adhibetur (1). » Quod quidem verbum est Γαργαλισμός (vid. Cleomed. Κυκλ. θεωρ., lib. II, p. 250, ed. Basil.).

---

(1) Vid. et *Cat.* § 47.

Tusculan., lib. III, cap. 5 : — « Itaque nihil melius quam quod est in consuetudine sermonis latini, quum exisse ex potestate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine aut iracundia. Quanquam ipsa iracundia libidinis est pars. Sic enim definitur *iracundia ulciscendi libido.* » — Græce Ὀργή, τιμωρίας ἐπιθυμία.

Lib. V, cap. 3 : — « ... Pythagoram autem respondisse : « similem sibi videri vitam hominum et mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. »

Cicero videtur tot verba hic posuisse, quod nullum haberet quo uno vim hujus Græci verbi Πανήγυρις exprimere posset. (H. Steph.)

Cap. 28 : — « Stoicorum quidem facilis conclusio est : qui quum finem bonorum esse senserint, congruenter naturæ cumque ea convenienter vivere... » — Idem *de fin.*, III, cap. 8 : — « ... Quum ergo hoc sit extremum congruenter naturæ convenienterque vivere... » — Idem *de Off.*, III, cap. 3 : « Etenim quod summum bonum a Stoicis dicitur, convenienter naturæ vivere : id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum virtute congruere semper.... » Sed et Horatius (Epist. II, 10) :

Vivere naturæ si convenienter oportet, . . .

vides ut nulla magis apta repererint vocabula quibus Græca hæc exprimerent, Ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. (H. Steph.).

De Divinatione, lib. I, cap. 55 : — « *Fatum* autem id appello, quod Græci Εἱμαρμένην, id est, *ordinem seriemque causarum*, quum causa causæ nexa rem ex se gignat. »

Vide ut Cicero Εἱρμόν *seriem* interpretatus sit. Græci enim Εἱμαρμένην definiunt Εἱρμὸν αἰτιῶν. Sic et alibi sæpe Cicero *seriem* pro continuatione et quadam velut colligatione accipit. Quod optime nomini huic « Εἱρμός » et ejus etymologiæ respondet. Idem tamen ad hanc fati definitionem alludens in libro de Fato ait (cap. 12) : « An aliter hæc enuntiatio vera esse non potest, « *capiet Numantiam Scipio;* » nisi ex æternitate causa causam serens hoc erit effectura? » — Sed hoc nemini mirum videri debet, quamvis alia sit Græcæ, alia Latinæ vocis notatio, eamdem utriusque significationem esse. (H. Steph.)

Cic. de Fato, cap. 3 : « ... Ut in reliquis ejusmodi, *naturæ contagio* valet; quam ego non tollo, vis est nulla fatalis. »

Cicero hic verbum Græcum Συμπάθειαν exprimere voluit : idem alibi apud Ciceronem appellatur « *rerum cognatio*, « *naturæ convenientia*, » « *concentus atque consensus.* »

Ibidem, cap. 5 : — Hæc disserens, qua de re agatur et in quo causa consistat, non videt. Non enim, si alii ad alia propensiores sint propter *causas naturales et antecedentes*, idcirco etiam nostrarum voluntatum atque appetitionum sunt *causæ naturales et antecedentes.* Nam nihil esset *in nostra potestate*, si res ita se haberet.

Cicero Προκαταρκτικὰ sive Προηγούμενα αἴτια vocat « *antecedentes causas.* » Et « *in nostra potestate* » quod Stoici Ἐφ' ἡμῖν appellant. — Paulo post « *principales causas* » appellat Κύρια καὶ Συνεκτικὰ αἴτια, quum ait : « Ut enim et ingeniosi et tardi ita nascantur antecedentibus causis, itemque valentes et imbecilli : non sequitur tamen, ut etiam sedere et ambulare et rem agere aliquam *principalibus causis* definitum et constitutum sit. » — Sed hic quum « *principales* » dicit, præcipue Κύρια exprimit. — Aliquanto post (cap. 9) sensum hujus verbi Συνεκτικὰ explicat, quum ait : « Sed interest inter *causas fortuito antegressas* et inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem. » Atque hic rursum alio verbo Προκαταρκτικὰ seu Προηγούμενα exponit. Sed adverbium « *fortuito* » in neutro horum duorum includitur : et aliis in locis vocat Cicero *causas antegressas*, hoc adverbium non addens. (H. Steph.)

Ibidem (cap. 6) : — Si enim verum est *quod ita connectitur,* « si quis oriente canicula natus est, in mari non morietur : » illud quoque verum est, « si Fabius oriente canicula natus est, in mari non morietur. » — Hic « *quod connectitur* » et alibi « *connexum* dicit quod Stoici Τὸ Συνημμένον vel τὸ ἐκ συνημμένων appellare solebant. — Paulo post (cap. 6) : « Ergo hæc quoque *conjunctio* est ex repugnantibus, » « et est Fabius, et in mari Fabius morietur. » — Συμπεπλεγμένον iidem vocabant quam hic Cicero *conjunctionem.* — Statim post : « Ergo illud « morietur in mari Fabius » ex eo genere est *quod fieri non potest.* » Græce Τῶν ἀδυνάτων ἐστί.

Ibidem, cap. 9 : — ... « Ut, quum duo *individua* per *inanitatem* ferantur, alterum *e regione* moveatur, alterum declinet. » — *Individua*, ἄτομοι : quæ alibi, *individua corpuscula.* — *Inanitas*, Τὸ Κενόν. — *E regione*, Κατὰ στάθμην.

Paulo post (cap. 10) : — « Ad perpendiculum rectis lineis »

pro eodem dicit : ubi hæc ait : « Sed Epicurus declinatione atomi vitari fati necessitatem putat. Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam, quum declinat atomus *intervallo minimo.* Id appellat 'Ελάχιστον. Quam *declinationem* sine causa fieri, si minus verbis, re cogitur confiteri. Non enim atomus ab atomo pulsa declinat. Nam qui potest pelli alia ab alia, si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua, rectis lineis, ut Epicuro placet? » — Reliqui duo *motus*, quorum Cicero meminit, Græce dicuntur Κινήσεις κατὰ Παρέγκλισιν καὶ κατὰ Πληγήν. (H. Steph.)

Ibidem, cap. 12 : — « Nec nos impediet *illa ignava ratio* quæ dicitur. Appellatur enim quidam a philosophis Ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita. Sic enim interrogant : « Si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere; sive medicum adhibueris, sive non, convalesces, etc. » — Paulo post (cap. 13) : « Recte *genus hoc interrogationis ignavum atque iners* nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tolletur actio. »

Observa hic ut Cicero vocem Λόγον, quam interpretatus erat *rationem,* continuo post *interrogationem* appellet. Idem aliquanto post rursus *rationem* pro *ratiocinatione* (ut Stoici Λόγον ἀντὶ τοῦ συλλογισμοῦ) usurpat; quum ait (cap. 18) : «Itaque illi rationi, quam paulo ante conclusi, sic occurrit : Si omnia fato fiant, sequi illud quidem, ut omnia causis fiant *antepositis;* verum non *principalibus* et *perfectis*, sed *adjuvantibus* et *proximis.* »

Sed præterea in hoc postremo loco observa causas *antepositas* a Cicerone vocari, quas prius *antecedentes* et *antegressas* dixerit, Προηγούμενα vel Προκαταρκτικὰ αἴτια. Quanquam non tam hujus quam illius vocis vis hisce verbis Latinis exprimitur. *Principales* autem et *perfectas*, Κύρια καὶ Αὐτοτελῆ. *Adjuvantes causas*, Συναίτια. *Proximas causas*, Προσεχῆ αἴτια. Antea etiam vocaverat *naturalem causam*, Αἴτιον φυσικόν.

Ibidem, aliquanto ante locum proxime citatum (cap. 13) : « At si ita fatum sit, « nascetur Œdipus Laio»; non poterit dici, sive fuerit Laius cum muliere, sive non fuerit ; copulata enim res est et *confatalis :* sic enim appellat (sub. Chrysippus)... »

Paulo post : — « Tam enim est fatale, medicum adhibere quam convalescere. Hæc, ut dixi, *confatalia* ille appellat. »

Συνειμαρμένον quod appellat Chrysippus, Cicero *confatale* vertit...

Cic. de Legibus, lib. I, cap. 6 : — « Lex est ratio summa, insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria. » — Paulo post : « Ea est enim naturæ vis ; ea mens, ratioque prudentis ; ea juris atque injuriæ regula. » — Cicero prius illud « *quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria*, » ex Chrysippo interpretatur, qui Νόμον definiens, inter cetera ait : « Δεῖ εἶναι προστακτικὸν μὲν τῶν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δὲ τῶν οὐ ποιητέων. » — Item hoc posterius « *ea juris atque injuriæ regula*, » ex Chrysippo transfert, qui ait in eadem definitione : Δεῖ εἶναι κανόνα δικαίων τε καὶ ἀδίκων.

Ibidem, cap. 7 : — « Nec vero ferent, si audierint, te primum caput libri optimi prodidisse, in quo scripsit, « *nihil curare Deum, nec sui, nec alieni.* » — Hæc sunt ex libro quem Epicurus Κυρίας δόξας inscripsit. Hæc enim illic prima sententia est : « Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει. » — Idem Cicero ista quorum hic sensum tantummodo exposuit (*de Nat. Deor.*, 11. a. Edit. Ald.), ad verbum ita reddidit : « *quod beatum et immortale est, id nec habet nec exhibet cuiquam negotium.* »

Idem, cap. 11 : — « Nam et *voluptate* capiuntur omnes ; quæ etsi *illecebram turpitudinis,* tamen habet quiddam simile naturalis boni. » Plato in Timæo Ἡδονήν appellat Δέλεαρ κακῶν. Ad hæc verba respicit hic Cicero Δέλεαρ interpretans *illecebram ;* quum in libro de Senectute verterit *escam ;* ubi ait : « Divinitus enim Plato *escam malorum, voluptatem* appellat. »

De Leg., lib. II, cap. 26 : — « Si quis bustum aut monumentum, inquit Solon, aut *columnam* violarit, dejecerit, fregerit. » — Paulo post : « Nam super terræ tumulum noluit quid statui nisi *columellam*, tribus cubitis ne altiorem... » — Cicero Στήλην *columnam*, Στηλίδα *columellam* hic interpretatus est.

pro eodem dicit : ubi hæc ait : « Sed Epicurus declinatione atomi vitari fati necessitatem putat. Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam, quum declinat atomus *intervallo minimo*. Id appellat Ἐλάχιστον. Quam *declinationem* sine causa fieri, si minus verbis, re cogitur confiteri. Non enim atomus ab atomo pulsa declinat. Nam qui potest pelli alia ab alia, si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua, rectis lineis, ut Epicuro placet? » — Reliqui duo *motus*, quorum Cicero meminit, Græce dicuntur Κινήσεις κατὰ Παρέγκλισιν καὶ κατὰ Πληγήν. (H. Steph.)

Ibidem, cap. 12 : — « Nec nos impediet *illa ignava ratio* quæ dicitur. Appellatur enim quidam a philosophis Ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita. Sic enim interrogant : « Si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere; sive medicum adhibueris, sive non, convalesces, etc. » — Paulo post (cap. 13) : « Recte *genus hoc interrogationis ignavum atque iners* nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tolletur actio. »

Observa hic ut Cicero vocem Λόγον, quam interpretatus erat *rationem*, continuo post *interrogationem* appellet. Idem aliquanto post rursus *rationem* pro *ratiocinatione* (ut Stoici Λόγον ἀντὶ τοῦ συλλογισμοῦ) usurpat; quum ait (cap. 18) : « Itaque illi rationi, quam paulo ante conclusi, sic occurrit : Si omnia fato fiant, sequi illud quidem, ut omnia causis fiant *antepositis ;* verum non *principalibus* et *perfectis*, sed *adjuvantibus* et *proximis*. »

Sed præterea in hoc postremo loco observa causas *antepositas* a Cicerone vocari, quas prius *antecedentes* et *antegressas* dixerit, Προηγούμενα vel Προκαταρκτικὰ αἴτια. Quanquam non tam hujus quam illius vocis vis hisce verbis Latinis exprimitur. *Principales* autem et *perfectas*, Κύρια καὶ Αὐτοτελῆ. *Adjuvantes causas*, Συναίτια. *Proximas causas*, Προσεχῆ αἴτια. Antea etiam vocaverat *naturalem causam*, Αἴτιον φυσικόν.

Ibidem, aliquanto ante locum proxime citatum (cap. 13) : « At si ita fatum sit, « nascetur Œdipus Laio »; non poterit dici, sive fuerit Laius cum muliere, sive non fuerit ; copulata enim res est et *confatalis :* sic enim appellat (sub. Chrysippus)... »

Paulo post : — « Tam enim est fatale, medicum adhibere quam convalescere. Hæc, ut dixi, *confatalia* ille appellat. »

Συνειμαρμένον quod appellat Chrysippus, Cicero *confatale* vertit...

Cic. de Legibus, lib. I, cap. 6 : — « Lex est ratio summa, insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria. » — Paulo post : « Ea est enim naturæ vis; ea mens, ratioque prudentis; ea juris atque injuriæ regula. » — Cicero prius illud « *quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria*, » ex Chrysippo interpretatur, qui Νόμον definiens, inter cetera ait : « Δεῖ εἶναι προστακτικὸν μὲν τῶν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δὲ τῶν οὐ ποιητέων. » — Item hoc posterius « *ea juris atque injuriæ regula*, » ex Chrysippo transfert, qui ait in eadem definitione : Δεῖ εἶναι κανόνα δικαίων τε καὶ ἀδίκων.

Ibidem, cap. 7 : — « Nec vero ferent, si audierint, te primum caput libri optimi prodidisse, in quo scripsit, « *nihil curare Deum, nec sui, nec alieni.* » — Hæc sunt ex libro quem Epicurus Κυρίας δόξας inscripsit. Hæc enim illic prima sententia est : « Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει. » — Idem Cicero ista quorum hic sensum tantummodo exposuit (*de Nat. Deor.*, 11. a. Edit. Ald.), ad verbum ita reddidit : « *quod beatum et immortale est, id nec habet nec exhibet cuiquam negotium.* »

Idem, cap. 11 : — « Nam et *voluptate* capiuntur omnes; quæ etsi *illecebram turpitudinis*, tamen habet quiddam simile naturalis boni. » Plato in Timæo Ἡδονήν appellat Δέλεαρ κακῶν. Ad hæc verba respicit hic Cicero Δέλεαρ interpretans *illecebram;* quum in libro de Senectute verterit *escam;* ubi ait : « Divinitus enim Plato *escam malorum, voluptatem* appellat. »

De Leg., lib. II, cap. 26 : — « Si quis bustum aut monumentum, inquit Solon, aut *columnam* violarit, dejecerit, fregerit. » — Paulo post : « Nam super terræ tumulum noluit quid statui nisi *columellam*, tribus cubitis ne altiorem... » — Cicero Στήλην *columnam*, Στηλίδα *columellam* hic interpretatus est.

CAPUT VII.

QUÆ GRÆCA, QUÆ NOVA VOCABULA, QUÆ POSTREMO SINT TRANSLATA APUD M. T. CICERONEM, GRÆCORUM INTERPRETEM.

Ex istis, quos supra proposui, interpretatis locis intelligi potest quantum elaboraverit ille ingenio præstantissimus orator, ut Philosophiam veterem, a Socrate ortam, latinis litteris illustraret, et novam primus patrio sermone ditando laudem consequeretur. Ego vero, ne quid desiderari possit, ut fiat judicium de virtute et elegantia Ciceronis Græcorum interpretis, omnes sententias ac voces e Græco expressas collegi, operæ pretium fore ratus, si quisque Grammaticorum studiosissimus (ut antea dixi) tot locos (1) utriusque linguæ vestigando non otium frustra consumeret.

(1) Quos quidem locos eodem ordine habere non debemus : alii vero ab aliis secernendi mihi videntur, ut fieri queat inter eos facilis et expedita distinctio : nam qui ex Platonis Aristotelisque operibus excerpti fuere, in latinum a Cicerone conversi, ii perficiendæ linguæ multum contulerunt ; qui autem Zenoni et Epicuro tribuendi sunt loci perniciosum Romanis imitatoribus exemplum proposuere. Etenim illi « summis ingeniis exquisitaque doctrina philosophi, » quos sæpe amplissimis Cicero laudibus extulit, utpote qui ingenuis studiis artibusque delectarentur, et verba et sententiarum conformationes in communi consuetudine loquendi sumpserunt. Itaque magnus uterque evadere potuisset orator. « Platonem existimo (inquit Cicero *de Off.* I, 1), si genus forense tractare voluisset, gravissime et copiosissime potuisse dicere. » — Aristotelem « non deterruit a scribendo amplitudo Platonis » (*Orat.* I, 5). Qui vero fuit ipse « eloquens et in dicendo suavis atque ornatus » (*Orat.* I, 11). Nam, illius sententia, nemo cumulatus omni laude philosophus erat, nisi fuisset omnium magnarum rerum scientiam consecutus. — Quibus expositis, dubitari non potest quin « ubertatem et silvam dicendi » ab illis scriptoribus Latini duxerint. Quid? quod idem Tullius de utilitate philosophiæ Academicæ in oratorem redundante sic scripsit : « Fateor me oratorem, si modo sim aut etiam quicumque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiæ spatiis exstitisse » (*Orat.* 3).—Cicero igitur litteris latinis maxime profuit, quum « divina illa ingenia », interpretis functus munere, ad suorum civium transtulit admirationem. At idem, quum dogmata Stoicorum aut Epicureorum vertit, non solum illiberalem, sed etiam latinæ linguæ nociturum laborem aggressus est : nociturum certe imitatoribus haud intelligentis judicii ! Quis enim est qui non videat quantum Zeno et Epicurus a vocabulis ante tritis abhorreant? — Nov• verba fingunt,

Illa spe, fateor, inductus, magnam adhibui diligentiam ne in varias prudentium reprehensiones incurrerem. Quæ diligentia utinam et mihi bene cesserit et iis qui mea perlegent!

Cicero philosophus, quum se dedit huic novo generi litterarum, non ignorabat se arduum opus multisque improbatum conari. Nam ubi adversus vituperatores philosophiam defendit ac collaudavit : « His (ait) est difficilius satisfacere, qui se latina scripta dicunt contemnere. In quibus hoc primum est in quo admirer, cur in gravissimis rebus non delectet eos patrius sermo, quum iidem fabellas latinas, ad verbum de Græcis expressas, non inviti legant. Quis enim tam inimicus pæne nomini Romano est, qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii spernat aut rejiciat?... — Mihi quidem nulli satis eruditi videntur, quibus nostra ignota sunt. An,

Utinamne . . . . .

---

deserunt usitata. Nam isti Philosophiam ex altissimo domicilio quasi deprimere volunt, ut illa in inferiore loco angustiis cingatur iis regionum,

Quas extra citraque nequit consistere verum,

(si fides iisdem habenda est). Non igitur mirum quod, quum certam disciplinæ formulam instituant seque ad alteram vertere scholam unquam posse negent (quippe rerum novarum scientiam professi), inusitatis vocibus utantur. Omnibus enim hoc vitium est philosophis, ut, quum primi nova curiosos homines doceant, si præsertim sint occulta quædam et quasi involuta, usitatum sermonem aspernentur, et barbarorum nominum magniloquentiam affectent, quæ nemo, nisi discipulus ac comes assiduus, intelligat. Hoc profecto habuit (ut domestico et recenti utar exemplo) ille vir acutissimi ingenii, qui princeps ætate nostra philosophiæ initium a notatione atque animadversione animi seipsum excutientis esse ducendum disseruit. Sunt homines et fuerunt qui ejusdem dicendi genus perobscurum existiment. Quorum si vera sententia est, illud incœptum non sine periculo esse fateamur. Non erat nescius M. Tullius, quum, quæ Zeno et Epicurus græco sermone tractavissent, ea latinis litteris mandaret, fore ut locum reprehensioni aperiret. Novæ enim sententiæ novis vocabulis erant explanandæ. Tenuis tamen et cautus interpres Zenonis ipsius magnifice ratiocinantis apparet, ita ut putidam græcæ orationis affectationem quodammodo emendare videatur. Epicuri autem oratio Ciceronem minus offendit. « Nam et complectitur verbis quod vult et dicit plane », quamvis eloquentiæ ornamenta negligat. Ne plura, Academia et Porticus magno inter se dividantur intervallo! — Sed omissa omni de sermonibus perficiendis disputatione, grates M. Tullius agamus, quod Epicuri rationem sic exposuerit, ut ab ipsis, qui nunc eam disciplinam alte perspiciant, non soleat accuratius explicari. Scilicet in libris de finibus bonorum ac malorum Cicero *vere philosophus* eminet!

nihilominus legimus, quam hoc idem Græcum; quæ autem de bene beateque vivendo a Platone disputata sunt, hæc explicari non placebit latine (1)? Quod si nos non interpretum fungimur munere, sed tuemur ea, quæ dicta sunt ab iis, quos probamus, eisque nostrum judicium et nostrum scribendi ordinem adjungimus : quid habent cur Græca anteponant iis, quæ et splendide dicta sint, neque sint conversa de Græcis?... Quanquam si plane sic verterem Platonem aut Aristotelem, ut verterunt nostri poetæ fabulas : male, credo, mererer de meis civibus, si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem. Sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. Locos quidem quosdam, si videbitur, transferam... Nec vero, ut noster Lucilius, recusabo quominus omnes mea legant (2). »

Sua igitur vel de Platone aut Aristotele conversa, ab omnibus legi magnopere vult Cicero, nec ullum timet lectorem, quum ad Brutum « ne Græcis quidem cedentem in Philosophia » audeat scribere. Idem fatetur quibusdam usu venire, ut abhorreant a latinis, quod inciderint in inculta quædam et horrida, de male Græcis latine scripta deterius. « Res vero bonas, inquit, verbis electis graviter ornateque dictas, quis non legat? nisi qui se plane Græcum dici velit... » Hæc ipse de se prædicat, ac ne quis dubitet quin facile sit promissis satisfacturus, iterum asseverat « Latinam linguam, non modo non inopem (3), ut vulgò putarent, sed locupletiorem etiam esse quam Græcam. »

---

(1) Majorem, ut mihi videtur, in Academicis Cicero præ se fert fiduciam, et bonum quemlibet philosophum, interpretem Græcorum aut imitatorem, bene mereri de civibus quasi prædicat : « Latina, ait, qui Græca non poterunt, et qui Græca poterunt, non contemnent sua. Quid enim causæ est cur poetas latinos græcis litteris eruditi legant, philosophos non legant? An quia delectat Ennius, Pacuvius, Attius..... — Quanto magis philosophi delectabunt, si, ut illi Æschylum, Sophoclem, Euripidem, sic hi Platonem imitentur, Aristotelem, Theophrastum? » (*Acad.* I, 3.)

(2) *De Fin.* I, 2 et 3.

(3) *De Fin.* I, 3. — Ibidem sese insolentius efferens : « Quando enim, inquit, vel nobis dicam aut oratoribus bonis aut poetis, postea quidem quam fuit quem imitarentur, ullus orationis vel copiosæ vel elegantis ornatus defuit? » — Alibi (de N. D. I, 4) hæc leguntur : « Complures enim græcis institutionibus eruditi, ea quæ didicerant, cum civibus suis communicare non poterant, quod illa, quæ a Græcis accepissent, latine dici posse diffiderent. Quo in genere tantum profecisse videmur, ut a Græcis ne verborum quidem copia vinceremur. »

Qua de re, ut inter omnes constat, erravit ille : imo se erravisse quasi denuntiat, quum Catonem inducit ita loquentem « Itemque hinc esse illud exortum, quod Zeno Προηγμένον contraque quod Ἀποπροηγμένον nominavit, quum uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus ac novis; quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. Quanquam tu hanc copiosiorem etiam dicere soles (1). »

Ciceroni quidem non assentior, Catonisque sententiam valde probandam puto : Latina enim lingua multo minus locuples, quam Græca, merito existimatur. Præterea necesse fuit eamdem, quod nondum latinis litteris Græcorum philosophia fuisset explicata, plurimis inopem esse verbis, quibus sapientiæ studium quasi privatis utitur ac suis. Tullius profecto ad Atticum, fere Græcum hominem, respondens Græca sæpissime adhibet vocabula (scit enim se ita plane ab amico intelligi) : sed in libris philosophicis, quum ea vellet scribere, quæ et indocti intelligere possent, et docti legere curarent, omni ope et opera enisus est ut latine tantum loqueretur. Itaque in rebus inusitatis (quod Græci ipsi fecerant (2), a quibus hæc jam diu tractabantur) uti verbis interdum inauditis aut translatis debuit. Quamvis vocibus abundet, ut ipse affirmat (3), aliquoties tamen animi pendet, hanc an illam (4) ad sensum diligentius explanandum eligat.

---

(1) *De Fin.* III, 15.

(2) Quod si in ea lingua, quam plerique uberiorem putant, concessum a Græcia est, ut doctissimi homines de rebus non pervulgatis, inusitatis verbis uterentur : quanto id nobis magis est concedendum, qui ea nunc primum audemus attingere (*de Fin.* III, 2)?

(3) De lingua latina securi es animi, dices, qui talia conscribis. Ἀπόγραφα sunt; minore labore fiunt : verba tantum affero, quibus abundo (*Epist. ad Att.* XII, 52).

(4) Vid. *Epist. ad Att.* XIII, 21.— « Nunc, ad rem ut redeam, *inhibere* illud tuum quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. Et enim verbum tantum totum nauticum. Quanquam id quidem sciebam; sed arbitrabar sustineri remos, quum inhibere essent remiges jussi. Id non esse ejusmodi, didici heri, quum ad villam nostram navis appelleretur. Non enim sustinent, sed alio modo remigant. Id ab Ἐποχῇ remotissimum est. Dices hoc idem Varroni, si forte mutavit. Nec est melius quidquam, quam ut Lucullus :

Sustineat currum, ut bonu' sæpe agitator, equosque :

semperque Carneades Προβολὴν pugilis et *retentionem* aurigæ, similem facit Ἐποχῇ.

Quæ sint vero verba illa inaudita, quæ translata, jam nunc videndum est. At Græca in primis nomina, quibus usus est Cicero, proferamus.

Pauca quidem ex iis apud illum reperiuntur, licet de Latina aut Græca elocutione Atticus Tullio quidlibet audendi potestatem dederit. « Quin etiam, ait, Græcis licebit utare, quum voles, si te Latina forte deficient. — Bene sane facis (inquit Cicero) ; sed enitar ut latine loquar, nisi in hujusce modi verbis, ut Philosophiam aut Rhetoricam aut Physicam aut Dialecticam appellem, quibus, ut aliis multis, consuetudo jam utitur pro Latinis (1). » — Clarius et apertius in alio loco sententiam exponit. Quæ quum pro argumento sit cur tam pauca a Græcis vocabula petiverit, non abs re alienum videtur eam commemorare : « Etsi (ait), quod sæpe diximus, et quidem cum aliqua querela non Græcorum modo, sed etiam eorum, qui se Græcos magis quam nostros haberi volunt, nos non modo non vinci a Græcis verborum copia, sed esse in ea etiam superiores : elaborandum est, ut hoc non in nostris solum artibus, sed etiam in illorum ipsorum consequamur. Quanquam ea verba, quibus ex instituto veterum utimur pro latinis, ut ipsa Philosophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Musica, quanquam latine ea dici poterant, tamen, quoniam usu præcepta sunt, nostra ducamus (2). »

1° *Græca verba.* — Ex istis locis, quos supra legimus, hæc sunt verba græca (3) quæ pro latinis prius habebat consuetudo, quam Tullius Platonem aut Aristotelem verteret :

Dialectica.
Geometria.
Grammatica.
Musica.

Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim. »

(1) *Academ.* I, 7.

(2) *De Fin.* III, 2.

(3) Eadem apud Senecam leguntur (*Epist.* 82, 87, 88 et alibi) exceptis nominibus « *Physica* » et « *Rhetorica* ». — *Rhetorice* in usu est apud Quintil. (*Inst. Orat.* II, 1).

Philosophia (1).
Physica.
Rhetorica.

Alia sane multa ejusdem generis, ut ait Cicero (2), quasi vere latina in honore fuisse, quis ignorat? Plura jam multo superius, quum de græcis nominibus, quæ leguntur apud poetas, pauca disserui, proferre mihi visum est. Nunc vero alia quædam, licet ad varias artes aut disciplinas, non ad Philosophiam, pertineant, adjuvante M. Nizolio, enumerare non dubitavi, propterea quod locupletissimi auctores et in primis Seneca pleraque eorum, haud secus ac si Romana essent, usurpaverunt.

Acratophora, vid. de Fin., III, 4.
Aer, Senec. et poet.
Ancora, ap. poet.
Architectus, architecta (Plin., X, 77).
Architectones (Sen., ep. 90).
Architectura, vid. Vitruv.
Astrologia, ap. Senec., ep. 95, legitur astronomia.
Astrologus, vid. Lucret., V, 729.

(1) Hoc nomen « *Philosophia* » Ciceronis ætate nondum usu tritum erat. Quod quidem ex pluribus M. Tullii locis intelligi potest. — In *Tusc.* I, 1 legimus : « *Studio sapientiæ*, quæ Φιλοσοφία dicitur ; » ubi jam F. A. Wolf recte monuit : « *Philosophia war in Rom noch kein gewöhnliches Wort daher umschreibt Cicero.* » — Cf. *de Orat.* I, 3, scripsit litteris græcis Φιλοσοφίαν. — « Quod verbum quanquam in epistolis et in iis, qui ad Philosophiam et Rhetorica pertinent, libris, sexcenties reperitur, tamen in orationibus, quæ in usu vitæ communis versantur, nisi in oratione Pisoniana nunquam legitur. Nec vero, quum illa oratio ad Patres Conscriptos, non ad populum, habita, identidem res Græcas et Græculos, Epicurum et Epicureos attingat ac perstringat, mirum est, quod in ea aliquoties verbum « *Philosophia* » atque etiam « *Philosophus* » occurrit. Nec apud Ennium *Philosophia* in iis, quæ servata sunt, fragmentis reperitur, at vero *Philosophari* (vid. Ennii rel. rec. Vahlen. p. 145. Trag. lat. rel. rec. Ribbeck, p. 53 ; verbum *Sophia* Ennius timideprofert his Ann. versibus, p. 35, ed. Vahlen).

Nec quisquam *Sophiam, Sapientia quæ perhibetur*
in somnis vidit prius quam sam dicere cœpit.

— Vid. D[r] Bernhardt, de Cic. græc. philos. interprete.

(2) *Acad.* I, 6.

Astrum, sæpe ap. poet.
Athleta, vid. Hor. — Sen. — Juven.
Basilica, Basilicus (Βασιλικός) ap. Plaut. Capt. V, 2, 2.
Brachium, sæp. ap. poet.
Calamus, sæp. ap. poet.
Chirographum, vid. Suet. Cæs.
Comœdia. (V. Terent. And., prol. 26. — Hor. et lios poet.
Diadema, ap. poet.
Dialogus, V. Senec. de Benef., V, 19.
Dolus, vid. poet,
Ephippia, de Fin., III, 4.
Historia, Senec., ep. 94 et ap. poet.
Lyræ, apud. poet.
Parochus, Hor., *Sat.* I, 5, 46.
Sorites (1), Hor., *Sat.* II, 8, 36.
Symphonia, Hor., *Art. Poet.*, 374.
Tragœdia, ap. poet.
Theatrum, ap. poet.

Quanquam illis tantummodo verbis (2), quæ ante trita erant, utebatur Cicero, nonnulla tamen celebriora, ut ita dicam, sua effecit auctoritate : atque illo mortuo, nulli tum religio fuit quominus litteris latinis, nec jam græcis, « *Philosophia* » aut alia vox scriberetur. Id autem curabat providebatque Tullius interpres, ne discederet a communi more verborum. Quamobrem pauca Græca (ut supra dixi) eaque solum usu præcepta sumpsit pro suis, et quum de rebus novis novas fingere locutiones coactus fuit, admirabile est quam se cautum et inaudacem (3), quotiescumque inusitate loqueretur, ostenderit. Sciebat enim teretes ac delicatas æqualium suorum aures offendi posse, si quid ipse novare niteretur, neque ipsi viros elegantes ea quæ Plauto Cæcilioque Romani dederant, esse concessuros, nisi necessitatem patrii sermonis di-

(1) Add. *symbolus* (ap. Pl. Ps. II, 2, 26 et ap. M. P. Catonem).

(2) Huc pertinent verba, quæ jam apud Plautum reperiuntur, *epistola, aula, pœna, plaga, nervus*, etc. — Alia proponit Lexicon.

(3) Inter ἅπαξ εἰρημένα numerandum est adject. « *inaudax* » (Hor. *Od.* III, 20). Illo tamen usus sum : Feliciter enim « *Græco fonte cadit* ». — Cf. Ἄτολμος (Thucyd.)

tandi approbaret. Itaque res inusitatas a se tractari sæpe commemoravit, veniamque petiit utendi « verbis interdum inauditis. » Dabat et Atticus, ut Græcis etiam uteretur (1). Sed « *latine loqui* » voluit, vel quum latina ipsum deficerent, nisi in hujuscemodi verbis, quæ modo protulimus.

Jam videndum est quæ sint illa verba inaudita.

2° *Nova verba.* — Ciceroni verbum Latinum inquirenti quo optime exprimatur Græcum « Σωρείτης » occurrit « *acervalis* ». Ab illo autem « *Sorites* » accipitur; « ut enim ipsa Philosophia et multa verba Græcorum, sic Sorites satis latino sermone tritus est (2). » — Quemadmodum haud facile a Græcis vocabula mutuatur, ita nondum exaudita a civibus suis latina fingit invitus. Aliquoties, ut ipsi detur audendi facultas, se nova tentare non dissimulat : sæpius autem, quasi excusatione apud lectorem, vel non monitum, non egeat, inusitatis utitur verbis, atque ita efficit, ut illa nemini penitus noscere contingat. Ea res saltem multum difficultatis et laboris habet. Ego equidem, ut iste nodus quodam modo expediretur, quæsivi utrum eadem e patria dicendi consuetudine excerpta sint, necne : optima quippe, ut puto, veritatem investigandi ratione usurus, si quis ante Ciceronem, quibusdam Philosophiæ partibus tractatis, posteritati monumentum reliquisset. Quum vero illud nos deficiat, non potui non in errore et in multarum vocum, ex quo fonte cadant, ignoratione versari. Alter doctior opus inchoatum castiget ac perficiat.

Utcumque erudito viro illud facere ingredienti succedet, industriæ plurimum in Cicerone fuisse quis non fatebitur? Declarat enim multitudo verborum, quæ sunt nova aut ex aliis translata. Illa primum in ordinem redigamus.

Ante omnia a ceteris discernenda sunt vocabula apud Ciceronem ἅπαξ εἰρημένα (3). Hæc autem præcipue notavi :

---

(1) *Academ.* I, 7.

(2) *De Divin.* II, 4.

(3) Illa quidem si velis scire, unde excerpta sint, indicem meum Græco-Latinum evolvas precor.

Ἅπαξ εἰρημένα.

In Timæo.

Adjectio et commissura, cf. Προσβολή.
Antica (1) pars, cf. Τὸ πρόσθεν.
Animatio divina, cf. Τοῦ θεοῦ ἡ ἰδέα.
Coagmentatio corporis.
Corporatus, cf. Σῶμα ἔχων.
Decussare,
Generatores, cf. Πρόγονοι.
Indissolubiles, cf. Ἄλυτοι.
Lævor (2), cf. Λειότης.
Medietates, cf. Μεσότητες.
Molitor effectorque mundi, cf. Δημιουργός.
Pennigerum, cf. Πτηνόν.
Unigena mundus, cf. Μονογενὴς κόσμος.

Passim in libris *Philosophicis.*

Anticipatio, cf. Πρόληψις.
Æquilibritas, cf. Ἰσονομία.
Compotatio, cf. Συμπόσιον,
Comprehensibile, cf. Καταληπτόν.
Concœnatio, cf. Σύνδειπνον.
Confatale, cf. Συνειμαρμένον.
Corpuscula, cf. Ἄτομοι.
Effectio recta, cf. Κατόρθωσις.
Excandescentia, cf. Θύμωσις.
Infinitio, cf. Ἀπειρία.
Moralis (3), cf. Ἠθικός.
Mulierositas, cf. Φιλογύνεια.
Multiformes, cf. Πολυειδεῖς (4).
Patefactio (5), cf. Ἀνακάλυψις.
Prænotio, cf. Πρόληψις.
Redamare (6), cf. Ἀντιφιλεῖν.
Rejectaneus (7), cf. Ἀποπροηγμένος
Simulator, cf. Εἴρων.
Sumptiones, cf. Λήμματα.
Tributio æqualis, cf. Ἰσονομία.

---

(1) Huic verbo quasi par respondet verbum « *Posticus* » quod jam tritum erat (vid. Pl. *Stic.* III, 1, 4, et Lucil. ap. Non.).

(2) Illud verbum in usu est apud Lucretium (*de Nat. rer.* II, 423; IV, 154). Uter vero, Tulliusne an æqualis poeta idem finxerit, parum invenio.

(3) Vid. *de Fato*, 1... Sed decet augentem linguam nominare *moralem*.

(4) Vid. indicem. Quamvis vocabulum græcum non dederit Cicero, perspicuum est tamen eum « *multiformes* » scribentem habuisse in animo « Πολυειδεῖς. »

(5) *De Fin.* II, 2. Interdum ad verba ab ipso ficta Cicero addit particulam « quasi ». Sic excusavit usum verbi « *patefactio* », quod verbum nullo alio loco reperitur. Hic apposui nomen Ἀνακάλυψις, quod eodem fere modo compositum fuisse videtur.

(6) Læl. 14, — « Qui vel amare, vel, ut ita dicam, *redamare*... » Quo verbo, quod alibi non legitur, græcum Ἀντιφιλεῖν exprimere Cicero voluit.

(7) Vid. *de Fin.* IV, 26 : « Illa autem morbum, egestatem, dolorem, non appello mala, sed, si lubet, *rejectanea*. »

Ex volumine *Rhetoricorum*.

Abusio, cf. Κατάχρησις.
Conjugatio verborum, cf. Συζυγία.
Incisa, cf. Κόμματα.
Privantia, cf. Στερητικά.
Veriloquium, cf. Ἐτυμολογία.

Cæteris autem, quæ finxit ipse, ut mihi videtur, raro Tullius usus est : hæc, quæ leguntur infra, haud multo plura superioribus esse videmus.

In Timæo.

Adspectabile, cf. Ὁρατόν.
Ædificator, cf. Αἴτιος.
Antecessiones, cf. Προσχωρήσεις.
Æternitas (1), cf. Οὐσία—Διαιωνία φύσις.
Circumvectio (2) solis, cf. Ἥλιος.
Colligatio, cf. Δεσμός.
Commissura, cf. Προσβολή.
Comparatio proportiove (3), cf. Ἀναλογία.
Concretio, cf. Πήγνυμι.
Conjunctio, cf. Ξύστασις.
Conversio, cf. Περίοδος, Περιφορά.
Copulatio (copulationis alienus), cf. Δύσμικτος.
Dividuum, cf. Τὸ μεριστόν.
Evidens, cf. Ἐναργές.
Fabricator, cf. Ὁ τεκταινόμενος.
Globosus, cf. Σφαιροειδής.
Imperfectum, cf. Ἀτελές.
Individuum, cf. Ἀμερές.
Individuus, cf. Ἀμέριστος.
Inflexio (facilitatis inflexio), cf. Ἕλιξ.
Molitio (4).
Motio, cf. Φορά.
Opinabile, cf. Δοξαστόν.
Proportio, cf. Λόγος.
Providentia (5), cf. Πρόνοια.

---

(1) Legitur etiam in Timæo : « *species æternitatis* », cf. τὸ ἀΐδιον.

(2) Ciceroni quippe succurrebat « περιφορά », *circumvectio*. — Si Timæum exceperis, semel ap. Cicer. legitur (*Epist. ad Att.* II, 16).

(3) « Audendum est enim, inquit Tullius, quoniam hæc primum a nobis novantur » (*Tim.* cap. 4).

(4) Vocabulum bis a Cicerone usurpatum (*in Tim.* et *in de N. D.* I, 8).

(5) Nomen a M. Tullio fictum eadem omnino, qua Græcum, ratione. Illud apud nos in Gallica lingua viget ac semper vigebit. Adeo e fonte græco commode exortum est !

Passim in libris *Philosophicis.*

Ex volumine *Rhetoricorum.*

(1) A Cicerone adhibentur quoque « *universitas naturæ* », « *universitatis corpus* », cf. Τὸ τοῦ παντὸς σῶμα.

(2) Hoc signum designat græca vocabula, quæ Cicero non adscribit. Vid. Lexicon.

(3) Vid. *Acad.* II, 6 : « *Perspicuitatem* aut *evidentiam* nos, si placet, nominemus, fabricemurque, si opus erit, verba... » Unde vides quasi postulari a Cicerone veniam novandi verba : tunc sane auditori hæc dicere solet : « *ut opinor, ut placet, si placet* », aut verbis novis translatisve adjicit *quasi, ut ita dicam* (vid. *de Orat.* III, 41). Atque ita efficitur, ut interdum sine ullo labore nova vocabula cuilibet reperire contingat, ac sæpe legentes admoneantur primæ et propriæ verbi translati significationis. — Ciceronem verbum « Ἐνάργεια » etiam verbo « *illustratio* » vertisse auctor est Quintilianus, VI, 2, 32.

(4) Verbum « *gloriatio* » a Cicerone duobus locis reperitur (*de Fin.* III, 8 et *de Fin.* IV, 18).

(5) « Utar post alio, ait Cicero, si invenero melius » (*Tusc.* I, 7).

(6) « Verbum satis hesterno die tritum », inquit Cicero (*Acad.* II, 6).

(7) *De Orat.* III, 52, Tantum posuit verbum *decentia.*—Adjecit (*de N. D.* II, 57) *ut ita dicam.*

3° *Verba translata.* — Ut illa, quæ jam enumeravimus, sic verba translata, hocce in loco ordine disposita (1), lectorem docet Lexicon græco-latinum. Quum profecto vocabula, aliunde sumpta, quæ Tullius in sermonem Philosophiæ aliisve artibus ac doctrinis accommodatum transtulit, omnia rursus proferre supervacaneum esset, præcipua tantum ex iis hic iterum scripsi, nihil aliud quippe in animo habens quam ut intelligeretur quantum Cicero suis Latinæ linguæ copias et opes auxerit interpretationibus.

In Timæo.

Adsensiones, cf. Πίστεις.
Aerium, cf. Ἀεροπόρον.
Affectio animi, cf. Εἶδος ἕξεως.
Altitudo, cf. Ὕψος.
Amor, cf. Ἔρως.
Anima, cf. Πνεῦμα.
Animal (totum), cf. Τὸ ὅλον ζῶον.
Animantes, cf. Ζῶα.
Animus, cf. Ψυχή.
Artifex, cf. Δημιουργός.
Axis, cf. Πόλος.
Caput, cf. Κεφαλή.
Causa, cf. Αἴτιον.
Celeritates, cf. Τάχος.
Cœlum sive mundus, cf. Οὐρανὸς vel Κόσμος.
Communio, cf. Κοινωνία.
Concretum et corporeum, cf. Σωματοειδές.
Concursiones, cf. Παραβολαί.
Consilium, cf. Βούλησις.
Contentio, cf. Ἁρμονίη.
Conversio, cf. Περίοδος.
Corporeum, cf. Στερεόν.
Corpus, cf. Σῶμα.
Cursus, cf. Τάχη.
Deus, cf. Θεός.
Dissimilitudo, cf. Ἀνόμοιον.
Divinum atque celeste, cf. Οὐράνιον θεῶν γένος.
Errores, cf. Πλάναι.
Exemplar, exemplum, cf. Παράδειγμα.
Extremum, cf. Τὸ ἔσχατον.
Fides, cf. Πίστις.
Figura, cf. Ὄγκος.
Flexiones, cf. Χορεῖαι.
Forma, cf. Σχῆμα.
Fraus, cf. Κακία.
Genus, cf. Δύναμις.

(1) Ex illis, quæ leges infra, vocabulis multa sunt, fateor, perantiqua, quorum vim propriam non mutavit interpres. Inter ea certe « *ira* », « *metus* », « *lætitia* » aliaque plurima numerantur. At eadem primus in illa parte Philosophiæ, quæ pertinet ad mores, usurpavit Cicero : quamobrem vere digna mihi videntur, ut eum, quem cetera, locum obtineant.

(1) *Materia mutabilis*, « οὐσία σκεδαστή ». *Individua et simplex*, « οὐσία ἀμέριστος ».
(2) *Motus temporis* « χρόνος », *motus excitatus* « πάθημα ».
(3) Immortale principium, « ἀθάνατος ἀρχή ».
(4) Rationis expers, ἄλογος.
(5) Σοφία (Epicurus).
(6) Γνώμη (Epicurus).

Passim in libris *Philosophicis.*

(1) Ita notavi vocabula græca quæ non adscripsit Cicero.

Ex volumine *Rhetoricorum*.

(1) Idem verbum interpretantur apud Ciceronem : « *circumscriptio, comprehensio orationis.* »

Conclusiones, cf. Ἐπίλογοι.
Contentio ex statu, cf. Κρινόμενον.
Decorum, cf. Πρέπον.
Descriptio, cf. Χαρακτήρ.
Forma, cf. Χαρακτήρ.
Formæ rerum, cf. Ἰδέαι.
Formæ sententiarum orationisque (1), cf. Σχήματα.
Inductio, cf. Ἐπαγωγή.
Insinuatio, cf. Ἔφοδος.
Inveniendi ars, cf. Τοπική.
Judicatio, cf. Κρινόμενον.
Membra, cf. Κῶλα.
Notatio, cf. Ἐτυμολογία (2).
Notio, cf. Ἔννοια.
Numerus, cf. Ῥυθμός.
Principium, cf. Προοίμιον.
Propositum, cf. Θέσις.
Quæstio, cf. Θέσις.
Species, cf. Ἰδέαι.
Status, cf. Στάσις.
Suada (Ennius), cf. Πειθώ.

Isti quidem indices, utpote ex brevissimis conflati reliquiis, haud multa erudito cuique offerunt vocabula : tamen mihi videntur satis esse pro argumento, linguam Philosophiæ aliisque litterarum generibus aptissimam a Cicerone, Græcorum interprete, factam fuisse et novatam; ita ut nullus unquam latinus auctor, vel ingenio præstans, ad augendas patrii sermonis opes, vim dicendi tam inusitatam, tam locupletem, tam idoneam habuerit.

At, dicet aliquis, pauca sunt, quæ finxit, vocabula; si cum copia verborum, quibus ipse utitur Cicero, conferantur. Pauca profecto illa! Sed ea non pauciora esse mireris, hoc ante cognito quod inaudita verba teretes ac religiosæ æqualium aures respuerent. Quin etiam multos Ciceronem audaciæ reum vituperavisse nos interpretis ipsius admonet pudor, prædicantis nempe se de rebus inusitatis loqui, nec ullo modo fieri posse ut inauditis verbis non utatur interdum. Quot vero verba e vulgari popularique consuetudine in Philosophiam Rhetoricamve, scriptores Græciæ interpretando aut imitando, transtulerit idem, scimus omnes! Atque propter id unum, jure abundantissimus inter Romanos verborum novator, etiamsi vel Græca vel inaudita verba rejecisset, existimaretur : neque verborum modo, sed rerum quoque effector moli-

(1) Ut vertat σχήματα, alias locutiones adhibet Tullius, ut « sententiarum ornamenta et conformationes », « verborum et sententiarum lumina ».

(2) Id est, verbum ex verbo, « veriloquium », quod supra inter « ἅπαξ εἰρημένα » posui.

torque (ut cum Cicerone ipso loquar) judicari debet. Sua enim cuique vocabulo vis est. Ille igitur, quum novam verbis vel antea tritis novam significationem dedit, hoc consecutus est, ut, ipso auctore, nova scientia, omnibus rebus et vocabulis instructa, non in unum diem, sed in perpetuam polleret ac vigeret ætatem. Ergo bene de suis civibus meritus est, et ad eorum cognitionem « divina illa ingenia », Platonem scilicet Aristotelemque transferendo, et quod linguam adeo locupletem effecit, ut iis, qui postea Philosophiam explicare vellent, nullus « orationis vel copiosæ vel elegantis ornatus » deesset. Nam philosophicæ disputationes (ut scripsit vir litterarum peritissimus) (1) Attico stilo magis, quam orationes, scriptæ videntur. Una, sed maxima virtus apud Tullium philosophantem desideratur, illa quippe verborum sententiarumque subtilitas, quam, progredientibus temporibus ac doctrinis, nostra tandem omnino comparavit ætas. Omnes enim tam diligenter illustratæ sunt scholæ, ex quo Cartesius clarum sapientiæ studio lumen attulit, ut in rebus occultis ac penitus abditis nihil jam sit quod non plane a nostris investigatoribus intelligi queat. Quas quum philosophiæ disciplinas, et eas quæ maxime inter se repugnant, illi contulerint ac religiose examinaverint, necesse fuit ut cujusque rationis universitatem et singula persequerentur, neque quidquam non enodatum, nisi id quod esset supra hominem, relinquerent. Inde factum est ut Platonis aut alterius philosophi sententiæ jam non lucem desiderent. At Ciceroni non semper contigit ut Platonem « illum non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimum auctorem » mente complecteretur (2). In-

(1) Summum dico virum Villem. scilicet, quem merito lumen *Academiæ Gallicæ* prædicaveris : tanta ille quidquid novus poetarum aut scriptorum proventus edidit, admiratione eloquentiæ refert!

(2) Si Latina Græco exemplari conferatur interpretatio, vim verborum et sententiarum a M. Tullio intellectam fuisse non negaveris. A philologo, ut opinor, necesse est laudetur interpres. Philosophi vero reprehensionibus fortasse locum aperit, quod obscura quædam Timæi non enodatius explicaverit : ea dico quæ ad rationem de Universo propriam ac peculiarem Platoni pertinent : ambigua est enim in rebus ambiguis vertendis oratio. Nam quum in Academicis (II, 39) commemorasset Hicetam Syracusium, qui « Solem, Lunam, stellas, supera denique omnia stare » censebat ; neque præter terram, rem ullam in mundo moveri », hæc adjecit : « atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, sed paullo obscurius » (vid. J. V. L.

terdum, ut ipse quodammodo fatetur, in interpretatione divini illius viri lapsus est. Interdum etiam Epicuri quædam, aut Zenonis, aut Aristotelis, non animo perspexit. Itaque si nunc Cicero ad vitam revocaretur, et cupidus audiendi magistros principes ingenii et doctrinæ, alteram hanc Academiam, Facultatis Parisiorum sedem ac domicilium, intraret, idem obstupefactus, quum in illis miram esse sagacitatem videret, ætatem suam nostra multo inferiorem profiteri cogeretur.

At vero, quod nequeat æmulari, non dico viros hujus sæculi in Philosophia nobiles, sed Platonem aut Aristotelem, ita se excusaret, ut vere res æstimanti forsan a culpa abesse videretur. Ille primus inter Latinos, ut supra dixi, studia, quæ in reconditis artibus versantur, illustravit : primus eadem in patrium convertere sermonem ausus est; arduum opus, immensum etiam vel ingenio Ciceronis, quanquam altissime insurgit, et incœptis crescit amplissimis. Nam quis Romæ, quis Athenis tam plane et aperte, Cicerone vivo, de omni Philosophiæ doctrina disputare potuisset, ut jam nihil obscurum, nihil reconditum relinqueretur? At nemini dubium est quin Cicero subtilis eruditusque, ut non magis alter, ad philosophandum accesserit. « *Neque erat*, ut ait ipse, *vel græce loqui, vel latine docendus.* » Rerum vero obscuritas, non verborum, faciebat ut non intelligeretur oratio : « qualis est in Timæo Platonis (1). » Nonne illa verba denuntiant quanta rei difficultate aliquando fuerit irretitus? Quid enim? Græce loqui luculenter scit, et sæpe hæret inscius quid velit Platonis aut Epicuri sententia. Sæpe etiam Græcæ orationis sensum intelligit, et quo manifestius iste sit exprimendus, interdum vocabula quærere frustra videtur. Inter ea plura, quæ sponte illi occurrunt, quid eligendum est, ut res dilucide explicetur? Quod denique verbum debet anteponi? Omnia aliquoties profert, data lectori facultate ad unum quodlibet eligendum. Tribus (exempli gratia), ut in latinum Προηγ-

t. XXII, p. 372). Alibi (cap. VII, *Timæ.*), quum de numeris Pythagoreis disserit Plato, quomodo fieri potuit ut a M. Tullio intelligeretur? « Numero Platonis obscurius », inquit *in Epist. ad Att.* (VII, 13). Se tantam obscuritatem discutere non posse dicit J. V. Leclerq. (*l. c.* p. 369).

(1) *De Fin.* II, 5.

μένα transferat, utitur vocibus : « *Promota* » — « *Præcipua* » — « *Præposita;* » atque hæc adjicit : « Re enim intellecta, in verborum usu faciles esse debemus (1). » Hic saltem verbum unum uno verbo (quamvis plura proponantur) exprimit. Quoties autem unum pluribus interpretatur! Quæ ne singula enumerem (abundant enim exempla, in Timæo præsertim), pauca hæc animadvertas velim :

Θεοσεβέστατον (τὸ) (Plat. Tim., 12), quod est ad cultum Deorum aptissimum.

Νοητὰ ζῶα (τὰ) (Plat. Tim., 4), qui animo cernuntur et ratione intelliguntur animantes.

Ξυναίτια (Plat. Tim., 14), quæ rerum causas adjuvant.

Φιλία (Plat. Tim., 4), concors amicitia et caritas.

Quod profecto vitium Ciceroni facile conceditur, si prius videris Græcorum linguam multo copiosiorem esse quam Latinam, quæ simul propriæ sint ac velut innatæ cuique sermoni locutiones, qualis denique rerum novitas esset, quas primum litteris romanis Tullius exornare voluerit. Qua vero ratione res adeo inusitatæ a doctis indoctisque possent intelligi, id Ciceronem vehementer sollicitavit. Non modo inauditis verbis perraro usus est, sed etiam nomina Græca juxta Latina sæpissime posuit : tantam inesse in eo cupiditatem luminis oratione rebus adhibendi perspicuum est! Ne quid inconsulte fieret in illo conatu studioque, magnopere præcavendum sibi Tullius existimavit. Nec irritus ejus cecidit labor. Nam quum postea in interpretationibus Ciceronis Græca vocabula Latinis adjecta legerentur, quomodo ullus locus ambiguitati fuisset? Cuivis enim hæc sumere, illa repudiare liberum fuit, prout apta aut male idonea videbantur. Unde posterioribus Philosophis permissa est facultas Græca impune tollendi. Quid nempe eis profuisset illa rursus scribere, quum jampridem, volente usu, in honore essent multa Ciceronis verba, sive nova, sive translata, nec de variis eorum sensibus in errorem rapi posset hominum vel

(1) *De Fin.* III, 16.

imperita multitudo? Itaque Latina plerumque apud Senecam philosophum, nec jam Græca, nisi rara quædam (1), legimus.

Ideone Seneca, quod Græca verba negligere solitus sit, arte dicendi Ciceronem superat? Id quoniam non est a præsente materia alienum, non injudicatum relinquam. — Ea tantum ab illo ad bene scribendum facta est progressio, quæ quadam ex necessitate occulto fit ævo (ut poetice loquar). Divitias linguæ latinæ parum auxit. Nam ex nominibus, quæ litteris græcis scripta Cicero in latinum convertit, duo solum Ἰδέα (species) et Ἄτομοι (corpuscula) jam antea, credo, trita consuetudine, a Seneca fuere pro Latinis usurpata (2). Si deinde a Tullio novata verba percenseam, quam pauca Stoicum accepisse reperio! Inter Ἅπαξ εἰρημένα *sorites* solus legitur *in Beneficiis* (3). Atque cetera, quæ raro adhibuit Tullius, vix quatuor : « *comprehensiones* (4), *indifferentia* (5), *providentia* (6), *translationes* (7) », mihi quærenti occurrerunt.

Quæ quum ita sint, fateamur necesse est opes novas (8), quas tanto labore paraverat M. Tullius interpres Græcorum, Senecæ parvam utilitatem, quum scriberet, attulisse. Quod sane mirum videretur, nisi compertum esset nullam aliam Philosophiæ partem, præter eam quæ ad mores pertinet, a Seneca fuisse tractatam et illustratam. Qua tamen in parte eumdem verborum copia et concinnitate a Tullio facile vinci puto. Quid plura? Quintiliano assentior hanc de Seneca ferenti sententiam : « *In Philosophia parum diligens,* egregius tamen vitiorum insectator fuit. Multæ in

---

(1) Quædam enim et ipse Seneca adhibuit Græca, quum Latina eum deficerent. Pro exemplis sint : ἀπάθεια (*Epist.* 9), ἀπορία (*Epist.* 87), εἶδος (*Epist.* 58), εὐθυμία (cap. 2, *de Tranq. animi*).

(2) Legitur apud Senecam « *analogia* ». « Hoc verbum quum latini grammatici civitate donaverint, ego damnandum non puto, nec in civitatem suam redigendum. utar ergo illo, non tantum tanquam recepto, sed tanquam usitato » (*Epist.* 120).

(3) *De Benef.* V. 19 — Non dedi *æquilibrium* (Q. N. III, 25). *Æquilibrium* quidem et *æquilibritas* (Cic. de D. N. I, 49) non dissimilia sunt nomina, si respicias eorum informationem; si vero sensum, prorsus dissimilia.

(4) *De Vit. beat.* 8.

(5) *Indifferentia*, quæ ἀδιάφορα Græci vocant (*Ep.* 82).

(6) Sæpe in usu apud Senecam.

(7) *Epist.* 59.

(8) Nihil dico de translatis verbis, utpote jam ante Tullium tritis, quibus uti debuit Seneca, auctore ipso Cicerone.

eo claræque sententiæ, multa etiam morum gratia legenda; sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima quod abundant dulcibus vitiis (1) ». Idem paulo ante se Ciceronem valde admirari professus est : « Mihi videtur M. Tullius, quum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, jucunditatem Isocratis (2). » Atque infra, quum ad Philosophos venisset : « Supersunt, inquit, qui de Philosophia scripserint, quo in genere paucissimos adhuc eloquentes litteræ romanæ tulerunt. Idem igitur M. Tullius, qui ubique, etiam in hoc opere Platonis æmulus exstitit (3). » Haud aliter quam ille sensit posteritas. Magnus in Philosophia Cicero eminet; quippe qui sermonem rebus novis accommodatum effinxerit. Imo cuilibet eorum, quos eodem in genere disertos amplissimis extulit Græcia laudibus, esset comparandus, nisi defuisset illi (ut dixi supra) ea virtus, vere propria nostræ ætati, rerum scilicet et verborum pressa subtilitas.

CAPUT VIII.

QUÆRITUR NUM ALIA FUERIT ELOCUTIO CICERONI SUAS, ALIA GRÆCORUM SENTENTIAS EXPRIMENTI; NUM QUIS INTER POSTERIORES PHILOSOPHOS NOVA VERBA NOVASQUE LOCUTIONES E GRÆCIS EXPRESSAS USURPAVERIT?

Cicero alicubi prædicat se opera Græcorum ut oratorem, non ut interpretem in latinum transtulisse. Plures tamen ex illius interpretationibus loci reperiuntur, unde apparet eum multum laboris dedisse ut verbum pro verbo redderet. Itaque is vehementer er-

(1) Quint. *Inst. Orat.* X, 129.
(2) Quint. *Inst. Orat.* X, 108.
(3) Quint. *Inst. Orat.* X, 123.

raret, qui Ciceronem arbitraretur eam, quam supra diximus, virtutem minus esse consecutum, quod non satis diligentiæ ad bonum rei exitum contulerit. Illi ob alias causas defuisse verborum subtilitatem vidimus. Eam profecto comparavisset Tullius, si id fieri illo tempore potuisset. Etenim ut vocabula locutionesque nihil omnino in se habeant, quod reprehendi queat, necesse est res ipsas, quas verba designant, quasi luce clariores esse. Qualis autem aliquando sibi visa fuerit rerum obscuritas, in Timæo præsertim, idem ipse profitetur. Ergo illud jam mirari desinamus, cur Tullium deficiat ea virtus, qua philosophos hujusce ætatis, qui oratione gallica perite et eleganter utuntur, solos esse præditos affirmo. Mihi denique liceat id renovare quod jam ante dixi. Rudis ac tiro in Philosophia, neque sermonis copia, neque ingenii acumine (Romanus enim est, licet suis multo acutior) Aristoteli aut Platoni par, effecit tamen ut, novis jam Romæ doctrinis florentibus, nova quoque lingua velut e tenebris in clarissimam lucem emergeret. Pulchrum ac præclarum opus ! nec per illum stetit quin pulchrius exstiterit. Eum enim sæpe laudare possumus religiosissimum Platonis interpretem, dum conatur non modo sententiarum conformationes, sed verba etiam inter se juncta diligenter exprimere : ita ut jure dixeris aliam elocutionem fuisse Ciceroni suos, aliam Græcorum sensus enuntianti.

Scripsi « suos, » quanquam scio nihil a se Ciceronem extulisse : omnia nempe, si res ipsas, non dicendi genus, perpenderis, a Græcis mutuatus est. Ego vero « suos » Ciceroni esse sensus in Philosophia feci, quum ille, jam non Græcorum locis e verbo translatis, sui ingenii formam scribendo sequitur, ac multa ex alieno hausta fonte, ad arbitrium, fuse disputat.

Hoc igitur posito, videndum est quatenus progrediatur Cicero, Platonis interpres, quum se ad ordinem juncturasque verborum fingit et accommodat. Quid? utpote oratoria virtute eminentissimus Plato, nonne illius æmulatione dignus est? Quem potissimum ducem ac dicendi magistrum esset imitatus? Ergo quanta religione pius gravissimum discipulus auctorem observat ac colit ! Omnes attice scribentis viri artes sibi sumere tam vehementer studet, ut se Latinum esse jamnon meminisse videatur. Græce enim interdum (ut infra videbimus), non latine loquitur, dum verba

jungit (1), a quibus ita copulatis aurium fastidium, credo, tunc temporis non abfuit.

Eadem sane, nisi in locis interpretatis, frustra per tot et tanta Ciceronis opera invenire velles. Sensit et ipse quantum quædam

---

(1) Nempe Cicero græce loquitur, non modo juncturis novis usus, sed quod pluribus in locis inusitatam *compositionem*, id est, Σύνθεσιν, affectat. Nam sæpe, dum Timæum interpretatur, ordinem Platonici sensus et impetum tanta exprimit industria, ut in ejus scriptis Atheniensem ipsum quasi spirare putes. Inde fit ut, auctore tali viro, nulla jam ars latinæ linguæ desit, qua membra orationis quam aptissime copulentur ac congruant. Etenim sermones non tantum vocabulis novis, sed maxime sententiarum conformationibus amplificari solent : atque illud, ut opinor, inprimis tribuendum est scriptoribus ingenio præstantissimis, qui non habent quidquam antiquius quam ut summa diligentia, dum difficile munus interpretum exsequuntur, alieni sermonis opes in rem domesticam transferant. Nec vero illi irritam, puto, operi perficiendo dant operam : quippe qui adeo familiariter et amice cum viris ad imitandum delectis vixerint ! — Ex Timæo M. Tullii (ut ad rem redeam) quasi redolere ipsæ Athenæ videntur. Græcus ille est interdum, si vocabula quædam, si orationis circuitus, si denique Σύνταξιν, id est, *constructionem* examines. Σύνταξιν dico : non enim dubia res est quin paulatim immutata fuerit apud latinos scriptores rerum aut poetas verborum ordinatio ex quo « pater Ennius »,

Mæonii fontis qui non expalluit haustus,

Homerum et Euripidem studuit æmulari. Nam quamvis diversa sit utriusque linguæ natura, tamen sæpenumero eamdem illis esse Σύνταξιν inter omnes Grammaticos constat. Satis est enim grammatica quælibet evolvere latina, et singulas recte loquendi leges conferre græcis legibus, quæ pares iisdem respondent, ut facile appareat, quam mirifice inter se consentiant. Perspicuum est illud non forte fortuna fieri, sed cujusque auctoris imitatione prudentissimi. Quid exemplis utar ? Adeo sunt multa, ut omnia enumerare longum neque necessarium esset. Hic pauca proposui *de constructione*, quæ ad varias verbi usurpationes pertinet : Βουλοίμην, cf. « *velim* ».— Εἰ δυναίμην, cf. « *si possim* ». — Περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, cf. « *volvendis annis* ». — Κελεύω σε θαῤῥεῖν, cf. « *jubeo te fidere* ». — Διδάσκειν τινά τι, cf. « *docere aliquem aliquid* », etc. (vid. E. Egger. Gramm. comp. ed. 1853, p. 64 et sqq.). Vid. et. Macrob. (*de Differ. et societ. græci latinique verbi*) apud quem hæc leguntur : « Latini Græcique eamdem pæne cum casibus *constructionem* servant, ut : *misereor illius, pareo illi, veneror illum :* φροντίζω τοῦδε, πείθομαι τῷδε, φιλῶ τόνδε. »— Et infra : « Sunt impersonalia Græcis Latinisque communia... *Decet me, te, illum, nos, vos,* « *illos*, impersonale est. Sed et Græci hoc verbo similiter utuntur, πρέπει ἐμοὶ, σοὶ, « ἐκείνῳ, ἡμῖν, ὑμῖν, ἐκείνοις..... *Placet mihi lectio*, verbum est ; *Placet mihi legere,* « impersonale est. Ita et apud Græcos, ἀρέσκει μοι ἡ ἀνάγνωσις, ad personam rela- « tum est : ἀρέσκει μοι ἀναγιγνώσκειν, impersonale est. ... *Pœnitet me*, hoc est, quod « apud illos μεταμέλει μοι... »—Ne plura, Cicero Ennii cæterorumque interpretum vestigiis ingressus, decori avito non defuit : quin etiam, Græca exemplaria secutus, ita locupletem simul et ordine lucido illustrem reddidit linguam, ut opus perfectum expletumque omnibus suis numeris posteritati tradiderit. Mox autem, post Cæsaris Augusti principatum, labente sensim intelligenti litterarum judicio, jam non stetit

ex iis juncturis a communi consuetudine abhorrerent. Quum vero exemplar reddere fideliter aggrederetur, modo lapsus est, modo fuit felicissime audax, meruitque ut plurimos suæ ad augendam linguam audaciæ fautores haberet.

Sed ista argumentis docere oportet. Mihi primum orationis conformationes consideranti permulta in Timæo obversantur exempla : unde perspicuum est Ciceronem, quemadmodum Platonis vestigia persequatur, elaborare. Brevis ac pressus est in exordio, ut ipse princeps Academiæ, et incredibili studio magistrum simpliciter dicentem exprimit. Quantum ab illo mutatus est, qui pro Milone judices implorans exclamat : «... Hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur? exterminabitur? projicietur? O me miserum (1)!... »

Non tamen omnino exuit oratorem etiam in locis ubi circuitus sententiarum Platonis assidue servat, et, quoad sermonis ipsius natura patitur, in latinum transfert. Itaque apud illum eadem, quæ in Timæo nescio quid nudi ac simplicis habet, oratio numerose concluditur. Hæc nempe Græca : « Παντὶ δὴ σαφές, ὅτι πρὸς τὸ ἀίδιον» tali modo conversa sunt : « Non igitur dubium quin æternitatem maluerit exsequi. » Juxta vocabula « Κατὰ ταὐτὰ ἔχον » ponuntur latina : « Quod immutabili æternitate continetur. » Quid plura proferam exempla? Adeo sunt multa, ut lectori satietatem facere possent. Ceterum potius linguæ quam Ciceronis illud est vitium : nam sæpe Græcam interpres brevitatem feliciter æmulatur. Confer et hæc Platonis : « Ὅ, τι περ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια » et illa Tullii : « Quantum enim ad id quod ortum est æternitas valet, tantum ad fidem veritas (2). » Hic nempe uter sit ma-

Latinæ linguæ honos et gratia : magis magisque lapsa est, deinde ire cœpit præceps, ut ita dicam, donec ad hæc tempora, quibus ab omnino depravata consuetudine orti sunt sermones novi, perventum est. Tunc autem quotusquisque linguam Græcam didicerat? Quæ quidem inscitia haud parva fuit causa cur nemo in media Ætate quiddam Ciceronianum retinuerit. Etenim « Græcæ Latinæque linguæ conjunctissimam cognationem Natura dedit. Nam et iisdem orationis partibus absque articulo, quem Græcia sola sortita est, iisdem pæne observationibus, figuris, constructionibusque uterque sermo distinguitur ; ut propemodum qui utramvis artem didicerit, ambas noverit. » (Macrob., *de Diff. et societ. græci latinique verbi.*)

(1) *Orat. pro Milon.* cap. XXVII.

(2) Inter alia hujusce modi exempla Index græco-latinus dat breve proverbium

gis pressus in diversa sermonis utriusque natura, haud facile dijudices. In summa, M. Tullius eadem usus orationis conformatione, qua Plato, circuitus omnes et quasi ambitus e principio assequitur; at raro fit ut uno tenore usque ad eumdem perveniat exitum, sive obscurus fieri metuat, sive etiam nolit in justam severi judicis incurrere reprehensionem. Sed ita inusitatas res (id rursus iterare non supervacaneum est) in lucem edere cogitur, ut, quamvis nihil novum libenter excipiant linguæ latinæ acerrimi defensores, seu variis sententiæ partibus, seu vocabulis inter se jungendis auctor inauditi sermonis existat. Quid autem æquales, vel ii, qui patrias opes augeri inique ferebant, nedum Græcos adamarent, quid Philosophiæ vituperatores M. Tullio viam non ante tritam ingredienti objicere potuissent? Etenim quum Latina interpretem verba deficerent, nec Græcis Cicero uti vellet, ea mente ut ab omnibus intelligeretur, idem ex necessitate, ut ita dicam, Platonicus dicendi genere fuit : ideo Platoni et conformationes et verborum juncturas præsertim eripuit, ut eas ad latinam consuetudinem accommodaret. E quibus præcipuas hic ordinare mihi visum est, ne quis forte tam insolitas legens apud Ciceronem locutiones, nec satis pro certo habens easdem vere Græcas esse (deficientibus quippe exemplis), auctorem gravissimum inanis fiduciæ aut temeritatis insimularet.

Verborum juncturæ quæ semel 'aut raro apud Ciceronem reperiuntur :

Absolutus perfectusque numeri temporis. — cf. Τέλεος ἀριθμὸς χρόνου.

Animalium formæ. — cf. Ἔνουσαι ἰδέαι τῷ ὅ ἐστι ζῶον.

Animantia eaque divina. — cf. Ζῶα θεῖα ὄντα.

Conjunctum naturæ. — cf. Ξύμφυτον.

Divinæ animationis species. — cf. Τοῦ θείου ἡ ἰδέα.

Figura muliebris. — cf. Γυναικὸς φύσις.

Figura pecudum. — cf. Θηρίου φύσις.

Fons et principium movendi. — cf. Πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως.

Democriti « Ἐν βυθῷ γὰρ ἀλήθεια » breviter a Cicerone expressum : « *in profundo veritas est demersa.* »

Inconstantia perturbataque. — cf. Τὸ τυχὸν ἄτακτον.
In orbibus conversiones. — cf. Τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις.
Leges fatales ac necessariæ. — cf. Νόμοι οἱ εἱμαρμένοι.
Materia individua. — cf. Ἀμέριστος οὐσία.
Materia mutabilis. — cf. Οὐσία σκεδαστή.
Omnis animus universæ Naturæ. — cf. Ἡ τοῦ παντὸς Ψυχή.
Optimi species. — cf. Ἡ τοῦ ἀρίστου ἰδέα.
Principium exstinctum. — cf. Ἀρχὴ ἀπολομένη.
Propositum exemplar. — cf. Ἡ τοῦ παραδείγματος φύσις.
Sapientia quam optimæ mentis. — cf. Ἡ τοῦ κρατίστου φρόνησις.
Sensus unus communisque omnium. — cf. Αἴσθησις μία πᾶσιν.
Soliditas mundi. — cf. Στερεοειδὴς κόσμος.
Speculorum lævitas. — cf. Ἡ τῶν κατόπτρων λειότης.
Unigena mundus. — cf. Μονογενὴς κόσμος.
Universitas naturæ. — cf. Τὸ πᾶν.
Universitatis corpus. — cf. Τὸ τοῦ παντὸς σῶμα.
Vincula animalia. — cf. Δεσμοὶ ἔμψυχοι.

Illæ sunt Platonis ex Timæo : in cæteris operibus, quorum loca quædam a Cicerone sunt interpretata, præter verba nova aut translata, quæ superius enumeravi, nihil notatione dignum puto. Hanc tamen locutionem : « *Saturari bonarum cogitationum epulis* (1) » primo adspectu miratus sum. Ubi vero hæc Græca legi : « Ἑστιάζειν λόγων καλῶν καὶ σκέψεων, » jam quærere desii cur illo lumine Tullius orationem illustravisset.

Alia sunt apud Stoicos ejusmodi exempla, quæ ad mores, non ad res abditas, pertinent. Hæc in primis notanda esse censeo.

Bona ad ultimum pertinentia. — cf. Τὰ ἀγαθὰ τελικά.
Bona efficientia. — cf. Τὰ ἀγαθὰ ποιητικά.
Conatus amicitiæ faciendæ. — cf. Ἐπιβολὴ φιλοποιίας.
Corpora individua. — cf. Ἄτομοι.

(1) *De Divin.* I, 29.

Ira nascens et modo existens. — cf. Ὀργὴ ἀρχομένη.
Opinio impendentis mali. — cf. Προσδοκία κακοῦ.

Illas quidem verborum juncturas semel aut raro Tullius in opera sua transtulit, non modo quod ab usu communi (ut ante dixi) abhorrerent, sed etiam quod de istis quæstionibus, data quidem occasione, credo, inter amicos disputare noluerit. Multa enim Ciceroni fuit in Timæo obscuritas : adeo res occultæ et ab ipsa Natura involutæ sunt! Quin etiam, quum forte ea apud Platonem occurreret junctura, ut eidem subjecta vis non dilucide posset intelligi, verbum verbo fidus interpres reddidit. Nam si, re non intellecta, voces Platonicas cirouitu vertisset et translationibus, erroris indicia sui patefecisset ille vir « opinionis suæ custos diligentissimus. » Quandoquidem græcæ locutiones Ciceronis, haud multæ (fateor), inter Ἅπαξ εἰρημένα numerari debent, ne mireris cur apud Senecam, parum eruditum in Philosophia, illæ frustra requirantur. At fortasse eas (aiebam tacitus) adhibuit S. Augustinus, « aureum, ut Aristoteles, orationis flumen fundens. » Studiose igitur tractavi indicem operum illius viri, admirabili quadam scientia et copia præstantis. Ex superioribus juncturis apud S. Augustinum inveni nullam : paucissima tantum vocabula, quæ nova sunt apud Tullium, ab illo sæpe usurpata esse comperi (1).

Quod nova Ciceronis vocabula Græcasque locutiones non in jus ditionemque receperint Seneca et Hipponensis Episcopus ille, subtilis ingenio et rerum copia abundans, non idcirco reor interpretis esse vituperandum opus. Tantum enim abest ut illius audacia mihi reprehensione digna videatur, ut contra doleam, quod non habuerit imitatores. Nam vocabula, Græcis ante collata, quum primum fuissent plane intellecta, tanti exempli auctoritate paulatim valuissent : atque rursus iis, qui Platonem æmulati stu-

(1) Pro exemplis sint « *universitas* », « *æternitas* ». Non *generatores*, sed *generationes* (verbum non Ciceronianum), non *corporatus*, sed *incorporeus* (vid. Gell.), *incorporalis* (vid. Sen. E. 90), non denique *unigena*, sed *unigenitus* in Indice legitur. Scilicet Augustinus non Platonicus in verbis fuit (utpote sermonis Græci imperitus), felicius tamen nomen *essentia* (S. Augustini vocabulum), forte a Quintiliano repertum pro verbo « Οὐσία » quam « *materia* » in usu apud Ciceronem positum, esse videtur.

duissent « aerias tentare domos » (ut ait Horatius), et litteris latinis qua ratione stet Universitatis corpus explicare, parata fuisset ac prompta Ciceronis ipsius oratio : unde non necesse esset eisdem in eo elaborare ut, ad exprimendas res tam breviter ac commode dictas a Platone, longissimos verborum circuitus usurparent.

Quoquo modo de istis rebus æstimatio fiat, nemini sane erit dubium quin verba philosophicis sententiis idonea conformationesque, juvantibus Aristotele aut Platone, Cicero novaverit. Verborum præsertim novator ille laudandus est : quot enim verbis, eleganter et callide translatis, idem latinam linguam auxerit, ostendere superius aggressus sum : maximus eorum numerus est; pauca autem illa, quæ finxit Cicero, vocabula; pauciora etiam Græca. Prætermitto orationis conformationes, quas a Græcis mutuatus ille vere latinas effecit auctor : prætermitto locutiones adeo multas ut iis Rob. Stephanus lexicon latino-græcum (1) mirifice ditaverit. Quid plura? quum vis cuique sua verbo subjecta sit, eadem litteris (2), quæ sermoni, accessit honoris et opum amplificatio. Eumdem igitur, ut eloquentiæ admiratione, ita augendis linguæ latinæ divitiis, omnium principem Romanorum exstitisse, quis non fatebitur?

(1) Mihi contigit evolvere Dictionarium latino-græcum Rob. Stephani (Lutet. apud Car. Steph. 1554), et admirari quod tot locutiones in honore apud optimos auctores ex interpretatione græca exortæ sint.

(2) Jure hoc Cicero prædicavit « *magnificum illud etiam Romanisque hominibus gloriosum, ut Græcis de Philosophia litteris non egeant; quod assequar profecto, si instituta perfecero* » (*de Divin.* II, § 2).

torque (ut cum Cicerone ipso loquar) judicari debet. Sua enim cuique vocabulo vis est. Ille igitur, quum novam verbis vel antea tritis novam significationem dedit, hoc consecutus est, ut, ipso auctore, nova scientia, omnibus rebus et vocabulis instructa, non in unum diem, sed in perpetuam polleret ac vigeret ætatem. Ergo bene de suis civibus meritus est, et ad eorum cognitionem « divina illa ingenia », Platonem scilicet Aristotelemque transferendo, et quod linguam adeo locupletem effecit, ut iis, qui postea Philosophiam explicare vellent, nullus « orationis vel copiosæ vel elegantis ornatus » deesset. Nam philosophicæ disputationes (ut scripsit vir litterarum peritissimus) (1) Attico stilo magis, quam orationes, scriptæ videntur. Una, sed maxima virtus apud Tullium philosophantem desideratur, illa quippe verborum sententiarumque subtilitas, quam, progredientibus temporibus ac doctrinis, nostra tandem omnino comparavit ætas. Omnes enim tam diligenter illustratæ sunt scholæ, ex quo Cartesius clarum sapientiæ studio lumen attulit, ut in rebus occultis ac penitus abditis nihil jam sit quod non plane a nostris investigatoribus intelligi queat. Quas quum philosophiæ disciplinas, et eas quæ maxime inter se repugnant, illi contulerint ac religiose examinaverint, necesse fuit ut cujusque rationis universitatem et singula persequerentur, neque quidquam non enodatum, nisi id quod esset supra hominem, relinquerent. Inde factum est ut Platonis aut alterius philosophi sententiæ jam non lucem desiderent. At Ciceroni non semper contigit ut Platonem « illum non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimum auctorem » mente complecteretur (2). In-

(1) Summum dico virum Villem. scilicet, quem merito lumen *Academiæ Gallicæ* prædicaveris : tanta ille quidquid novus poetarum aut scriptorum proventus edidit, admiratione eloquentiæ refert!

(2) Si Latina Græco exemplari conferatur interpretatio, vim verborum et sententiarum a M. Tullio intellectam fuisse non negaveris. A philologo, ut opinor, necesse est laudetur interpres. Philosophi vero reprehensionibus fortasse locum aperit, quod obscura quædam Timæi non enodatius explicaverit : ea dico quæ ad rationem de Universo propriam ac peculiarem Platoni pertinent : ambigua est enim in rebus ambiguis vertendis oratio. Nam quum in Academicis (II, 39) commemorasset Hicetam Syracusium, qui « Solem, Lunam, stellas, supera denique omnia stare » censebat ; *neque præter terram, rem ullam in mundo moveri* », hæc adjecit : « atque hoc etiam *Platonem in Timæo* dicere quidam arbitrantur, sed paullo obscurius » (vid. J. V. L.

aliquando dissimilitudines existunt. Id primum aperte probari posse confido, si quis antea grammaticam aliquam Artem in utro-

---

quamvis in rebus eligendis ordinandisque justa reprehensione non careat. Hic igitur pauca tantum, duce et auspice A. Regniero, animadverti ac notavi, hoc certe satis habens si quædam exempla ex vocabulis, quæ meum continet *Lexicon græco-latinum*, lectori proponerem.

Apud Græcos Latinosque fit informatio verborum duobus modis : *Declinatione* scilicet aut *Compositione*. — Verba sunt aut *simplicia* (ἁπλᾶ), ut *navis* (ναῦς) ; aut *composita* (σύνθετα), ut *naufragium* (ναυάγιον). Quum vero duo verba inter se juncta eamdem figuram ac vim, quæ ipsis singulis antea erant, retinent, illa dicuntur *apposita* (παρατεθειμένα), ut *agricultura*, « agri cultura, » πασιμέλουσα pro (ἡ) πᾶσι μέλουσα. — Præterea Græci appellabant παρασύνθετα vocabula quæ inclinata sunt a voce composita : ut, διαλεκτική a nomine διάλεκτος, *Intelligens* ab *intelligo*..... — Hoc posito, videndum est qua ratione verba simplicia informata sint : quæ quidem in tres classes fuere a grammaticis distributa.

1° *Verba orta a basi et exitu declinationis aut conjugationis.* Quorum apud alia basis non mutata est. Pro exemplis sint : op-s, op-is; hiem-s, hiem-is; dux (c-s), ducis.. Cf. λιψ (6ς), λιϐ-ός — (αἰγί)λιψ, λιπ-ος, (ἐπί)τεξ, τεκ-ος. Apud alia autem basis mutata est : modo vocalis producta fuit declinatione : ut cĭo, cīvis — dux, dŭcis, dūco — fĭdes, fīdo... Cf. ἴψ, ἰπός (ι producta), φρίξ, φρικός (ι producta)... — Modo vocalis est immutata : ut p*re*cor, p*ro*cus, p*en*do, p*on*dus... Cf. φλέγ-ω, φλόξ, φλογός — κλέπ — τω, κλώψ, κλωπός. Nota. Eadem basis in pluribus linguis interdum reperitur : cf. Latinum : Pes, *Ped*-is. Indicum : *Pad*. Græcum : ποδ-... In duabus sæpe : cf. *dap*-is et δάπ-τειν : *niv*-is et νίφ-α... Basim et exitum *conjugationis* in utraque lingua examines, ac tibi id etiam mirabilius videbitur quod tanta sit inter sorores ipsas similitudo. Cf. *ama*-o, *de*le-o, *audi*-o, cum ζά-ω, δέ-ω, τί-ω ; cf. quoque : *gem*-o et νέμ-ω (vid. ap. A. Regn. p. 134, quam pauca sint apud Latinos verba in quibus inter basim et exitum non ponatur vocalis aut syllaba vocali terminata ut fiat conjugatio.)

2° *Verba orta a basi et litteris suffixis et* 3° *Verba orta litteris suffixis et a primigenia parte verbi jam informati.* Quas quidem classes jure conjunxit A. Regn., ut vitaret iterationes, et grammaticorum investigatoribus faciliorem viam aperiret. Non tantum de his quæstionibus multa erudite disseruit (p. 144 et sqq.), sed etiam in uno indice ordinavit omnes litteras suffixas, quibus informata sunt primo *declinantia verba*, deinde *verba ;* denique *adverbia, præpositiones, conjunctiones*... Librum illum legant ii, qui philologiæ studiosi sunt. Animum attendant velim his præsertim locis, ubi quasdam verborum figuras (ut παι-πάλλω, μαι-μάσσω, ἀτ-ιτάλλω... et *tin-tinnire*, *mur-murare*, *su-surrare*) in lingua græca latinaque comparat (p. 373 et sqq.), et argumentis docet suffixas litteras in adverbiis Latinis, ut in Indicis, a vocalibus (quas ad pronuntiandas homines maxime dentibus utuntur), quæ sunt ante omnia litteræ demonstrativæ, ortas fuisse (p. 432 et sqq.).

Hactenus de verborum declinatione, quoniam doctissimi viri (A. Regn., Duntzer et Bopp) ista aliaque disputando judicibus vel severissimis satisfaciant.

Multa quoque et accurata illorum est disputatio de vocabulorum compositione. Quam quidem subtiliter et copiose definiendo explicant atque excutiunt (vid. inprim.

que dicendi genere diligenter evolverit. Quibus præsertim modis ad circumscribendam orationem inter se membra jungantur inspicienti quot et quantæ varietates occurrunt! Illud enim certo scies, comparatis duabus paginis, una e Græco, altera e Latino quolibet rerum scriptore. Si denique una alterius est fida interpretatio,

---

Ad. Regn. p. 439 et sqq.). Convenit inter omnes duo in junctis verbis præcipua esse elementa. Non enim isti animadversioni repugnant plerumque illa *sesquipedalia verba*, quæ comici poetæ, libidine et licentia sua pro legibus usi, longissime produxerunt. Nam νευτολυρασπιδο-πηγός, σφραγιδονυχαργοκομῆται et *su-ove-taurilia* compositionem παρατεθειμένην intus habent. Quomodo apud Græcos inter se varia compositi vocabuli elementa jungantur, apertissime explanat Ad. Regn. (p. 444 et sqq.). Latini fere iisdem rationibus utuntur. — Aut proxime junguntur elementa : ut *sol-stitium*, *ju-stitium* (cf. φώσ-φορος, γερας-φόρος), aut in primigenia vocabuli parte fit apocopa : ut *homi-cida* (cf. μελί-φθογγος), aut denique (idque fit sæpissime) inter miscenda duo elementa ponitur vocalis. Ad copulationem hujusce modi frequentissime vocalis *i* usurpatur. Pro exempl. sint : cen*ti*manus (cf. ἑκατόγχειρ). Fron*di*fer (cf. φυλλοφόρος). Hum*i*fer (cf. ὑγροποιός). Læti*fi*cus (cf. χαροποιός), etc. — Ut hæc verba melius sonent, Græcis littera ο, Latinis *i* potior videtur. Vocalis ι (græca) post quasdam primigenias verborum et vocum declinantium partes maxime poni amat. — Interdum in usu est vocalis *e* : ut ma*le*-dico, be*ne*-dico... — Interdum etiam *o* et *u* : sac*ro*-sanctus, pri*mo*-genitus, etc. Gra*ju*gena, a*ru*-spex. — Prætermitto quasdam consonantes quæ propter euphoniam, puto, elementa verbi nectunt (vid. Bu-b-ulcus, ne-c-opinans, ne-g-otium, tri-t-avus, se-d-itio).

Sed, omissa compositi verbi informatione, jam nunc sensum inspiciamus. In *plerisque* vocabulorum ejusmodi, pars quæ significationem determinat, partem determinatam antecedit. Ut, νυκτι-πόλος (cf. nocti-vagus, Virg. *Æn.*, X, 216)... (vid. Regn. p. 460 et sqq.). Verba composita (si sensum aut potius modos quibus inter se varia jungantur elementa examines), in quatuor classes dividi possunt. 1° Composita verba determinantia : ut, *alti-tonans* (cf. ὑψι-βρεμέτης), *clari-sonus* (cf. λαμπρό-φωνος), *tri-corpor* (cf. τρι-σώματος), *tri-noct-ium* (cf. τρι-νύκτ-ιον), *con-sanguineus* (cf. σύν-αιμος), *in-justus* (cf. ἄ-δικος), *im-mobilis* (cf. ἀ-κίνητος), *im-pudentia* (cf. ἀν-αισχυντία). 2° Verba alia ex aliis apta : ut, *armi-ger* (cf. ὁπλο-φόρος), *miri-ficus* (cf. θαυματο-ποιός), *omni-vomus* (cf. πάμ-φαγος), *silvi-cola* (cf. ὑλη-κοίτης), *opi-fex* (cf. δημι-ουργός)... 3° Verba possessiva : ut, *levi-pes* (cf. ὠκύ-πους), *tardi-gradus* (cf. βραδύ-πους), *quadru-pes* (cf, τετρά-πους)... 4° Verba apposita : ut, *un-decim*, *duo-decim* (cf. ἕν-δεκα, δώ-δεκα), etc.

Equidem vereor ne doctis ac prudentibus illa disputatio brevior ac paulo obscurior esse videatur. Recogitent autem precor quam perfecta sint (ut dixi) opera Grammaticorum, quos jure ac merito laudavi; et idcirco futurum fuisse ut mea multa commentatio de iisdem rebus nihilo esset æstimata. Ego vero hoc in animo præcipuum habui ut, quum semper verba Latina Græcis apposuerim (quo facilius utriusque linguæ comparatio fieret), me scire easdem haud raro duabus sororibus esse vias informandi vocabula, judicibus ostenderem.

ertius adhuc et jucundius periculum facies. Hoc autem eruditis contingit ut ante oculos obversentur illa Timæi fragmenta, quæ, præter quosdam multo breviores orationis solutæ locos, nobis sola reliquerit antiquorum auctoritas.

Ergo, quid sit inter utriusque linguæ naturam discriminis, æstimare cuivis datur. Quocirca, ne nostra disputatio jam productior frustra dilatetur, in singulis consistere si studuerim, quæ plerique eorum, qui me legent, enodatius, quam ego unquam, explicare valerent, mihi satis sit ea dicere, quæ vel strictim attingendo prima Timæi capita, facile animadverti ac notavi.

Qualis sit ille Platonis sermo considera. Hac re ante omnia capimur, subtilitate scilicet orationis atque elegantia : non quod illi magniloquentia desit aut verborum gravitas; at nobis, licet nuda nec apparatis composita vocibus, arridet sententia. Quid vero de Latina lingua loquar? Incedit plerumque gravis et magnifica, qualis oratorem decet Populumque Regem, apud quem plurimum valebat eloquentia, neque agebatur quidquam in foro aut in senatu, nisi diu agitatum disputatumque (1). Ex quo effectum est

(1) Ex illa præsertim Populi Romani indole ac lingua moribus ejus aptissima intelligi potest cur quibusdam latinis poetis male processerit Pindarici carminis imitatio. Horatius et ipse, si Thebanum alitem studuisset æmulari, ceratis ope Dædalea pennis (ut ait) nisus fuisset. Nemo enim omni mentis impetu suæ paret inflammationi, nisi jam ante certior factus sit a se audientium animos commoveri posse. Romanus autem populus, semper sui compos, frigidus ac mordax, si quis (alter Pindarus) ausus esset in altos nubium tractus tendere, forte risum non tenuisset. Nam lyrico poetæ non id satis est, si tantum a cœtu elegantium virorum probetur, nec plus admirationis quam quilibet mediocris auctor habeat : nisi plenam sui multitudinem rapiat, quocumque volet, ea vi vere divina (de qua Plato loquitur), magnopere timendum est ne « Romani tollant equites peditesque cachinnum. »

Ab illo animi impetu Romani adeo abhorrebant, ut Latina lingua ad vehementes affectus exprimendos non nata videretur. Nam is, qui magna sui ingenii fertur incitatione, ut ipse Pindarus, necesse est lingua et metro quam minime impediatur. Quem non divino spiritu afflatum putaveris, nisi carmen ex tempore fundere videatur nec ullam operæ aut industriæ speciem præbeat. Quomodo enim fieri posset ut ultra argutam versus elaborati ordinatique sedulitatem adhuc viveret ac vigeret acris incitatio? Itaque quid aliud est Στροφή Pindari, immensa ruens et lege soluta, nisi quædam oratio bene sonans ac numerosa? Atque in ea est admirabilis poetæ cursus. Latini vero dicebant se musas colere severiores, ea mente ut ipsorum labor intelligeretur quo facilius linguam natura pedestrem et oratoriam usque ad poeticæ fastigium evehererent. Quamobrem apud ipsos tantum inter solutam orationem et versus discri-

eo claræque sententiæ, multa etiam morum gratia legenda; sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima quod abundant dulcibus vitiis (1) ». Idem paulo ante se Ciceronem valde admirari professus est : « Mihi videtur M. Tullius, quum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, jucunditatem Isocratis (2). » Atque infra, quum ad Philosophos venisset : « Supersunt, inquit, qui de Philosophia scripserint, quo in genere paucissimos adhuc eloquentes litteræ romanæ tulerunt. Idem igitur M. Tullius, qui ubique, etiam in hoc opere Platonis æmulus exstitit (3). » Haud aliter quam ille sensit posteritas. Magnus in Philosophia Cicero eminet; quippe qui sermonem rebus novis accommodatum effinxerit. Imo cuilibet eorum, quos eodem in genere disertos amplissimis extulit Græcia laudibus, esset comparandus, nisi defuisset illi (ut dixi supra) ea virtus, vere propria nostræ ætati, rerum scilicet et verborum pressa subtilitas.

CAPUT VIII.

QUÆRITUR NUM ALIA FUERIT ELOCUTIO CICERONI SUAS, ALIA GRÆCORUM SENTENTIAS EXPRIMENTI; NUM QUIS INTER POSTERIORES PHILOSOPHOS NOVA VERBA NOVASQUE LOCUTIONES E GRÆCIS EXPRESSAS USURPAVERIT ?

Cicero alicubi prædicat se opera Græcorum ut oratorem, non ut interpretem in latinum transtulisse. Plures tamen ex illius interpretationibus loci reperiuntur, unde apparet eum multum laboris dedisse ut verbum pro verbo redderet. Itaque is vehementer er-

(1) Quint. *Inst. Orat.* X, 129.
(2) Quint. *Inst. Orat.* X, 108.
(3) Quint. *Inst. Orat.* X, 123.

Denique Lingua latina minus in reconditis rebus versata (quippe quæ ab hominibus belli maxime ac civilis scientiæ studiosis usurpata sit) sæpius a physicis verba mutuari et translata divulgare amabat. Inde et diversa ratione patrii sermonis et rerum novitate M. Tullius in Timæo Platoni multo inferior apparet.

Illi tamen, ut opinor, ab eruditis ejusdem sæculi actæ sunt gratiæ, quod tot conformationes, tot verba etiam transtulit in latinum, ut linguæ simul et litterarum operi inchoato quasi fastigium imposuerit. Admirabile est enim quantum sive apud poetas, sive apud rerum scriptores ac Philosophos, res patria, tam tenuis in principio, admixtione Græcarum opum aucta fuerit et exornata : multa repudiavit, plura autem admisit consuetudo. Ex illis (ut exemplo utar) sententiarum conformationibus vere Græcis, quas sibi sumpsit interpretatione Tullius, maximum numerum recepit usus. Itaque, ut flumen, in quod largus amnis influit, subito surgit et late effunditur, ita lingua Latina in majus crevit et omnino amplificata est. Eadem novas consecuta virtutes, quibus abundat Germana soror, nihilominus suas retinuit. Atticus enim (quis crederet ?) in Philosophia factus est Cicero : et quanquam agnoscitur grandiloquus orator (1), ex ipso genere dialogi, qui, minus incitatus ac brevis quam sermo Platonicus, amplissimas continet argumentationes, seu docentis magistri partes sustineat solus, seu quisque loco suos sensus explicet, ille tamen, quasi mutato stilo, in suam rem aliena bona opportune convertit. Vocabula, locutiones, orationis conformationes, omnia denique sibi vindicavit, quæ cum lingua latina congruere posse confidebat. Ipse pro exemplo fuit quanta ex interpretationibus Græcorum operum aut diligenti studio percipi posset utilitas. Quocirca imitatores habuit, neque unquam Romanos postea pœnituit Græcas consectari munditias. « Consuetudo tenuit Romæ, » quoad Latinæ litteræ viguerunt, ut pueri simul utramque linguam a Grammaticis edocerentur. Legimus enim apud Quintilianum, in primo illo institutionis oratoriæ libro, erudiendum esse prius Græcis puerum disciplinis, quo facilius vim linguæ vernaculæ sentiat atque ea utatur commodius, postquam ab ipsa stirpe exploratam habuerit. Narrat

(1) « *Insigne mœstis præsidium reis* », ut Asinius Pollio, sæpe fuit.

jungit (1), a quibus ita copulatis aurium fastidium, credo, tunc temporis non abfuit.

Eadem sane, nisi in locis interpretatis, frustra per tot et tanta Ciceronis opera invenire velles. Sensit et ipse quantum quædam

(1) Nempe Cicero græce loquitur, non modo juncturis novis usus, sed quod pluribus in locis inusitatam *compositionem*, id est, Σύνθεσιν, affectat. Nam sæpe, dum Timæum interpretatur, ordinem Platonici sensus et impetum tanta exprimit industria, ut in ejus scriptis Atheniensem ipsum quasi spirare putes. Inde fit ut, auctore tali viro, nulla jam ars latinæ linguæ desit, qua membra orationis quam aptissime copulentur ac congruant. Etenim sermones non tantum vocabulis novis, sed maxime sententiarum conformationibus amplificari solent : atque illud, ut opinor, inprimis tribuendum est scriptoribus ingenio præstantissimis, qui non habent quidquam antiquius quam ut summa diligentia, dum difficile munus interpretum exsequuntur, alieni sermonis opes in rem domesticam transferant. Nec vero illi irritam, puto, operi perficiendo dant operam : quippe qui adeo familiariter et amice cum viris ad imitandum delectis vixerint ! — Ex Timæo M. Tullii (ut ad rem redeam) quasi redolere ipsæ Athenæ videntur. Græcus ille est interdum, si vocabula quædam, si orationis circuitus, si denique Σύνταξιν, id est, *constructionem* examines. Σύνταξιν dico : non enim dubia res est quin paulatim immutata fuerit apud latinos scriptores rerum aut poetas verborum ordinatio ex quo « pater Ennius »,

Mæonii fontis qui non expalluit haustus,

Homerum et Euripidem studuit æmulari. Nam quamvis diversa sit utriusque linguæ natura, tamen sæpenumero eamdem illis esse Σύνταξιν inter omnes Grammaticos constat. Satis est enim grammatica quælibet evolvere latina, et singulas recte loquendi leges conferre græcis legibus, quæ pares iisdem respondent, ut facile appareat, quam mirifice inter se consentiant. Perspicuum est illud non forte fortuna fieri, sed cujusque auctoris imitatione prudentissimi. Quid exemplis utar ? Adeo sunt multa, ut omnia enumerare longum neque necessarium esset. Hic pauca proposui *de constructione*, quæ ad varias verbi usurpationes pertinet : Βουλοίμην, cf. « *velim* ».— Εἰ δυναίμην, cf. « *si possim* ». — Περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, cf. « *volvendis annis* ». — Κελεύω σε θαῤῥεῖν, cf. « *jubeo te fidere* ». — Διδάσκειν τινά τι, cf. « *docere aliquem aliquid* », etc. (vid. E. Egger. Gramm. comp. ed. 1853, p. 64 et sqq.). Vid. et. Macrob. (*de Differ. et societ. græci latinique verbi*) apud quem hæc leguntur : « Latini Græcique eamdem pæne cum casibus *constructionem* servant, ut : *misereor illius, pareo illi, veneror illum :* φροντίζω τοῦδε, πείθομαι τῷδε, φιλῶ τόνδε. »— Et infra : « Sunt impersonalia Græcis Latinisque communia... *Decet me, te, illum, nos, vos,* « *illos*, impersonale est. Sed et Græci hoc verbo similiter utuntur, πρέπει ἐμοὶ, σοὶ, « ἐκείνῳ, ἡμῖν, ὑμῖν, ἐκείνοις..... *Placet mihi lectio,* verbum est ; *Placet mihi legere,* « impersonale est. Ita et apud Græcos, ἀρέσκει μοι ἡ ἀνάγνωσις, ad personam relatum est : ἀρέσκει μοι ἀναγιγνώσκειν, impersonale est. ... *Pœnitet me*, hoc est, quod « apud illos μεταμέλει μοι... »—Ne plura, Cicero Ennii cæterorumque interpretum vestigiis ingressus, decori avito non defuit : quin etiam, Græca exemplaria secutus, ita locupletem simul et ordine lucido illustrem reddidit linguam, ut opus perfectum expletumque omnibus suis numeris posteritati tradiderit. Mox autem, post Cæsaris Augusti principatum, labente sensim intelligenti litterarum judicio, jam non stetit

tribuendum est. Qui, quum Græcorum vestigiis insisteret, summos illos auctores quasi sui juris fecit, et, postquam nova verba, novas sententias amicis et patriæ dedisset, idem ille eorum æmulator adhuc incognitam cognitionem doctrinamque rerum constituit. Quadam parte opus illud esse imperfectum, et quibus de causis id fieri necesse fuerit, ostendere tentavi. Equidem non dubito quin illi Demosthenis interpreti res multo melius processerit : ad id opus suscipiendum accesserat jam magnus orator, cujus vel prima ætas (ut ipse ait) dedita disciplinis fuit iisque artibus quibus ad usum forensem omnino erat instructus. Neque enim in verbis, neque in sensibus ulla Ciceroni inesse poterat obscuritas. Ideo *valde desideranda est latinæ orationis pro corona amissio*, eo magis quod primum, ut puto, illa certos posuisset fines intra quos justa in transferendis Græcorum operibus ratio consistere debeat; quod deinde maximam in dicendo facultatem, quam de causa eadem obtinenda præstiterunt duo inter antiquos maxime eloquentes viri, nobis percipere contigisset. « Quid non imminuit aut delet ætas? » — Ergo reliquiis, quas in ordinem digessi, contenti simus. Nam ex illis perspicuum est qua ratione sermonem patrium Tullius adeo ditaverit. Satis habeamus quod illum linguam Philosophiæ idoneam novavisse constet, idque fieri non potuisse, nisi tot verba et sensus a Græcis mutuatus esset. Itaque non solum de versibus faciendis, sed de omni etiam Litterarum genere dixisset commode poeta :

Vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Lepide, credo, adjecisset : « *vertite!* » Quid enim utilius erat iis, qui latine loqui discere eo tempore volebant, quam Græcos vertere?

Sed de M. Tullio Græcorum interprete satis superque dixi. Nunc argumentum concludamus.

Inconstantia perturbataque. — cf. Τὸ τυχὸν ἄτακτον.

In orbibus conversiones. — cf. Τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις.

Leges fatales ac necessariæ. — cf. Νόμοι οἱ εἱμαρμένοι.

Materia individua. — cf. Ἀμέριστος οὐσία.

Materia mutabilis. — cf. Οὐσία σκεδαστή.

Omnis animus universæ Naturæ. — cf. Ἡ τοῦ παντὸς Ψυχή.

Optimi species. — cf. Ἡ τοῦ ἀρίστου ἰδέα.

Principium exstinctum. — cf. Ἀρχὴ ἀπολομένη.

Propositum exemplar. — cf. Ἡ τοῦ παραδείγματος φύσις.

Sapientia quam optimæ mentis. — cf. Ἡ τοῦ κρατίστου φρόνησις.

Sensus unus communisque omnium. — cf. Αἴσθησις μία πᾶσιν.

Soliditas mundi. — cf. Στερεοειδὴς κόσμος.

Speculorum lævitas. — cf. Ἡ τῶν κατόπτρων λειότης.

Unigena mundus. — cf. Μονογενὴς κόσμος.

Universitas naturæ. — cf. Τὸ πᾶν.

Universitatis corpus. — cf. Τὸ τοῦ παντὸς σῶμα.

Vincula animalia. — cf. Δεσμοὶ ἔμψυχοι.

Illæ sunt Platonis ex Timæo : in cæteris operibus, quorum loca quædam a Cicerone sunt interpretata, præter verba nova aut translata, quæ superius enumeravi, nihil notatione dignum puto. Hanc tamen locutionem : « *Saturari bonarum cogitationum epulis* (1) » primo adspectu miratus sum. Ubi vero hæc Græca legi : « Ἑστιάζειν λόγων καλῶν καὶ σκέψεων, » jam quærere desii cur illo lumine Tullius orationem illustravisset.

Alia sunt apud Stoicos ejusmodi exempla, quæ ad mores, non ad res abditas, pertinent. Hæc in primis notanda esse censeo.

Bona ad ultimum pertinentia. — cf. Τὰ ἀγαθὰ τελικά.

Bona efficientia. — cf. Τὰ ἀγαθὰ ποιητικά.

Conatus amicitiæ faciendæ. — cf. Ἐπιβολὴ φιλοποίας.

Corpora individua. — cf. Ἄτομοι.

---

(1) *De Divin.* I, 29.

terpretem, id effecisse ut idoneam rebus inusitatis linguam effingeret, et Philosophiam latinis litteris persequeretur; inde eumdem præclari operis auctorem evasisse, quamvis illi defuerit ea virtus, vere propria nostræ ætati, rerum nempe et verborum pressa subtilitas : — deinde, aliud M. Tullio suas, aliud Græcorum sententias exprimenti fuisse dicendi genus; nec illum minus meruisse laudis, quod novæ quædam locutiones, nova quædam verba frustra apud posteriores philosophos requirantur : — denique, diversam utriusque linguæ esse naturam; M. Tullium tamen, superatis istiusmodi impedimentis, ad Græcum sermonem Latinum torsisse et inflexisse.

CICERONIANUM

LEXICON GRÆCO-LATINUM

ID EST

Lexicon ex variis Græcorum locis a M. T. Cicerone interpretatis collectum, ubi quoque reperiuntur :

Primum — *Vocabula græca*, quæ in Odysseæ ac Medeæ fragmentis a Livio Ennioque conversa esse perspicuum est;

Deinde — *Græcorum verba inter se conjuncta*, a veteribus poetis, ut mihi videtur, in latinum translata.

EXPLANATIO SIGNORUM

***Priora verba* notantur hoc simplici signo : ***
Posteriora* autem, quæ ipse ex compositis vocibus latinis proportionem secutus effinxi, ostenduntur hoc duplici signo : *

N. B. Eodem signo notavi multa e Græcis vocabula, quæ jam pro Latinis consuetudine trita apud M. T. Ciceronem aut antiquiores poëtas viguerunt.

Denique id signum ·|· designat Græca vocabula, quæ Cicero interpretatur tantum, non autem adscribit.

QUA RATIONE DISPOSITA SINT VOCABULA.

Auctoritate usus eorum, qui nostro in seculo *Thesauros linguæ græcæ* ediderunt, ante omnia, quoties id fieri potuit, Indicativum modum, si *verba* scribenda essent; si vero *nomina* aut *adjectiva*, nominativum casum lectoribus proposui : præterea, quum, unde quodque vocabulum sit excerptum, semper dixerim (Græcorum plerumque locos indicans, interdum Ciceronis ipsius, Græcis non jam suppetentibus), id effeci ut apud Græcos et M. Tullium eorum interpretem propria vocum figura facile agnosceretur. Ob eamdem causam pauca protuli exempla, spem habens (non irritam puto) fore ut quisque Grammaticus locos, ad quos præcipua verba pertinent, plerumque repeteret.

CICERONIANUM

LEXICON GRÆCO-LATINUM.

A

** Ἄϐαξ, abacus (Cic. *Tusc.* V, § 61, ed. Orelli). — Cat. *R. R.* X, 4.

Ἀϐλάϐεια, innocentia (Cic. *Tusc.* III, 8).

Ἀϐλαϐής [εἰμι] (Stoic. *Dogm.*) non injuriam facio.

Ἀγαθόν, bonum. — οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔθ' ἥξει δωρηθέν (Plat. *Tim.* 14), quo bono nullum optabilius, nullum præstantius neque datum est neque dabitur. — Ἀγαθὸν ὃ αὐτὸ αὐτοῦ χάριν ἀγαπῶμεν (Plat. *Phædr.* 65), quod esset natura appetendum. — Ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει προσγινόμενος (Stoic. *Dogm.*). Ipsum bonum crescendi accessionem nullam habet. Sæpe alibi apud Plat. — Hæc in *Timæo :* ἀγαθὰ πάντα, omnia bona. — μεῖζον ἀγαθὸν εἴη ἄν (cap. 3) (Plat. *Apol. Socr.* 32) jam beatus est.

Ἀγαθός (Plat. *Apol. Socr.* 32), bonus. — (Plat. *Tim.* 2 et 3), probus. Ex. : ἀγαθῷ δ' οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς ἐγγίγνεται φθόνος, probus autem invidet nemini. *Ibidem :* probitate præstans.

Ἀγάλματα (Arat. *Phæn.* 453), signa. — (Plat. *Leg.* XII), formæ.

Ἀγανακτέω (Plat. *Civit.* VIII), irascor (Cic. *de Rep.* I, 43).

